



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guida per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

336 univ. BCC


30 un. BCC

(filled Reg)

11

Dialog.

**FAMILIARI-
VM COLLOQVIORVM**
DES. ERASMI ROT. OPVS, AB
AVTHORE DILIGENTER
RECOGNITVM, EMBEN-
DATVM, ET LOCVPLETATVM:
ADIECTIS ALIQVOT NOVIS.



2

DE SERAS. ROT. OPTI
mæ spei puero Ioan. Erasmo
Frob. S. D.



Icît libellus tibi dicas
tus expectationē no-
stram Erasmi mellitiss-
sime, tuum erit videre
ne fallas expectationem nostrā.
Ille sic adamatur, sic rapitur, sic
teritur manibus studiosæ iuuen-
tutis, vt & patri tuo fuerit subin-
de typis excudendus, & mihi no-
uis accessionibus identidem locu
pletandus, dicas & illum Εράσ-
μου quempiam esse, deliciásque
Musarum sacra colentium. Quo
magis adnitendū erit, vt tu quo-
que sis quod diceris, hoc est, vt lí-
teris & morum probitate sis om-
nib⁹ bonis charissimus. Vehemē-
ter autem pudendū fuerit, si quū
tam multos híc libell⁹ & latinio-
res reddiderit & meliores, tu cō-
miseris, vt ad te ipsum non redie-
rit eadem vtilitas, quę per te per-
uenerit ad omnes. quūq; tam mul-
ti sint adolescētes, qui tibi nomi-
ne Colloquiorum gratias agunt:
nōne merito censeatur absurdū,
a. ij.

si tua culpa factum videatur, quo minus mihi possis eodem nomine gratias agere? Accreuit libellus ad iustam voluminis magnitudinem, tibi quoque conandum est, ut quantum accrescit ætas, tantum accedat & honestæ eruditioni, & morum integritati. Sustines non vulgarem expectationem, cui respondere necessarium, vincere pulcherrimum fuerit, certe fallere sine summo dedecore non potes. Nec hoc dico, quod hætenus poeniteat profectus tui, sed ut currens tui calcar addam, quod curras alacrius, præsertim quum eam ætatem ingressus sis, qua non alia continget felicior ad imbibenda literarum ac pietatis semina. Fac igitur ut hæc Colloquia vere tua dici possint. Dominus Iesus seruet istam ætatem tuam puram ab omnibus inquinamentis, semperque ad meliora prouehat. Vale. Basileæ Calen. Aug. An. M. D. XXIII.

FAMILIARIA

COLLOQUIA IN PRIMO
CONGRESSV.



Non temere docet quidā, vt salutem⁹ libēter. Comis enim & blanda salutatio sæpe cōciliat amicitia, inimicitia diluit: certe mutuā beneuolētiam alit, augētq;. Quidā vsque adeo Demeæ sunt, ingenioq; agresti, vt vix salutati resalutēt. Nōnullis hoc vitij cōciliauit educatio, veri⁹ q̄ natura. Vrbانيتatis est, salutare obuios, aut eos qui nos adēūt, aut quos adim⁹ ipsi colloquēdi gratia. Item operis aliquid agētes, cōnātes, oscitātes, singultiētes, stertutātes, tussīētes. In ructu, crepitu ue vētris salutare, hominis est pl⁹ satis vrbani. Sed inciuius etiā, eū salutare, qui reddit vrinā, aut aluum exonerat. Salue pater, salue matercula, salue mi frater, salue p̄ceptor obseruāde, salue multū mi patre, salue dulcissime nepos. Vrbani est addere cognatiōis aut affinitatis titulū, nisi quum habent aliquid odij, tū enī p̄stat abuti min⁹ quidē proprijs, sed plausibiliorib⁹. Veluti quū nouercā salutam⁹ matrē, priuignū filiū, vitricū patrē, sororis maritū fratrem, fratris vxorē sororē. Idem in etatis aut officiorū titulis faciendū, Gratius enī fuerit, si senē, patrē aut virū eximiū salutes, q̄ etatis cognomine. Salue p̄fecte, salue tribune: nō autē, salue calis
a. iij.

SALVTANDI

garie, aut calcæarie. Salue adolescens, salue iuuenis. Senes, ignotos adoleſcentes filiorū cognomēto salutāt. adoleſcentes, vicissim illos partes aut dominos.

BLANDIOR SALVTATIO
INTER AMANTES.

Salue {
mea Corneliola.
mea vita.
mea lux.
meum delitium.
meum suanium.
mel merum.
mea voluptas vnica.
meum corculum.
mea spes.
meum solatium,
meum decus.

HONORIS GRATIA AVT SECVS.

Salue here. Ohe, salue tu quoq; bone vir. Salue vir ornatissime, clarissime. Salue etiā atq; etiam literarū decus. Salue plurimū amicorū optie. Salue mi Mæcenas. Salue patrone singularis. Salue vir spectatissime. Salue vnicū hui⁹ etatis ornamētū. Salue Germaniæ delitifi Saluete quotquot estis vna salute omnes. Saluete pariter ones. Salue cōgerro lepidissime. Saluete belli homūculi. Salue vini ꝑncies. R E S P O N S I O. Salue & tu gorges helluóq; placentarū. Salue multū virtutis onis antistes. R. Salue tantūdē toti⁹ ꝑbitatis exēplar. Salue anicula annos nata quindecim. R. Salue puella annorū octoginta. Bene sit tibi cū tuo caluitio. R. Bene tibi cū lacero naso. Vt salutaris, ita resalutaber

ris: si male dixeris, peius audies. Salve iterū atq; iterū. R. Et tu salve perpetuū. Salve plus millies. R. Equidē malim saluere semel. Salve quantū vis. R. Et tu quantum mereris. Saluere te iubeo. R. Quid si nolim? Equidē ægro-
tare malim, quā tua salute saluere.

Salua sit tua	}	Sanctitas.	}	magis vul- go recepta sunt, quā probata do- ctis.
		Amplitudo		
		Celsitudo.		
		Maiestas.		
		Beatitudo.		
		Sublimitas.		

IN TERTIA PERSONA.

Sapidus Erasmo suo salutē dicit. Sapi-
dus Beatū suū plurima salute ipartit.

ALIA FORMA.

Salu⁹ sis Crito. Bene tibi sit vir optie.
R. Et tibi meli⁹. Pax tibi frater: Chris-
tiana salutatio est, à Iudæis pfecta, ne-
que tamē repudiāda. Similis est: Bona
vita. Aue præceptor. R. Equidē malim
habere, q̄ auere. χαίρει. Memento te Ba-
sileæ esse, non Athenis. Quur tu igitur
audes Romane loqui, quū Romę nō sis?

BENE PRECANDI FORM.

Et bene precari salutationis gen⁹ est.

GRAVIDAE.

Faxit de⁹ vt feliciter parias: Vt maritū
pulchra prole facias parentē. Faxit illa
virgo mater, vt feliciter fias mater. Pre-
cor vt hic tumor vteri feliciter subsi-
dat. Velint superi, vt nō maiore mole-
stia elabatur, quā illapsū est, quic-
quid est hoc oneris quod gestas. Do-
net tibi deus felix puerperium.

BENE PRECANDI,
CONVIVIS.

Sit felix cōiuiū. Bene sit vniuerso cōe
tui. Precor omnia læta vobis omnib⁹.
Deus bene fortunet vestrum cōiuiū.

STERNVTANTI.

Sit faustum ac felix. Seruet te de⁹. Sit
salutiferum. Bene vertat deus.

AUSPICANTI QUIPPIAM.

Sit felix & faustū reip. Bono sit ōnib⁹
quod instituis. Bene vertat quod agis.
Bene fortunet de⁹ tuos labores. Faveāt
superi tuis conatibus. Quæso vt quod
instituis, superis bene fortunātib⁹, fe
liciter absolvas. Bene fortunet C H R I
S T V S Opt, Max. quod in manib⁹ est.
Feliciter cedat quod instituis. Feliciter
exeat quod aggressus es. Rē sanctā
aggressus es, precor vt felix sit exitus,
& prosperū numen aspiret pulcherri
mis cœptis. C H R I S T V S bene cœ
pta secūdet. Prospere succedat quod au
spicatus es. Deū optimū maximūq;
precor, vt istud cōsiliū q̄ est honestū,
tā sit & felix. Bonis auibus cœpta res,
meliorib⁹ exeat. Precor vt bonis auib⁹
Italiā adeas, meliorib⁹ redeas. Opto ti
bi felicē cursū, & recursū feliciorē. Fa
xit de⁹, vt itinere hoc feliciter peracto,
breui tibi p̄sperū reditū gratulemur.
Contingat tibi feliciter & nauigare &
renauigare. Sit iter lætū, redit⁹ lætior.
Vtinā ista p̄fectio tibi succedat ex ani
mi tui sententia. Vtinā tibi tam iucun
da sit ista p̄fectio, q̄ nobis erit inter
rim molestū tui desiderium. Bonis au
spicijs solvas ancoram. Precor vt ex

vtriusq; votis succedat hoc iter. Precor
 vt hic cōtract⁹ cōmodo bonoq; sit v⁹
 trisq;. Precor vt hoc matrimoniū volu
 ptati sit omnibus nobis. Sospitet te I E
 S V S Opt. Max. Superi propitij te no
 bis incolumem restituāt. Seruet te de⁹
 animæ dimidium meæ. Opto tibi redi
 tū incolumem. Precor vt hic annus ti
 bi lætis auspicijs ineat, lætiorib⁹ proce
 dat, lætissimis exeat. ac sæpius recurrat
 semper felicior. R. E S P. At ego vicissim
 tibi multa secula felicissima precor, ne
 tu gratis sis nobis bene precatus. Pre
 cor vt hic dies tibi candidus illuxerit.
 Precor vt hic sol tibi felix surrexerit.
 R. Tantundem tibi reprecor. Sit felix
 exortus huius diei, & sit vtriq; nostrū
 prosperrimus. Opto tibi noctē prospe
 rā pater. Precor tibi noctē placidā. Cō
 tingat tibi felix somnus. Det deus pla
 cidā quietē. Det somnū absq; somnijs.
 Faxit deus vt aut placide dormias, aut
 feliciter somnies. Sit tibi fausta nox. R.
 At ego tibi, quādō gaudere soles lucro,
 p̄vna fausta, mille precor faustissimas.

VALE IN DIGRESSV.

Valet omnes. Bene vale. Cura vt q̄res
 ctissime valeas. Valetudinē tuam cura
 diligenter. Iubeo te bene valere. Iam
 me tempus aliō vocat, tu valebis. Va
 leto quamoptime. Vale pancratice, aut
 si mauiis athleticæ. Vale vt dignus es,
 Vale vt meritis. In hoc biduū valebis.
 Si me dimittis, valebis in crastinum.
 Nū quid vis? Est aliud quod me velis?
 R. Nihil, nisi vt prospere valeas. Da

V A L E D I C E N D I.

operā, vt sis prospera valetudine. Age curam valetudinis tuæ. Habe curā salutis tuæ. Fac vt proximo congressu te lætū ac nitidū videamus. Iubeo te curare cuticulā. Cura vt mēs sit sana in corpore sano. Da operā vt totus valeas, tū corpore, tum animo. R. Dabitur quidē opera. Valebis tu quoq;. Tibi vicissim precor prosperam valetudinem.

SALVTARE PER ALIUM.

Frobeniū iubebis meo nomine saluere plurimū. Erasmiolū itē mea causa salutabis diligēter. Tū matri Gertrudi q̄ potes officiosissime ex me salutē dicito. Dic me omnibus omnia læta precari. Salutabis mihi sodalitatē diligenter. Amicos omnes meis verbis salutato. Vxori salutem ex me annuntiabis. Fratri tuo in literis tuis meo nomine salutē ascribes. Mei vice salutabis affinem meū. Num quid tuis mandas per me? R. Vt recte valeāt. Est ne quod velis ad tuos perferri me nuntio? R. Multam salutem omnibus, sed præcipue patri. Sunt quos per me tuo nomine velis salutato? R. Omnes qui de me percontabuntur. Salutem quā mihi ab amicis attulisti, illis multo cum fœnore referes. Quorum nomine mihi salutē attulisti, hos omnes mea gratia vicissim salutabis accurate. In amicis salutādis sis quæso mihi vicarius. Salutassem generū meū pliteras, sed tu mihi apud illum epistolæ vice fueris. Heus heus quò properas? R. Rectā Louaniū. Resiste paulisper, est quod tibi mandē. R.

GRATVLANDI REDVCI. G
Atqui pediti nō cōuenit sarcina. Quid rei est? R. Vt Godeniū, Rutgerū, Ioannem Campensem, totūmq; chorū trilinguem mihi salutes. R. Si nihil aliud imponis sarcinae prāter salutes, facile perferā. Atqui ne gratis isthuc facias, precor vti tibi quoq; eunti ac redeūti salus sit comes.

REDVCEM QVOMODO
salutare oporteat.

Salnū te aduenire gaudem⁹. Sospitē adesse volupe est. Te nobis redditū esse voluptati est. Gratulamur tibi felicē redditū. Gratia superis, quōd nobis incolomis redieris. Quo molestius fuit nobis tui desiderīū, hoc redditus cōspect⁹ tui iucūdius est. Gratulamur & tibi, & nobis, quōd viuis ac valēs nobis restitutus sis. Hoc reditus tuus est nobis iucūdius, quo minus expectatus. R. Ego vicissim letor quōd incolomis vos incolomes offēderi. Quōd te saluū repererim vehemēter gaudeo. Non viderer mihi redisse saluus, nisi vos saluos reperissē. Nūc demū mihi videor sospes, cū vos incolomes ac pulchrevalētes cōspicio.

PERCONTANDI FORMA,
in primo congressu.

GEORGIVS, LEVINVS.

G. Ex qua tandē corte aut cauea nobis ades? L. Quid ita? G. Quia male saginatus. Quia macie pelluces totus, ariditate crepitas. Vnde prodis? L. E collegio Montis acuti. G. Ergo ades nobis onustus literis. L. Imō pediculis. G. Pulehre comitatus aduenis, L. Sanē, nec tu

tum est nunc viatorē ire incomitatū.
 G. Agnosco sodalitiū scholasticū. Eo
 quid nouarū rerum adfers ē Lutetia?
 L. Illud in primis, quod scio, tibi videbitur incredibile. Lutetiæ Beta sapit,
 & Quercus cōcionatur. G. Quid tu nar-
 ras? L. Hoc quod audis. G. Quid ego au-
 dio? L. Hoc quod narro. G. Monstri si-
 mile. Oportet illic fungos & lapides
 esse auditores, vbi tales cōcionentur. L.
 Atqui sic res habet. Nec audita narro,
 sed cōperta. G. Oportet igitur illic plu-
 rimum sapere homines, si sapit Beta
 & Quercus. L. Recte coniectas.

ALIA.

G. Valesne? L. Contemplare vultum.
 G. Quin magis lotiū iubes? An me pu-
 tas medicū? Nō rogo quid valeas, nam
 facies ipsa loquitur te belle valere, sed
 quo modo tibi placeas. L. Corpus quidē
 belle habet, sed animo male est. G.
 At non valet, qui isthac parte laborat.
 L. Sic res habent mex. Corpus valet,
 sed egrotat crumena. G. Facile isti mor-
 bo medebitur mater. Vt valuisti vsq;?
 L. Varie, vt sunt res mortalium. G. Sa-
 tin' recte vales? Saluāne res? Satin' sal-
 ua res? Fuiſtine ſemper proſpera vale-
 tudine? L. Proſperrima, gratia ſuperis.
 Ego dei beneficio, perpetuò belliffime
 valui. Sēper proſpera valetudine ſum
 vſus. Haſtenus bona valetudine fui,
 fauſta, incolumi, felici, pſpera, ſecūda,
 integra, baſilica, athletica, pācratica va-
 letudine. G. Faxint ſuperi, vt iſthuc ſit
 perpetuū ac propriū. Latus iſthuc au-

dio. Voluptatē mihi nūcias. Est isthuc
 mihi audituperq̄ iucundum. Sermonē
 istū ex te audire supra modū gaudeo.
 Isthuc haud inuitus audio. Oppidō le
 tor isthuc audire ex te. Vt idē semper
 facias opto. Vt ad istū modū q̄diutis
 sime valeas, opto. Tibi gratulor, mihi
 gaudeo. Gratia superis. Gratiam habeo
 superis. L. Equidem pulchre valeo, si
 tu vales. G. Nihil interī molestiæ fuit
 L. Nihil, nisi quōd vestra cōsuetudine
 frui nō licuit. G. Quo pacto vales? L.
 Recte, pulchre, belle, perbelle, belliss
 me, perpulchre, feliciter, commode, mi
 nime male. Valeo vt volo, potius q̄ vt
 mereor, basilice, pācratice, athleticæ. G.
 Expectabam vt diceres etiam, taurice.

MALÉ VALERE.

G. Rectēne vales? L. Vellem quidē
 dem. Non admodū ex sententia. Equi
 dem vtunq; valeo. Sic satis. Valeo vt
 possum, quando vt volo nō licet. Vt so
 leo, ita vt superis visum est. Non opti
 me sanē. Sic vt antehac peius nunquā.
 Valeo vt solitus sum. Valeo vt solent
 quibus cū medicis res est. G. Vt vales?
 L. Secus q̄ vellem. G. Qua valetudine
 es? L. Haud sane commoda, incōmo
 da, perquam incōmoda, infelici, parum
 prospera, parū sequūda, mala, aduersa,
 infausa, imbecilli, dubia, mediocri, vix
 mediocri, longe alia q̄ vellem, tolerabi
 li, qualem optē hostibus meis. G. Rē
 mihi sanē quam acerbam narras. Pro
 hibeāt superi. Auertat Deus. Bona ver
 ba. Hic cupiam te vanū esse. Bono sis

animo oportet. Forti, i fractōq; sis ani-
 mo. Multū iuuat anim⁹ in re mala bo-
 nus. Fulciendus est animus spe fortu-
 næ secūdiōris. Quid morbi est? Quod
 mali genus est? Quis te morb⁹ habet?
 Quo morbo teneris? Quid habes mor-
 bi? Quis te tenet morbus? L. Nescio, &
 hoc laboro periculosius. G. Verum. Nā
 ad sanitatē gradus est, nouisse morbū.
 Nullōsne cōsuluisti medicos? L. Et qui-
 dem permultos. G. Quid respondent?
 L. Id quod aduocati Demiphoni apud
 Comicū: alius negat, alius ait, alius de
 liberandum censet. In hoc consentiunt
 omnes, me miserum esse. G. Quām pri-
 dem habet te hoc mali? Diu est quod
 teneris isto morbo? Quātū tēporis est,
 quod te malum hoc corripuit? L. Dies
 plus minus viginti. Fermē mensis est.
 Iam tertius est mensis. Mihi quidē sē-
 culū videtur, quōd ægrotare cœpi. G.
 Adnitendū cēseo, ne morbus fiat fami-
 liaris. L. Iā nimīū assueuit. G. Num est
 hydrops? L. Negant. G. Nū dysenteria?
 L. Non arbitror. G. Num febris? L. Opti-
 nor febris esse speciē, sed nouā, vt nūc
 noui subinde morbi exoriuntur ante
 hac incogniti. G. At plus satis erat ve-
 terum. L. Ita visum est naturæ nimīū
 noueræ. G. Quoto die recurrit dolor?
 L. Quoto die narras, imō quotidie sæ-
 pius q̄ Euripus. G. Pape, malū abomi-
 nandū. Vnde contraxisti morbū? Vnde
 suspicaris hoc esse collectum mali? L.
 Ex inedia. G. At nō soles vsque adeo su-
 perstitiosus esse, vt te ieiunio macera-

res. L. Non erat religio, sed inopia. G.
 Quenam? L. Quia nō dabatur cibus.
 E frigore natum arbitror. E putribus
 ouis morbū ortū suspicor. E vino plus
 satis diluto. E crudis malis contracta
 est stomachi cruditas. G. Vide ne ex im
 modico, aut intēpestiuo studio cōcilia
 ris hoc mali, aut ex potatiōe largiore,
 aut Venere parū moderata. Quin ac
 ceris medicū? L. Timeo ne citius mor
 bū augeat, q̄ adimat. Metuo ne pro re
 medio det venenū. G. Deligendus est
 igitur cui tuto fidas. L. Si moriēdū est,
 malo semel mori, q̄ tot pharmacis ex
 carnificatus. G. Fac igitur, vt ipse tibi
 sis medicus. Si diffidis homini medi
 co, precor vt sit tibi medici vice Deus.
 Sunt qui tecti cuculla Dominicali aut
 Franciscana reualuerunt. L. Idē fortas
 sis euenisset, si lenonis pallio tecti fuif
 sent. Verū ista diffidēti nihil cōducūt.
 G. Fide igiſ, vt reuiuifcas. Alij morbo
 leuati sunt, nūcupatis alicui diuo vo
 tis. L. At ego cū diuis nō pacifcor. G.
 Proīde tu vel à C H R I S T O, cui fidis,
 pete sanitatis beneficiū. L. At ego an
 beneficiū sit, nescio. G. An nō beneficiū
 est, liberari morbo? L. Nonnunq̄ mori
 felicius est. Ab illo nihil peto, nisi vt
 quod scit optimū esse, mihi largiatur.
 G. Sume quod aluū deijciat. L. Iam sua
 sponte cita est. G. Ciendus est aluus.
 Mouendus est aluus. L. Imò sistendus
 est magis. Nam plus satis profluit.

A L I A.

G. Fuitne tibi hoc iter faustum & cō

modum ! L. Sic satis , nisi quòd nihil
 vsquam tutù est à latronib⁹ . G. Hic est
 belli lud⁹ . L. Est, sed sceleratissim⁹ . G.
 Pedes aduenis, an eqnes ! L. Partim pe-
 destri itinere, partim vehiculo, partim
 equo, partim nauigio . G. Quo in statu
 sunt res Gallicæ ! L. Sanè turbulento.
 Magnæ bellorù minę sunt. Quid mali
 allaturi sint hostibus, nescio: certe Gal-
 li iam ipsi non dicendis malis affligũ-
 tur . G. Vnde profisciscũtur isti bellorù
 tumultus ! L. Vnde, nisi ex ambitione
 Monarcharũ ! G. At horũ prudētia cõ-
 ueniebat sedari rerũ humanarũ tēpesta-
 tes . L. Sedant illi quidē, sed vt. Auster
 mare. Persuadēt sibi se deos esse, suãq;
 causa mūdũ hunc esse cõditũ . G. Imò
 princeps reipublicę gratia cõstituitur,
 nō respública principis causa . L. Imò
 nō defunt Theologi, qui frigidã suffun-
 dant , & ad hos tumultus classicũ ca-
 nāt . G. Istos ego statuerē in prima acie .
 L. At illi sibi cauēt post principia . G.
 Ista publica fatis curāda relinquamus.
 Tuæ res quo tandem in statu sunt ! L.
 Optimo, felici, mediocri, tolerabili . G.
 Quo pacto se res habēt tuę nũ ex vo-
 to ! L. Imò supra votũ, supra meritũ,
 supra spem . G. Satin⁹ ex sentētia ! Satin⁹
 falsa omnia ! Satisne prospera õnia ! L.
 Res ì peiore statu esse nō potest. Peio-
 re in loco negotiũ nō potest esse . G. Nō
 cepisti igitur quod captabas ! Nō cõti-
 git præda quã venabaris ! L. Venabar
 equidē, sed irata Delia . G. Nihil reliquũ
 est speis ! L. Spei p̄ multũ, sed rei nihil.

G. Episcopus nihil ostēdit spei? L. Totā
 plaustra, totas naues, sed p̄terea nihil.
 G. Nihil adhuc misit? D. Promisit qui
 dē largiter, at ne terūciū quidē misit.
 G. Ergo spe alēdus est animus. L. Sed
 hac non saginatur vēter. Qui spe alun
 tur, pendent, nō viuūt. G. Sed hoc eras
 ad iter expeditior, quōd nihil esset one
 ris in zona. L. Fateor, atq; etiā tutior.
 Nulla enim sunt arma certiora aduer
 sus latrones. Sed ego malim & onus &
 periculum. G. Nihilne tibi ademptū
 est in via? L. Mihine? Quāso quid eri
 pias nudo? Alijs citius periculum erat
 à me. Licuit mihi vacuo viatori per to
 tū iter canere & esurire. Num quid vis?
 G. Quō nunc hinc abis? L. Rectā do
 mum, salutaturus penates iam diu nō
 visos. G. Precor vt illic offendas om
 nia læta. L. Vtinā ita velint superi. Ni
 hil interim extitit noui. domi nostræ?
 G. Nihil, nisi quōd reperies auctam fa
 liam. Nam tua Catulla peperit tibi ca
 tulum absenti. Tua gallina peperit tibi
 ouum. L. Bene nuntias. Grata nūtiās.
 At ego tibi pro isthoc nūtio polliceor
 euangelium. G. Quōdnam, secundum
 Matthæum? L. Non, sed secundū Ho
 merum. En, accipe. G. Tibi serua tuū
 euangelium. Mihi saxorū fatis, est do
 mi. L. Ne sperne munusculum. Aētis
 tes est. qui grauidis admotus in nixu,
 maturat partum. G. Quid ais? Est mi
 hi sanè gratissimum. Dispiciam vnde
 possim hoc donum pensare. L. Abun
 de pensatum puta, si boni consulueris.

PERCONTANDI

L. Imò nihil accidere potuit magis in tempore. Nam vxori meæ iampridem tumet vterus. L. Illud igitur abs te stipulabor, vt si masculum ædiderit, me susceptorē ascifcas. G. Polliceor, ac tuū indetur puero nomē. L. Quod vtrifq; bene vertat. G. Imò nobis omnibus.

PERSONAE.

MAVRICIVS, CYPRIANVS.

M. Redisti nobis obefior solito. Redisti procerior. c. At equidē mallē prudentior, aut doctior. M. Imberbis abieras, redisti barbatulus. Contraxisti tibi absens nō nihil senij. Quid sibi vult hic pallor? quid macies? quid frons caperata? c. Vt est fortuna, sic est corporis habitus. M. Num aduersa? c. Nūquam mihi quidem aliās sequūda, sed nunquam quā nūc reflauit odiosius. M. Doleo vicem tua. Dolet mihi tua calamitas. Sed quid isthuc mali est? c. Vniuersæ pecunię naufragium feci. M. In mari? c. Nō, sed in litore, nondum nauē ingressus. M. Vbinam? c. In litore Britannico. M. Bene habet quod ipse nobis vius enatasti. Præstat pecuniæ iacturam facere quā vitæ. Leuius est pecuniæ dispendium quā famæ. c. Vita famæque incolumi, perijt pecunia. M. Vita sarciri nullo pacto potest, fama ægre potest, pecunia facile ælicūde sarcietur. Qui malum hoc accidit? c. Nescio, nisi quod sic erat in factis meis. Sic visū est superis. Sic libuit genio meo malo. M. Vides igitur doctrinam ac virtutem tutissimas esse di-

uitias, quæ nec eripi possunt, nec gra-
uant circūferentē. c. Pulchre tu quidē
philosopharis, sed interim ego ringor.

A. L. I. A.

P. E. R. S. O. N. A. E.

C. L. A. V. D. I. V. S. B. A. L. B. V. S.

c. Gratulor tibi reduci Balbe. b. Et
ego tibi superstiti Claudii. c. Gratulor
tibi in patriā reuerso. b. Imò gratula-
re magis ē Gallia p̄fugo. c. Quid ita?
b. Quia illic bellis feruent omnia. c.
Quid Musis cū Martes? b. Atqui illic
ne Musis quidē parcit. c. Tu igitur fe-
liciter elapsus es. b. At nō sine pericu-
lo. c. Totus alius nobis redisti. b. Qui
sic? c. Ex Hollando versus es in Gallū.
b. Quid? an capus erā quū hinc abirēs?
c. Vestis indicat te mutatū ex Batauo
in Gallum. b. Hanc metamorphosim
malim, q̄ in gallinā. Sed vt cuculla non
facit monachū, ita nec vestis Gallum.
c. Iamne calles Gallice? b. Sic satis. c.
Quo pacto didicisti? b. A magistris
haudquaquam mutis. c. Quibus? b. A mu-
lierculis quouis turture loquacioribus.
c. In tali ludo facile discimus loqui. So-
nāne probe sermonē Gallicū? b. Imò
& Latinū sono Gallice. c. Nunquā igitur
scribes bona carmina. b. Quur ita?
c. Quia perijt tibi syllabarū quātitas.
b. Mihi satis est qualitas. c. Quid, est
ne Lutetia immunis à pestilentia? b.
Nō est, sed perpetua nō est: aliquando
remittit sese, mox recrudescit: nōnunquā
intermittit, deinde recipit sese. c. Nō
sat erat malorū, vbi bellū est? c. Erat,
nisi secus esset visum superis. c. Anno

DE AMBVLATIO.

nae caritatē isthic esse oportet. B. Imò penuriã. Omnium rerũ illic inopia est præterq̃ sceleratorũ militum. Bonorũ virorum illic est mirabilitas. c. Quid accidit Gallis, vt bellum suscipiãt cum Aquilã? B. Quia mouet illos exemplũ scarabæi, qui non cessit aquilæ. In bello nemo sibi nõ videtur Hercules. c. Nõ te remorabor diutius. Aliã latius nungabimur, quum erit vtrique commoedum. Nunc aliò me vocant negotiola quædam.

DOMESTICA CONFABVLATIO. PERSONAE.

PETRVS, MIDA PVER, IODOCVS
 P. Heus heus puer, nemon' huc pro
 dit? M. Hic opinor effringet fores. Fa
 miliarẽ oportet esse. O lepidum caput.
 Quid adfers mi Petre? P. Me ipsum.
 M. Næ tu rem haud magni pretij huc
 attulisti. P. Atqui magno constiti pa
 tri meo. M. Credo, pluris quàm reuẽ
 di possis. P. Sed Iodocus estne domi?
 M. Incertus sum, sed visam. P. Quin
 tu potius abi, & roga ipsũ an velit nũc
 esse domi. M. Abi tu potius, sis' q3 tibi
 ipsi Mercurius. P. Heus Iodoce, num
 es domi? I. Non sum. P. Impudẽs, nõ
 ego audio te loquentẽ? I. Imò tu im
 pudentior. Nuper ancillæ tuæ credidi
 te non esse domi, & tu non credis mi
 hi ipsi. P. Equum dicis, par pari rela
 tum. I. Equidem vt nõ omnibus dor
 mio, ita non omnibus sum domi, tibi
 posthac semper ero. P. Sed tu mihi vi
 dere cochleæ vitã agere. I. Qui sic? P.

Quia perpetuo domi latitas, nec vsquam prorepis. Non secus atque claudus futor, iugiter domi desides. Tu tibi domi situm contrahis. *i.* Est quod agam domi, foris nihil est negotij. Et si quid esset, tamē hoc cælū me dies aliquot à publico cohibuisset. *p.* At nūc sudum est, & inuitat ad deambulandū. Vide vt blanditur. *i.* Si prodeambulare lubet, non recuso. *p.* Planē videtur hoc vtendum cælo. *i.* Asciscendus est vnus aut alter cōgerro. *p.* Fiet, modo dicas quos velis. *i.* Quid si Hugonē? *p.* Haud multum interest inter Hugonē & nugonē. *i.* Age, placet. *p.* Quid si Alardum? *i.* Homo minime mutus est. Quod auribus diminutum est, lingua pensat. *p.* Si videtur, Neuium adiungemus. *i.* Si quidem dabitur illius copia, nūquam erit fabularum inopia. Placent confabulones, superest vt locū dispicias amoenū. *p.* Ego vero tibi locū ostendam, vbi nec nemoris vmbra, nec pratorum smaragdinum virorem, nec fontis vias scatebras desiderabis. Dices dignā Musis sedem. *i.* Magnifice polliceris. *p.* Nimiū affixus es libris. Nimum affides libris. Immodico studio te maceras. *i.* Malim studio macrescere q̄ amore. *p.* At non ideo viuimus vt studeamus, sed ideo studemus, vt suauiter viuamus. *i.* Mihi vero vel immori chartis dulcē est. *p.* Equidem immorari probo, immori non probo. Ecquid voluptati fuit hęc deambulatio? *i.* Me quidē vehemēter oblectauit.

A E G I D I V S , L E O N A R D V S .

A E . Q u o n o s t e r L e o n a r d u s ? L . A d t e
 i b a m . A E . I s t u d q u i d e f a c i s i n s o l e s . L .
 Q u a m o b r e ? A E . Q u i a i a m a n n u s e s t ,
 q u o d n o s n o n v i s e r i s . L . M a l o i n h a n c
 p e c c a r e p a r t e v t d e s i d e r e r , q u a m v t o b t u n
 d a . A E . I m o b o n i a m i c i n u l l a e s t a p u d
 m e f a t i e t a s . I m o q u o c r e b r i u s v e n i e s ,
 h o c m i h i v e n i e s g r a t i o r . L . Q u i d i n t e r i m
 a g i t u r d o m i t u a e ? A E . M u l t a s a
 n e q u e n o l i m . L . N o n m i r o r . S e d i a m n e
 p e p e r i t v x o r ? A E . I a m d u d u , & q u i d e
 g e m e l l o s . L . Q u i d e g o a u d i o ? A E . S i c
 r e s h a b e t , a t q u e i l l i i a d e n u o t u m e t v t e r
 r u s . L . I s t h o c p a c t o s o l e t a u g e r i f a m i
 l i a . A E . S e d v t i n a f o r t u n a s i c a u g e r e t
 p e c u n i a , v t v x o r f a m i l i a . L . I a m n e e l o
 c a s t i f i l i a m ? A E . N o n d u m . L . V i d e n e
 p a r u t u t u s i t v i r g i n e t a m g r a d e m d e
 t i n e r e d o m i . Q u a r e n d u s e s t g e n e r a l i s
 q u i s . A E . N i h i l o p u s . I a m p r o c i c o p l u
 r e s i l l a a m b i u n t s p o s a m . L . Q u i d i g i
 t u r s u p e r e s t , n i s i v t e m u l t i s d e l i g a s ,
 q u i t i b i m a x i m e s i t a c c o m m o d u s ? A E .
 O m n e s e i u s m o d i s u n t , v t n e s c i a m q u e
 c u i p r a e f e r a : s e d a b h o r r e t a n u p t i j s f i l i a .
 Q u i d a i s ? A t q u i , n i f a l l o r : i a d u d u n u b i
 l i s e s t . I a d u d u e s t a p t a v i r o , m a t u r a c o
 i u g i o . I a m p r i d e e s t t e p e s t i u a v i r o . A E .
 Q u i d n i , a n n u m e g r e s s a i a m d e c i m u s e
 p t i m u ? M a i o r a n n i s d u o d e u i g i n t i . A n
 n u m i a m a g e n s v n d e u i g e s i m u m . A n
 n o s n a t a d e c e & o c t o . L . C u r a b h o r e t
 i g i t u r a m a t r i m o n i o ? A E . A i t s e v e l l e
 C H R I S T O n u b e r e . L . S a n e m u l t a s

habet ille sponſas. An malo genio nuſpfit, quæ caſte viuit cū marito? AE. Mihi quidem non videtur. L. Quis deus hunc affectū afflauit filia? AE. Nescio, ſed abduci ab hoc propoſito nullis rationibus poteſt. L. Vide ne ſint incantatores, qui inſtigent & allecētent. AE. Noui ego iſtos plagiaros. Sedulo arceo hoc hominū genus ab ædibus meis. L. Quid igitur eſt in animo? Morereres animo puellæ? AE. Equidē obluſtor, quoad licebit. Nihil non experiar, quo mutem illius ſententiā. Quod ſi pertendet, vt coepit, non pugnabo cū illius animo, ne forte videar *διομαχιῖν*, vel potius *μοναχομαχιῖν*. L. Religioſe tu quidem loqueris. Sed etiam atq; etiam fac explores virginis conſtantiam, ne poſt, facti poeniteat, quum mutare non erit integrum. AE. Equidē adnitar ꝑ mea virili. L. Quid rerum gerūt filij? AE. Natu maximus iam dudum maritus eſt, breui pater futurus. Minimum ablegauit Lutetiam. Nam hic nihil aliud quàm ludebat. L. Quid eó? AE. Vt magiſter nobis redeat ſtultior quàm exierat. L. Bona verba. AE. Medius iam coepit initiari ſacris. L. Precor vt bene vertat omnibꝰ.

A L I A. P E R S O N A E.

M O P S V S, D R O M O.

M. Quid fit? quid agitur Dromo? D. Sedetur. M. Video. Sed quomodo ſeres habēt tuæ? D. Vt ſolent ijs, quibus ſuperi ſunt parum propitij. M. Iſthuc ominis auertat Deus. Quid agiſ?

D. Equidem otium ago. Id quod vides, nimirum nihil. M. Prestat otiosum esse, quod nihil agere. Ego te fortassis occupatum feriis negotiis interpello. D. Imo maxime vacuum. Iam enim me coeperat otij tedium, & congerronem desiderabam. M. Fortassis impedio, interrumpo, interturbo tua negotia. D. Imo tedium otij discutis. M. Da veniam si te parum in tempore interpellarim. D. Imo ipso in tempore aduenis. Opportune te huc attulisti. Optatus ades. Interuentus tuus est mihi vehementer gratus. M. Fortassis aliquid seriaz rei inter vos agitur, cui nolim esse impedimento. D. Imo lupus, quod aiunt, ades in fabula. Nam de te sermo erat. M. Facile crediderim, nam mihi huc venienti mire tinniebat auris. D R. Vtra? M. Laeva. Vnde conijcio nihil magnifice de me fuisse predicatum. D. Imo nihil non honorificum. M. Vanum igitur fuerit oportet. Sed quid est bonae rei? D. Aiunt te venatorem esse factum. M. Imo iam intra castes meos est praeda, quam venabar. D. Quenam? M. Lepida puella, quam perendie ducturus sum, vosque oro ut meas nuptias vestra praesentia digne mihi honestare. D. Quenam est sponsa? M. Aloisia Chremetis filia. D. Egregium spectatorem formatum. Tuis oculis adlubuit illa nigro capillitio, summis naribus, ore praelargo, ventre prominulos. M. Desinite. Mihi eam duxi, non vobis. Non sat est quod suo regi pulchra est regina? Ita demum illa mihi

placebit, si vobis nō admodū placeat.

ALIA. SYRVS, GETA.

s. Opto tibi multā felicitatem. G. Et ego tibi conduplicatū opto, quidquid optas mihi. s. Quid agis rei? G. Confabulor. s. Quid scōfabulare solus? G. Ut vides. s. Fortasse tecū. Proinde tibi vidēdum, vt cum homine probō fabuleris. G. Imò cū lepidissimo cōgenere confabulor. s. Quos? G. Apuleio. s. Istud quidē nunquam non facis. Sed amant alterna camoenæ. Tu perpetuō studes. G. Non est vlla studiorū fatietas. s. Verū, sed est tamen mod⁹ quidam. Non omittēda quidē sunt studia, sed tamē intermittēda nōnunquā. Nō abijciēda sunt, sed relaxāda. Nihil suave quod perpetuū. Voluptates cōmēdat rarior vsus. Tu nihil aliud q̄ studes. Perpetuō studes. Cōtinenter incūbis literis. Indefinenter inhæres charitatis. Studes noctes ac dies. Nunquā non studes. Assiduus es in studio. Iugiter intentus es libris. Nullum facis studēdi finem, neq; modum. Nullam studijs tuis requiē intermiscēs. Nunquam studēdi laborem nec intermittis, nec remittis. G. Age, tuo more facis. Rides me, vt soles. Nunc ludis tu quidē me. Salse me rides. Satyrscū agis. Naso me suspendis adunco. Non me fallit tuum scōmma. Nūc plane loco mecum agis. Sum tibi risui. Rideor abs te. Pro delectamento me habes. Nunc me ludos deliciāsq; facis. Eadē opera assue mihi

EXCUSANDI, MANDANDI,

auriculas asini. Ipsi codices puluere fistuque obducti loquuntur, quam sim immodicus in studio. s. Emoriar, ni loquor ex animo. Disperea, si quid fingo. Loquor id, quod sentio. Quod res est, dico. Serio loquor. Ex animo loquor. Non secus sentio, quam loquor,

CUR NON VISIS.

G. Quid causæ est, quod tamdiu nos non inuiseris? Quid rei est, quod nos tam raro visis? Quid accidit, quod tanto tempore nos non adieris? Quare tam rarus es salutator? Quid sibi vult, quod nos tamdiu non conueneris? Quid obstitit quo minus visas nos frequentius? Quid impedimento fuit, quo minus feceris nobis tui videndi copiam?

NON LICUIT PER OCCUPATIONES.

S. Non licuit per otium. Volui quidem, at non licuit mihi per mea negotia. Haftenus non sinebant negotia ut te viserem. Non patiebantur vnde negotiorum, quibus inuoluebar, ut te salutarem. Occupatior fui, quam ut potuerim. Tam varijs distringebar curis, ut mihi non fuerit liberum adire te. Vix ipsi mihi fuit copia mei, sic me totum molesta quaedam negotia possidebant. Negotijs meis imputabis, non mihi. Non defuit voluntas, sed vetuit necessitas. Haftenus non vacauit. Haftenus non contigit otium. Haftenus non fuit vacuum. Non licuit per valetudinem. Non licuit per tempestatem. G. Equis

dem accipio tuā excufationē , fed hac lege , ne ſæpius vtaris . Excufatio tua iuftior eft,quàm vellem, ſiquidem valetudo fuit in caufa . Hac lege mihi purgatus eris, ſi quod factum eft, officio ſarcias. Si ſuperiorem ceſſationem crebra viſitatione penſes. s. Tu nihil moraris iſtiusmodi officia nimiũ vulgaria . Amicitia noſtra firmior eſt , quàm vt ſit officijs iſtis vulgaribus alenda . Satis crebro viſit, qui cõſtanter amat. g. Male ſit iſtis curis, quæ te nobis adiungunt. Quid imprecer iſtis negotijs, quæ talem amicũ nobis inuident? Peſſime ſit iſti febris , quæ nos tam graui deſiderio torſit tui . Male pereat iſta febris, te incolumi.

MANDANDI AC POL LIC EN DI. PERSONAE.

IACOBVS, SAPIDVS.

1. Quaſo vt hæc res tibi cordi ſit. Etiã atq; etiam rogo, vt hoc negotium tibi ſit curæ. Hac in re velim vt totum Sapidum exeras. Si me amas, cauſam hæc tractabis diligenter . Hac in re quaſo, vt aduigiles. Curabis hanc rem mea cauſa diligenter. Si vere is es, quẽ ſemper eſſe te mihi perſuaſi , fac vt ſentiã hac in cauſa, quanti me facias. s. Deſine , ego tibi hoc effectum reddam , & quidem propediem. Euentum præſtare poſſum, illud polliceor, mihi nec fidem, nec ſtadium defuturum. Curabo diligentius, quàm ſi mea res ageretur: quanquam meã eſſe duco, quæ ſit

b.ij.

amici. Fac vt in me quiduis desiderēs citius quàm fidem ac diligentiam. Tu fac in vtranq; dormias aurē , ego tibi hoc confectum dabo. Tu quietus esto, in me recipio prouinciā omnē . Gau- deo mihi datā occasionē , qua declarē animum in te meū. Equidē oratione nihil polliceor, sed re præstabo , quicquid est amici synceri, & ex animo bene volētis. Nolim te lactare vana spe. Illud efficiā, vt dicas hoc negotij mā datum amico.

S V C C E S S V S.

s. Res successit opinione melius. Fortuna votis vtriusq; fauit. Si fortuna tibi nupsisset, non potuisset esse sequundior. Res tua & ventis, & amne sequūdo processit. Vicit etiā vota nostra fortunæ fauentis afflatus. Opinor te litasse Rhamnusiæ, cui sic ex sententia cadunt omnia. Plus impetraui q̄ fuissem ausus optare. Ventis per omnia sequūdis hic cursus nobis peractus est. Res omnis cecidit ex sententia. Pulchre nobis cecidit hæc alea. Opinor volasse noctuā, adeo feliciter exijt nobis parum sapienter institutum.

G R A T I A.

x. Equidem gratiā & habeo, & habiturus sum quoad viuā maximam. Pro isto tuo in me officio pares agere gratias vix possim, referre nequaquā. Vix deo quātum debeā tuo in me studio. Nihil miror, neq; enim tu quicquam noui fecisti, & hoc magis debeo. De

Isthoc tuo in me officio, amo te mi Sa-
 pide, vt par est, maxime. Quòd hac in
 causa præstiteris amicū minime auli-
 cum, & habetur à me gratia, & semper
 habebitur. Quòd meum negotiū tibi
 cordi fuerit, amo te, & habeo gratiā.
 Isthoc officio gratiam inisti apud me
 maximam. Pergratū est, quòd causam
 meam egeris bona fide. Ex omnib⁹ of-
 ficijs, quæ tu plurima in me contulisti,
 hoc est longe gratissimum. Referre
 gratiam parem nequaquam possum, a-
 gere accurati⁹ inter nos superuacaneū
 sit: quod vnū possum, habebo dū vixero.
 Isthoc beneficio fateor tibi me ma-
 gnopere deuinctum esse. Hoc nomine
 plus tibi debeo, quàm vt vnquam solu-
 uendo esse queā. Hoc beneficio arctius
 me tibi deuinxisti, q̄ vt possim dissolu-
 uere. Obligatiore me tibi reddidisti,
 quàm vt nomē meū è tuo diario possim
 vnquam expungere. Hoc officio
 me sic tuum reddidisti, vt nullum mā-
 cipium eque sit in rebus heri sui. Hac
 re me tibi deuinctiorem reddidisti, q̄
 vt vnquam æs alienum possim resolu-
 uere. Plurimis nominibus tibi debeo,
 sed non alio plus quàm hoc. Pro me-
 diocribus beneficijs agendæ sunt gra-
 tiæ, hoc maius est quàm vt conueniat
 verbis gratias agere,

RESPONSIO.

S A. Aufer mihi ista. Maior est nostra
 necessitudo, quàm vt vel tu mihi, vel
 ego tibi pro vllō officio debeam gra-
 tias.

tias agere. Nō contuli hoc in te beneficium, sed retuli. Mihi quidem abunde relatam gratiā arbitror, si gratum est quod feci sedulo. Non est cur mihi gratias agas, si pro tot tuis in me beneficijs nō vulgaribus hoc officioli reperiendi. Equidem nihil laudis mereor, ingratiſſimus habēdus si defuiſſem amico. Quicquid est in reb⁹ meis, quicquid mea cura preſtari poteſt, hoc tam tuū eſſe ducito, quā id quod eſt maxime tuū. Videor mihi beneficiū accepſiſſe, quōd noſtrum officiū boni cōſulſiſ. Pro tantillo officio mihi tam accurate gratias agis, quaſi non multo maiora tibi debeā. Sibi benefacit, qui benefacit amico. Qui bene meretur de amico, non dat beneficium, ſed foenerat. Si ex animo probas officium in te meum, fac vtare ſæpius. Ita credam tibi gratū eſſe quod feci, ſi quoties deſiderabis operam meam, non roges, ſed imperes quod voles.

ALIA IN CONGRESSU.

ARNOLDVS, CORNELIVS.

A. Salve multum Corneli, iam toto ſeculo deſiderate. c. Salve & tu ſodalis exoptatiſſime. A. Iam deſperabamus reditum tuum. Vbi tandiu peregrinatus eſ? c. Apud inferos. A. Non admodum veriſſimile dicis, adeo nobis rediſti ſqualidus, macilētus, ac palidus. c. Imō ab Hieroſolymis adſum tibi, nō à profundis manibus. A. Quis Deus, aut quis ventus te illuc adegit?

c. Quæ res adigit alios innumeros
 A. Stultitia, ni fallor. c. Igitur hoc cõ
 nitij non in me solum competet. A R.
 Quid illic venabare ? c. Vt miser es
 sem. A. Istiuc licebat domi. Est'ne il
 lic, quod tu putes spectatu dignum ?
 c. Vt ingenue fatear tibi, nihil. Osten
 duntur quædam monumenta vetusta
 tis, quorum mihi nihil non videbatur
 commentitium, & excogitatum ad al
 liciendos simplices & credulos. Imò
 nec hoc arbitror illos scire, quo loco
 sita fuerit olim Hierosolyma. A. Quid
 igitur vidisti? c. Magnam ubiq; bar
 bariem. A. Nihilo senctior redisti c.
 Imò multis partibus deterior. A. Nõ
 matior ergo. c. Imò nudior Leberide.
 A. An nõ poenitet igitur tam longin
 quæ peregrinationis frustra susceptæ?
 c. Nec pudet, quia tam multos habeo
 stultitię meę sodales: nec poenitet, quia
 frustra iam sit poenitere. A. Nihil er
 go fructus refers è tam difficili pere
 grinatione? c. Multum. A. Quid tã
 dem? c. Quia posthac viuam suauius.
 A. An quia iucundum est meminisse
 laborum actorum ? c. Est istiuc quis
 dem nonnihil, sed non in hoc sunt om
 nia. A. Est'ne aliud præmium? c. Est
 sanè. A. Quod? c. Magna volu
 ptate, quoties libebit, & ipse me affi
 ciam, & alios mentiēdo, quoties itine
 rarium meum recitabo in conciliabu
 lis aut in conuiujs. A. Profecto nõ tu
 procul aberras à scopo. c. Deinde non

minus capiam voluptatis, quum alios
 audiam mentientes de rebus, quas nec
 audierunt vnquam, nec viderunt. Id' q3
 faciunt tanta confidentia, vt quū nar-
 rent Sicularum gerris vaniora, tamen sibi
 etiā persuadeant, se vera loqui. A. Mi-
 ra voluptas. Nō omnino tibi perijt o-
 leum & opera, quod aiunt. c. Imò hoc
 arbitror aliquanto consultius, q̄ quod
 faciūt isti, qui paulo pecuniæ cōducti,
 proficiscuntur in militiam, omniū sce-
 lerū scholam. A. Sed illiberalis est vo-
 luptas, ex mendacijs voluptatem cape-
 re. c. Verum hoc aliquanto liberalius,
 q̄ obtreptione, vel delectare, vel dele-
 ctari, aut alea tempus & rem perdere.
 A. Cogor equidem pedibus in tuā ire
 sententiam. c. Verum, est & alius fru-
 ctus. A. Quis? c. Si quis erit amicus
 egregie charus, affinis huic insaniam, eū
 admonebo domi maneat: vt nauarum so-
 lent eiectione naufragio, monere nauiga-
 turos, quid periculi sit vitandum. A.
 Vtinā mihi monitor adfuisses in tem-
 pore. c. Quid? num similis morbus te
 quoque corripuit? Num afflauit & te
 huius mali contagiū? A. Visi Romam
 & Cōpostellam. c. Deum immortalē,
 quanto mihi solatio est, te contigisse
 se stultitiæ meæ socium. Quæ Pallas
 isthuc tibi misit in mētē? A. Non Pal-
 las, sed ipsa Moria, præsertim quum
 domi haberem vxorem integra adhuc
 etate, liberos aliquot, & familiam, quæ
 pendebat ex me, & opera mea quos

tidiana alitur. c. Oportuit fuisse seriae rei quippiã, quod te à charissimis tuis distraxerit. Narra obsecro. A. Pudet dicere. c. Non apud me, qui vt scis, eodẽ tenear malo. A. Computabamus aliã quot vicini. Vbi vino incaluerat animus, erat qui prædicabat sibi esse in animo salutare diuum Iacobum, erat alter qui diuum Petrum: ilico nõ defuit vnus aut alter, qui sponderent se comites fore. Tandem visum est, vt omnes irent simul. Ego, ne viderer parum commodus compotor, pollicitus sum & ipse. Mox agitari cœptum, vtrò potius iremus, Romam, an Compostellam. Factum est senatusconsultum, vt bonis auspicijs vtròque postridie proficisceremur omnes. c. O graue decretum, dignius quod vino inscriberetur quàm æri. A. Ac mox ingens obambulat patera: quam vbi suo quisq; ordine ebibisset, votum factum est inuisolabile. c. Noua religio. sed num omnibus contigit reditus incolumis? A. Omnibus, præterquam tribus: quorum vnus in profectioe moriens, mandauit nobis vt suis verbis salutem diceremus Petro & Iacobo: Alter, perijt Romæ, iussitq; vt suo nomine salutarerem vxorem ac liberos: Tertium reliquimus Florentiæ, valetudinis planè deploratæ. Opinor iam esse apud superiores. c. Adeone pius erat? A. Imò nugator maximus. c. Vnde igitur isthuc suspicari? A. Quia peram habebat in-

b.v.

BIBLIOTECA

GENOVA

dulgentijs largissimis distentam. c. Audio: sed iter est longum in cælum, nec satis, vt audio, tutum ob latrunculos, qui obsident regionem aeris mediam. A. Verum, sed ille sat erat munitus diplomatibus. c. Qua lingua descriptis? A. Romana. c. In tuto est igitur? A. Est, nisi forte incidat in geniū aliquē, qui Latine nesciat. tum esset illi redeundū Romam, & nouū diploma impetrandum. c. Bullæ venduntur illic & mortuis? A. Maxime. c. Sed interim illud mihi monēdus es, ne quid effutias incogitantius. Iam enim Corycæis plena sunt omnia. A. Ego vero nihil eleuo indulgentias, sed combibonis mei stultitiam rideo, qui quum esset alioqui nugator nugacissimus, salutis suæ prorā, vt aiunt, ac puppim in membrana collocarit potius, quam in correctis affectibus. Sed quando fruemur illa voluptate, quam modo prædicabas? c. Quū erit commodum: adornabimus compotatiunculam aliquam, vocabimus nostri ordinis homines, ibi certabimus mentiendo, nosq; affatim mutuis mendacijs oblectabimus. A. Agē fiat.

ALIA PERSONÆ.

PAMPHAGVS, COCLVS.

P. Aut parum prospiciūt oculi, aut Coclitem veterem compotorem meū video. c. Imò nihil te fallunt oculi tui, vides sodalem ex animo tuū. P. Nulla cuiquam erat spes reditus tui, qui tot

annos abfueris, ignotus omnibus, quae
 te terrarum haberet regio . Sed vnde,
 dic quaeso? c. Ab Antipodibus. p. Imò
 ab infulis, opinor, fortunatis. c. Gau-
 deo quòd agnoueris sodalem tuū: nam
 verebar ne sic domum redirem, quem
 admodum redijt Vlysses. p. Quonam
 pacto redijt ille? c. Nec ab vxore est
 agnitus. Solus canis iam vetulus, mota
 cauda, dominum agnouit. p. Quot an-
 nos ille domo abfuerat? c. Viginti. p.
 Tu plures abfuiſti, nec tamen fefellit
 me tua facies. Sed quis isthuc narrat
 de Vlyſſe? c. Homerus. p. Oh, ille, vt
 aiunt, pater est omnium fabularū. For-
 taſſis vxor interim aſciuerat taurum
 alium, & idcirco non agnouit Vlyſſem
 ſuum. c. Imò nihil illa caſtius, ſed Pal-
 las addiderat illi ſeniū, ne poſſet agnoſ-
 ſci. p. Qui tandem agnitus eſt? c. E tu
 bernaculo, quod habebat in digito pe-
 dis, id animaduertit nutrix iam ad-
 modum anus, dum illi pedes lauat. p.
 O curioſam lamiam. Et tu miraris, ſi
 ego te agnouī ex iſto tam inſigni na-
 ſo? c. Nihil me poenitet huius naſi.
 p. Nec eſt cur poeniteat, quum orga-
 num tibi ſit ad res tam multas vtile.
 c. Ad quas? p. Primum ad extinguen-
 das lucernas, erit cornu vice. c. Perge.
 p. Deinde ſi quid hauriendum erit e-
 cauo profundiore, fuerit loco promi-
 ſcidis. c. c. L. Papæ. P. A. M. Si manus
 erunt occupatæ, licebit vti vice paxilli.
 c. Etiamne amplius? p. Conducet ex-
 b. vj.

citando foculo, si defuerit follis. c. Belle narras. Quid prætereas? A. Si lumen officiat scribenti, præbebit umbraculum. c. Ha ha hæ. est præterea quod dicas? P. In bello nauali præbebit vsum harpagonis. c. Quid in bello terrestri? P. Erit loco clypei. c. Quid deinde? P. Findendis lignis erit cuneus. c. Probe. Si præconem agas, erit tuba: si classicum canas, cornu: si fodias, ligo: si metas, falx: si nauiges, ancora: in popina fuerit fuscina, in piscando hamus. c o. O me felicem. nesciebam me circumferre tam ad multa conducibilem suspellectilem. Sed quis interim terrarum angulus te habuit? P. Roma. c. At qui fieri potuit, vt in tanta luce nemo te sciret viuum? P. Imò nusquam magis latent boni viri, adeo vt sæpe clarissima luce neminem videas in frequenti foro. c. Redis igitur nobis onustus sacerdotijs. P. Venatus equidem sum sedulo, at parum fauit Delia. Nam complures illic piscantur hamo, quod dici solet, aureo. c. Stultum piscandi genus. P. Et tamen pulchre succedit nonnullis. Sed non omnibus feliciter cadit hæc alea. c o. An non insigniter stulti sunt, qui plumbum commutant auro? P. Sed tu non intelligis in plumbo sacro, venas auri subesse. c. Quid igitur? redisti nobis nihil aliud quam Pamphagus? P. Non. c. Quid igitur? P. Lupus hians. c. Felicius redeunt, qui asini redeunt sacerdotiorum sarcina gra

ues. Cur mauiſ ſacerdotiũ quãm vxorem? p. Quia mihi placet otium. Arridet Epicurea vita. c. At mea ſententia ſuauius viuunt, quibus eſt lepida puella domi, quam complectantur quoties libet. p. Sed adde, nonnunquam quum non libet. Amo voluptatem perpetuam. Qui ducit vxorem, vno mēſe felix eſt: cui contingit opimum ſacerdotium, in omnem uſque vitam fruitur gaudio. c. Sed triftis eſt ſolitudo, adeo vt nec Adam ſuauiter victurus fuerit in paradifo, niſi Deus illi adiunxiſſet Euam. p. Non deerit Eua cui ſit opulentum ſacerdotium. c. Sed voluptas non eſt volupas, quæ cum mala fama, malaque conſcientia coniuncta eſt. p. Verum dicis, & idcirco mihi in animo eſt, conſabulatione librorum ſolitudinis tædium fallere. c. Iſtis quidem ſodalibus nihil iucundius. Sed rediſ ne ad tuam piſcationem? p. Redeo, ſi liceat parare nouam eſcam. c. Aureãmne aut argenteam? p. Vtramlibet. c. Bono animo eſ, pater ſuppeditabit. p. Nihil illo tenacius. Nec crediturus eſt deſuuo, quum intellexerit mihi fortem etiam periſſe. c. Verum iſta lex eſt aleæ. p. Sed ille non delectatur hac alea. c. Si pernegabit ille, commonſtrabo tibi, vnde poſſis quantum voles pecunię fumere. p. Tu vero mihi voluptatem narras: age monſtra, iam cor mihi ſalut. c. In promptu eſt. p. Nactus eſ theſaurum aliquem? c. Si nactus eſſem,

mihi nactus essem, non tibi. p. Si queſſi
 corradere centum ducatos, reuixerit
 ſpes. c. At ego tibi commonſtro, vnde
 poſſis haurire centum millia. p. Quin
 tu igitur me beas? Ne diutius eneca.
 Dic vnde. c. Ex aſſe Budæi. Illic repe-
 rias innumeras myriades, ſiue auream
 malis monetam, ſiue argenteam. p.
 Abi quò dignus es cum tuo ioco. il-
 linc tibi reſoluam, quod debuero pecu-
 niæ. c. Reſolues, ſed quò illinc tibi nu-
 meraro. p. Age, noui naſum tuum. c. o.
 At mihi præ te naſus eſt nullus. p. Imò
 niſil te naſutius. Niſil eſ niſi naſus. c.
 Ludis in re ſeria. Hac in re ringi poſ-
 ſim citius quàm ridere. Res grauior
 eſt, quàm vt ridere libeat. Tu ſi hic eſ-
 ſes, non luderet. p. Sum tibi ludibrio.
 Illudis mihi, & illudis me. Ioco me tra-
 ctas in re neutiquam iocoſa. c. Minis-
 me rideo, id quò res eſt dico. Non ri-
 deo quidem, imò rem ipſam dico. Se-
 rio loquor. Ex animo loquor. Simpliciter
 loquor. Vera loquor. p. Ita tibi
 ſemper ſtet in capite pileum, vt iſta tu
 ſimpliciter loqueris. Sed ceſſo abire do-
 mum, cogniturus quo in ſtatu ſint il-
 lic omnia. c. Offendes noua permulta.
 p. Credo, ſed vtinam omnia ex animi
 ſententia. c. Iſthus optare licet omni-
 bus, ſed hætenus obtigit nemini. p.
 Hoc quoq; cõmoditatis adferet vtri-
 que noſtrum ſua peregrinatio, quò
 dulcior erit poſthac domus. c. Neſcio,
 nam video quosdam ſepties illò recurſe

fere . Adeo scabies illa sine fine solet
prurire, si quem semel inuaserit.

ALIA, MILITARIA.
HANNO, THRA
SYMACHVS.

H. Vnde nobis redis Vulcanus, qui
Mercurius hinc abieras? T. Quos Vub
canos, aut quos Mercurios mihi nar
ras? H. Quia alatus videbare quum abi
res, nunc claudicas. T. Sic à bello rediri
solet. H. Quid tibi cum bello, homo
quouis dama fugacior? T. Spes prædæ
reddiderat fortem. H. Multum igitur
refers manubiarum? T. Imò zonam in
anem. H. Tanto minus grauare sarcina.
T. Atqui sceleribus onustus redeo. H.
Grauis profecto sarcina, si verum dicit
Propheta, qui peccatum appellat plū
bum. T. Plus illic scelerum & vidi &
patraui quàm vnquā antehac in om
ni vita. H. Ecquid igitur arridet vita
militaris? T. Nihil neque scelestius, ne
que calamitosius. H. Quid igitur in
mentem venit istis, qui nummo cōdu
cti, nonnulli gratis currunt ad bellum,
non aliter quàm ad conuiuium? T. Ego
nihil aliud coniectare possim, quàm il
los agi malis furijs, selegq; totos malo
demoni, ac miseriq; deuouisse, nec aliud
quàm hic manes iuos anticipare. H. A.
Ita quidem videtur. Nam ad res hone
stas vix vlllo pretio conduci queant.
Sed expone nobis, quomodo gestum
sit prælium, & vtrò sese inclinavit vi

CONFESSIO

ctoria. T. Tantus erat strepitus, tumultus, tubarum bombi, cornuum tonitrua, hinnitus equorum, clamor virorum, ut neque videre potuerim quid gereretur, adeo ut vix scirem ubi essem ipse. **H.** Vnde igitur ceteri, qui ex bello veniunt, sic depingunt singula, quid quisque dixerit aut gesserit, quasi nusquam non adfuissent otiosi spectatores? **T.** Ego credo istos mentiri splendide. In tentorio meo quid gestum sit, scio: quid in praelio, prorsus ignoro. **H.** An'ne hoc quidem scis, unde tibi venerit claudicatio? **T.** Vix, ita me Mauors posthac male amet, suspicor aut saxo, aut equi calce læsum genu. **H.** At ego scio. **T.** Scis? an tibi narrauit aliquis? **H.** Non, sed diuino. **T.** Dic igitur. **H.** Quum fugeres pauidus, collapsus humi, offendisti in silicem. **T.** Dispeream, nisi rem acu tetigisti. adeo verisimile est, quod diuinasti. **H.** Abi domum, & uxori narra tuas victorias. **T.** Illa mihi occinet haud suaue encomium, qui nudus redeam. **H.** Sed vnde restitues quod rapuisti? **T. H.** Iam pridem restitui. **H.** Cui? **T.** Scortis, ænopolis, & ijs qui me vicerunt alea. **H.** Satis militariter. par est, ut quod male partum est, peius dispareat. Verum à sacrilegijs, opinor, temperatum est. **T.** Imò nobis illic erat sacrum nihil. Nec profanis parcitū est, nec fanis. **H.** Quo pacto sarcies? **T.** Negant oportere sarciri quod in bello cō

missum fit: iure fit, quod illic fit. H. Iure belli fortassis. T. Tenes. H. At istud ius, summa est iniuria. Te non patriæ pietas, sed prædæ spes pertraxit in bellum. T. Fateor, & arbitros paucos illuc ire sanctiore proposito. H. Est aliquid insanire cum multis. T. Cōcionator è suggestu pronuntiauit, bellum esse iustum. H. Suggestus ille non solet mentiri. Sed vt iustum sit principi, nō continuo iustū est tibi. T. Audiui ex Rabinis, quòd licet sua cuiq; arte viuere. H. Præclara ars, incendere domos, diripere tēpla, violare sacras virgines, spoliare miseros, occidere innoxios. T. Lanij conducuntur ad maclandum bouē, quur nostra ars reprehēditur, quòd cōducimur ad maclandos homines? H. Non eras sollicitus, quōnā esset migratura anima tua, si cōtigisset in bello cadere? T. Non admodum. Bona spes habebat animum meum. Nam diuæ Barbaræ me semel commendaram. H. Receperat illa tutelā tui? T. Sic mihi visa est annuere capite aliquantulum. H. Quādo isthuc tibi visum est, mane? T. Non, sed à cœna. H. Sed tum, vt arbitrator, etiam arbores tibi visæ sunt ambulare. T. Vt hic diuinat omnia. Sed præcipuā spes erat in diuo Christophoro, cuius imaginem quotidie contemplantabar. H. In tentorijs? Vnde illic diuis? T. Carbone pinxeramus illum in tentorijs. H. Nimirū haud quaquā ficulnū, vt aiunt, præfidiū erat carbonarius

CONFESSIO MILITIS.

ille Christophorus. Sed extra iocum.
nō video qui possis expiari à tantis fla
gitijs, nisi te cōferas Romam. T. Imò
noui viam breuiorem. H. Quam? TH.
Ibo ad Dominicales, illic paulo trans
igam cum commissarijs. H. Etiam de
sacrilegijs? T. Etiam si CHRISTVM
ipsum spoliasset, ac decollasset etiā,
tam largas habent indulgentias & au
thoritatem componendi. H. Bene ha
bet, si vestram compositionē Deus ra
tā habuerit. T. Imò magis metuo ne
diabolus non habeat ratam. Nam deus
natura placabilis est. H. Quem tibi sa
cerdotē deliges? T. Cui cognouero quā
minimum esse frontis ac bonę mentis.
H. Ne non habeant similes labra lactu
cas. Ab illo purus abibis ad corpus do
minicum? T. Quid ni? Posteaquam se
mel effudero sentinā in illius cucullam,
ego me exoneravi sarcina: ipse viderit,
qui absoluit. H. Qui scis an absoluat?
TH. Scio. H. Quōnam indicio? TH.
Quia manum imponit capiti, admur
murās nescio quid. HA. Quid si red
dat tibi omnia peccata tua quum ma
num imponit, hæc admurmurans: Ab
soluo te ab omnib⁹ benefactis, quæ nul
la in te cōperio, & restituo te tuis mor
ribus, talēmq; dimitto, qualem accepisti
TH. Viderit ille quid dicat, mihi satis
est, quòd me credo absolutum. H. Sed
isthuc tuo periculo credis. Fortasse nō
fuerit satis Deo, cui debes. T. Vnde tu
mihi obuius, qui mihi conscientiam e

Serena nubilam redderes? H. Felix occurfus. Bona avis est obui⁹ amicus, qui bene moneat. T. Nescio q̄ bona, certe parum suavis.

HERILIA.

RABINVS, SYRVS.

R. Heus heus furcifer, iam dudum rati cesco clamore, nec tu tamen expergisceris, videre mihi vel cū gliribus certare posse. Aut ocyus surge, aut ego tibi fuste somnum istum excutiā. Quando crapulam hesternā edormieris? Nō te pudet, somnium hominis, in multā lucem stertere? Qui frugi sunt famuli, solent exortum solis antevertere, curaque vt herus surgēs reperiat omnia parata. Vt ægre diuellitur à nido tepesfacto cuculus. Dum scalpit caput, dum distendit nervos, dum oscitat, tota abit hora. s. Vix dum diluxit. R. Credo, tibi. Nam tuis oculis adhuc multa nox est. Tibi nox adhuc est concubia. SY. Quid me iubes facere? R. Fac vt luceat focus, verre pileum ac palliū, ex terge calceos & crepidas. Inuerfas caligas primū intus purga scopis, mox foris. Deinde suffitum aliquē facito purgando aeri. Accende lucernā. Muta mihi lineū indusiū, ac sicca lotū. s. Fiet. R. Atqui moue te ocyus. Iam hæc fecisse oportuit. s. Moueo. RA. Video, sed nihil promoues. Vt incedit testudo. s. Nō possum simul sorbere & flare. R. Etiā sentētias loqueris carnifex? Tolle matulā. Cōpone lecti stragulas,

reuolue cortinas. Verre pauimentum?
 Verre solum cubiculi. Adfer aquam la
 uādis manibus. Quid cessas asine? An
 nus est prius quā accēdas candelam.
 S. Vix reperio scintillam ignis. R. Sic
 heri condidisti. s. Nec follem habeo.
 R. Vt respondat nebulo, quasi qui te ha
 beat, careat folle. s. Quā imperio
 sum habeo dominum, vix huius iussis
 decē expediti famuli fecerint satis. R.
 Quid ais cessator? s. Nihil, omnia re
 cte. R. Non ego te audio murmurā
 tem? s. Equidem precor. R. Credo,
 pater noster inuersum. Precarionem,
 opinor Dominicam præpostere. Quid
 gānis de imperio? s. Precor tibi vt fi
 as imperator. R. A. Et ego tibi vt fias
 homo ex caudice. Sequere me ad tem
 plum vsq;. Mox domum recurrito, le
 ctos cōcinnato. Hæc cōfusa, suo quæq;
 loco digerito. Fac vt niteat tota dom⁹.
 Matulam defricato. Hæc fordida sub
 moueto ab oculis, fortassis inuisent me
 quidam aulici. Si quid sensero præter
 missum, vapulabis largiter. s. Hic fa
 nè noui benignitatē tuā. R. Proinde
 caue si sapias. s. At interim de prandio
 nulla mentio. R. Vah, vt hic mentem
 habet furcifer. Nō prædeo domi. Itaq;
 sub horam decimam ad me transcurri
 to, deducturus me eò, vbi sum pranfu
 rus. s. Tibi quidem prospectū, sed hic
 interim nihil est quod edam. R. Si nō
 est quod edas, est quod esurias. s. Ne
 mo fit esuriēdo satur. R. Est panis: s.

Est, sed ater & furfuraceus: R. Delicias hominis. Te quidē foenū esse oportuit, si pabulum detur te dignum. An postulas vt te asinum tātum, placentis saginem? Si fastidis panem citra obsonium, adde porrum: aut, si mauis, cepe.

A L I A.

R. Est tibi abeundum in forū. s. Tam procul? R. Non sunt nisi sex passus, tibi pigro sunt bis mille. Consulam autē tuæ pigritiæ. Eadem legatione multa conficies negotia: tu supputa in digitos, vt memineris. Primū deflectes ad vestiariū, ac thoracem vndulatū, si iā perfectus est, ab eo recipies. Hinc quæres Cornelium veredarium. Is plerunq; est in ceruo, ibi potitat: rogabis si quid habet literarū ad me, & ad quē diem sit profecturus. Deinde cōuenies mercatorem pannarium, rogabis meis verbis, ne quid sollicitus sit, quod pecuniam non miserim ad diem prescriptum, numerabitur propediens. s. Quando? ad calendas Græcas? R. Rides ganeo, imò ante calendas Martias. In reditu deflectes ad læuam: & ex bibliopolis disces, si quid aduectū sit novorum libellorum è Germania. Cognosce qui sint, & quanti venales. Post hæc rogabis Goclenium, vt mihi dignetur esse conuiua, alioqui cœnatura soli. s. Etiam conuiuas vocas? non habes domi vnde vel murem pascas. R. Proinde tu confectis cæteris, abi ad macellum, & eme nobis armum ouillum, eū

curabis eleganter assum. Audin' hæc
 s. Plura quàm vellem . R . At vide vt
 memineris . s. Vix potero dimidium.
 R. Etiam hic stas cessator? Iam redisse
 oportuit. sy. Quis possit vnus tot re-
 bus obeundis sufficere? Deduco ac re-
 duco. Sum illi à scopis, à matula, à pe-
 dibus, à manibus, à poculis, à libellis, à
 rationibus, à iurgiis, à legationibus.
 Postremo nō videor illi fat occupatus,
 nisi sim & coquus.

A L I A.

R A. Profer ocreas, nam equitandum
 est. s. En adsunt. R. Probe quidē abs
 te curatæ, totæ albet situ. Opinor nec
 extersas, nec vnctas hoc anno, adeo ri-
 gent præ siccitate. Exterge subuuido
 panno. Mox vnge ad ignem diligēter,
 ac macera, donec mollescant. s. Cura
 bitur. R. Vbi calcaria? s. Adsunt. R. A.
 Verum, sed obducta rubigine. Vbi fre-
 num & ehippia? s. Sunt in promptu.
 R. A. Vide ne quid desit, aut ne quid ru-
 ptum, aut mox rūpendum, ne quid no-
 bis sit in mora quum erimus in cursu.
 Propera ad sellarium, & hoc lorum cu-
 ra sarciedum. Reuersus, inspice soleas,
 siue calceos equorū, num quī clauī de-
 sint, aut vacillēt. Quàm macilenti sunt
 equi, quàmque strigosi? Quoties abs-
 terges, aut pectis illos in anno? s. Imò
 quotidie. R. Nimirum res ipsa loqui-
 tur. Ieiunant, opinor, nonnunquam to-
 tum triduum. s. Minime. R. Negas
 tu quidem, sed aliud dicturi sint equi,

si loqui liceat. Quanquã satis loquuntur ipsa macie. s. Curo sedulo. R. Cur igitur tu habitior equis? s. Quia non pascor foeno. R. A. Hoc igitur restat. Adorna manticam celeriter. s. Fiet.

MONITORIA PAEDAGOGICA.

PAEDAGOGVS, PVER.

PAE. Tu mihi videre nõ in aula natus, sed in caula, adeo moribus es agrestibus. Puerum ingenuũ decent ingenui mores. Quoties alloquitur te quispiã, cui debes honorem, compone te in rectũ corporis statum, aperi caput. Vultus sit nec tristis, nec toruus, nec impudens, nec proteruus, nec instabilis, sed hilari modestia tẽperatus: oculi verecundi, semper intenti in eũ cui loqueris: iuncti pedes, quietę manus. Nec vacilles alternis tibijs, nec sint gesticulose manus. nec mordeto labrũ, nec scabito caput, nec fodito aures. Vestis itẽ ad decorum componatur, vt totus cultus, vultus, gestus, & habitus corporis ingenuã modestiam & verecundã indolem præ se ferat. PV. Quid si mediteris? P. Fac. PV. Siccine satis? P. Nondum. PV. Quid si sic? P. Propemodum. PV. Quid si sic? P. Hem, satis est. Isthuc tene, ne sis inepte loquax, aut præceps. Nec vagetur animus interim, sed sis attentus quid ille dicat. Si quid erit respondendum, id facito paucis, ac pudenter, subinde præfatus honorẽ, non nunquam & addito cognomento honoris gratia; atque identidem modice

flectas alterum genu, præfertim ubi re
 spōsum absolueris. Nec abeas, nisi præ
 fatus veniã, aut ab ipso dimissus. Nunc
 age, specimen aliquod huius rei nobis
 præbe. Quantum temporis abfuiſti à
 maternis ædibus ? P V. Iam sex ferme
 menses. P AE. Addendum erat, domi
 ne. P V. Iam sex ferme menses domine.
 P. Non tangeris desiderio matris? P V.
 Nonnūquam sané. P AE. Cupis eam re
 uisere? P V. Cupio domine, si id pace
 liceat tua. P AE. Nūc flectendū erat ge
 nu. Bene habet. Sic pergito. Quum lo
 queris, caue ne præcipites sermonem,
 aut hæſites lingua, aut palato immure
 mures, sed distincte, clare, articulate, cō
 sueſcito proferre verba tua. Si quem
 præteribis natu grandem, magistratū,
 sacerdotem, doctorem, aut alioqui vi
 rum grauem, memento aperire caput,
 nec pigeat inflectere genu. Itidem faci
 to quum præteribis ædem sacram, aut
 imaginē crucis. In conuiuio sic te præ
 bebis hilarem, vt semper memineris
 quid deceat ætatem tuam: postremus
 omnium admoueto manum patinæ. Si
 quid datur lautius, recusato modeste: si
 instabitur, accipe, & age gratias: mox
 decerpta portiuncula, quod reliquum
 est, illi reddito, aut alicui proxime ac
 cumbenti. Si quis præbibet, hilariter
 illi bene precare, sed ipse bibito modice.
 Si non sitis, tamen admoueto cya
 thum labijs. Arride loquentibus: ipse
 ne quid loquaris, nisi rogatus. Si quid

obscœni dicetur, ne arride, sed cōpone
vultū quāsi non intelligas. Ne cui ob-
trectato, ne cui temet anteponito. Ne
tua iactato; ne aliena despicio, Esto co-
mis, etiā erga tenuis fortunæ sodales.
Neminem deferto. Ne sis lingua futi-
li. Ita fiet, vt sine inuidia laudem inue-
nias, & amicos pares. Si videris conui-
uium esse prolixius, precatus veniā, ac
salutatis cōniuis, subducito te à mēsa.
Vide vt horū memineris. P V. Dabitur
opera mi præceptor. Nūquid aliud vis?
P AE. Adito nūc libros tuos. P V. Fiet.

DE LVSV. PERSONAE.

NICOLAVS, HIERONYMVS,
COCLVS, PAEDAGOGVS.

N. Iamdudum & animus & cælum &
dies inuitat ad ludendum. H. Inuitant
quidē hæc omnia, sed solus præceptor
non inuitat. N I. Subornandus orator
quispiam, qui veniam extorqueat. H.
Apte quidem dictum, extorqueat. Nā
citius clauam extorseris è manu Her-
culis, quā ab hoc ludendi veniam. At
olim illo nemo fuit ludēdi auidiosior. N.
Verum, sed iam olim ille oblitus est
se fuisse puerum. Ad verbera facillim⁹
est & liberalis: hic, parcissimus, idē-
que difficillimus. H. Attamen protrū-
dendus est aliquis legatus, non admo-
dum verecundæ frontis, quem non illo
co protelet suis sæuis dictis. N I. Eat
qui volet, ego carere malo, quā ro-
gare. H. Nemo magis accōmodus ad
hanc legationem, quā Cocles. N I.

Nemo profectò. Nam perfrictæ frons
 tis est, ac bene linguax. Deinde sensum
 hominis pulchre callet. H L. I Cocles,
 ab omnibus nobis magnam initurus
 gratiam. c. Equidem experiar sedulò.
 Verum, si non successerit, ne conferte
 culpam in oratorem vestrum. H. Be-
 ne ominare. si te satis nouimus, imper-
 trabis. Abi orator, redibis exorator. c.
 Eo. Bene fortunet legationem meam
 Mercurius. Salue præceptor. p. Quid
 sibi vult nugamentum hominis? c o.
 Salue præceptor obseruande. p. Insi-
 diofa ciuilitas. Satis iam salueo. Dic
 quid tibi velis. c o. Totus discipulorū
 tuorū grex, orat ludēdi veniam. p AB.
 Nihil aliud quàm luditis, etiam absq̃
 venia. c o. Scit tua prudētia vigorem
 ingeniorum excitari moderato lusu,
 quemadmodum nos docuisti ex Quin-
 tiliano. p. Sanè vt isthuc tenes, quod
 pro te facit, laxamēto opus est ijs, qui
 vehementer laborant: vobis qui segnis-
 ter studetis, & acriter luditis, freno ma-
 gis opus est, q̃ laxatis habenis. c. Ad-
 nitimur pro viribus. Et si quid hæc-
 nus cessatum est, post, diligētia farties-
 tur. p AB. Oh fartores. Quis erit fides
 iussor isthuc futurum? c o. Ego capi-
 tis mei periculo nō dubitem esse spon-
 sor. p AB. Imò culi periculo potius.
 Scio quàm non sit tutum tibi credere,
 tamen hic periculum faciam, quàm sis
 bonæ fidei. Si dederis verba, posthac
 nequicquam mecum egeris. Ludant,

sed gregatim in campis. Ne diuertant ad computationes, aut alia nequiora. Mature se recipiant domum, ante solis occubitam. C O. Fiet. Exoravi, quamquam ægre. H I. O lepidum caput, omnes amamus te plurimum. C O. Sed interim cauendum ne quid peccemus: alioqui de meo tergo dependendū foret. fideiussi vestro omnium nomine. Quod si quid accidat, nō est quod me posthac vtamini legato. H I. Cauebitur. Sed quod lusus genus potissimum placet? C O. De hoc in campo consulabimus.

P I L A.

N I. Nulla res melius exereet omnes corporis partes, quam pila palmaria, sed aptior hyemi, quam æstati. H. Nul lum anni tempus nobis parum accom modum est ad ludendum. N I. Mi nus sudabitur, si ludamus reticulo. H. Imò reticulum piscatoribus relinqua mus: elegātius est palma vtī. N. Age, nihil morior: sed quāti certabimus? H. Talitro, sic parceretur pecuniæ. N I. At ego malo fronti parci, quam pecuniæ. H I. Et mihi frons carior est pecuniā. Aliquo periculo certādum est, alioqui friget ludus. N. Sic res habet, vt dicis. H. Vtra pars prior euicerit tres lusus, ei victa pendet sextā drachmæ partē: sed hac lege, vt quicquid ē victorijs collectū fuerit, insumatur in cōuiuū, ad quod pariter vocentur omnes. N I. Placet lex, & rata esto. Superest igitur,
C. ij.

vt fortiamur partes. Nā fumus fermē
 pares omnes , vt non admodū referat
 quis cui coniungatur. H . Tu tamē me
 longe peritiores. N . Vt sim, sed tu fe-
 licior. H . Etiam hic valet fortuna? N .
 Illa nūquā non regnat. H . Age, fiat
 fortitio. Euge, bene cecidit, contigēre
 quos volebam. N . Et nos nostræ foda-
 litatis non poenitet. H . Age, simus vi-
 ri. Amat victōria curam. Suū quis
 que locū gnauiter tueatur. Tu mihi
 consiste à tergo , excepturus pilam si
 me transuolet . Tu isthic obserua, re-
 pulsurus huc ab aduersarijs reuolan-
 tem. NI . Ne musca quidem hac præ-
 teruolarit impune. H . Agite bonis a-
 nibus , mittite pilam in tectum. Qui
 miserit nihil præfatus, frustra miserit.
 N . Hem, accipe igitur. H . Mittito. Si
 miseris extra lineas, aut infra, supraue
 tectum, vestro damno fuerit, aut cete
 nobis fraudi esse nolim. Tu sanē parū
 commode mittis. N . Tibi quidem, at
 nobis commode. H . Vt miseris, ita re-
 mittam. Par pari referam. Sed præstat
 ingenue legitimēque ludere. N . In lu-
 do pulchrum est arte vincere. H . Fas
 teor , atque etiam in bello. Sed habet
 vtraque pars suas leges. Et sunt artes
 illiberales. N . Credo, plures septē. Si-
 gna terminum testula, aut rudere, aut
 si mauis pileo tuo. H . Tuo malim. N .
 Rursus excipe pilam. H . Mitte. Pone
 notam . H . Habemus duos terminos
 satis longinquos. H . Vtcunque, sed ta-

men vincibiles. N. Planè vincibiles, si nemo repugnet. H. Euge, priorè metam prætercurrimus. Vicimus quindecim, Heus, præbete vos viros: vice ramus & hic, si tu tuo constitiffes loco. Sumus igitur pares. N. Non diu futuri. Vicimus triginta, vicimus quadragintaquinque. H. Sestertia? N. Nō. H. Quid igitur? N. Numeros. H. Quod pertinent numeri, si nihil est quod numeres? N. I. Noster hic ludus est. H. I. Præpropere tu quidem, ante victoriã canis triumphum. Vidi qui vincerent ab hoc numero, qui nihil habebāt. Varia est vt Martis, ita lusus alea. Habemus triginta. Jam rursus pares sumus. N. Nunc serio res agitur. Euge, successit, habemus potiores. H. Non diu habituri. Dixit? Rursus æquali fortuna sumus. N. I. Diu nutat fortuna, velut anceps, vtris velit addicere victoriam. O fors fortuna, si nobis faueris, dabis tibi maritum. Euge, audiuit votum. Penes nos est huius certaminis victoria. Pone notam cretaceam, ne excidat. H. Jam appetit vespera, & sudatum est satis, præstat à ludendo desistere, ne quid nimis. Supputemus lucrū. N. I. Nos euicimus tres drachmas, vos duas. Restat igitur vna ad compotatiunculam. Sed interim quis soluet pretium pilarū? H. Omnes ex æquo, pro sua quisque portione. Nam lucrū exilius est, quàm vt inde possit aliquid decidi.

LV DV S G L O B O R V M

M I S S I L I V M.

A D O L P H V S, B E R N A R D V S.
 A. Tu toties apud me gloriatus es, te
 mirum quendam esse artificem in certamine
 mittendorum globorum. Age, libet
 experiri, qui vir sies. B. Nihil detre-
 sto. huc, si quid libet. Nunc tu plane,
 quod dici solet, in planiciem prouocas
 equum. A. D. Et tu senties me non esse
 asinum. B. Placetne monomachia, ut
 vnus cum vno congregiatur, an maius ad-
 iungi socios periculi? A. Malo *μονομα-
 χία*, ne qua pars victoriae decidatur al-
 teri. B. Istud & ipse malo, ut laus in
 solidum sit mea. A. Hi spectatores erunt
 & arbitri. B. Recipio. Sed quod erit
 victori brauium, aut quae victo poena? A.
 Quid si victo amputetur auricula? B.
 Imo testium alter excutetur potius. Non
 est magnificum certare pro pecunia. Tu
 Germanus es, ego Gallus, decertemus
 pro suae uterque gentis gloria. Si vicer-
 ro, tu ter exclamabis, Floreat Gallia: si
 victus, quod absit, fuero, totidem verbis
 celebrabo tuam Germaniam. A. Age,
 placet conditio. B. Adsit fortuna. Quam-
 do periclitatur hoc ludo duae maxime
 nationes. sint aequales sphaerae. A. Nos-
 sti saxum illud prominens haud procul
 a porta? B. Noui. A. Ea erit meta, &
 haec linea. B. Esto, sed sint, inquam, pa-
 res globi. A. Minus discernas ouum ab
 ouo, aut ficum a fico. Sed mea non refert,
 utrum malis elige. B. Mitte. A. Heus,

tu mihi nō brachiū, sed ballistā habere videris, ita torques globū. B. Satis mordisti labrū, satis rotasti brachiū, tādē mitte. O vires Herculeas, sed tamē vinco. A. Nisi scelerat⁹ ille laterculus obstitisset, pręuenterā te. B. Cōsiste in spheræ tuæ vestigio. A. Nō vtar dolo malo. Cupio virtute, nō fraude vincere, quādoquidē de gloria certamē est. Bene vertat. B. Ingēs profecto iact⁹. A. Ne ride priusq̄ viceris. Adhuc penē sumus pares. B. Nūc res agitur. Vter prior metā contigerit, is vicerit. A. Vici, cāta. A. Sed definiēdū erat, quoto ludo cōstaret victoria. Nā primo nondū incaluerūt vires. A. Definiāt arbitri. A. R. Tertio. B. Placet. A. Quid ais? Agnoscisne victorē? B. Tibi fortuna magis aspirauit, virib⁹ & arte non tibi cesserō. Sed quod arbitri pronūtiauerint, id sequar. R. A. German⁹ vicit, & hoc gloriosior est victoria, quod talē artificem vicerit. A. Nūc cāta Galle. B. Sū rauens. A. Hoc Gallis nouū nō est, sed tamen coccyssa. B. Floreat Germania terra. A. Imō ter hoc erat canendū. B. Contraxim⁹ siticulā, eam⁹ ad cōpotatiunculā, ibi pficietur cātio. A. Nō recuso, si ita videtur arbitris. B. Ita cōmodius est. Meli⁹ canet Gall⁹ colluto guttore.

LVDVS SPHAERAE PER

anulū ferreū. Gaspar, Brasmius. G. Age nos auspicabimur. Victo succedet Marcolphus. E. Sed quod erit victori prēmium? G. Victus ex tempore
c. iij.

re faciet, & recitabit distichon in lau-
 dem victoris. E. Accipio legem. G A.
 Visne sortiamur, vter prior incipiat
 E R. Esto tu prior, si libet, ego malim
 esse Abbas. G. Hoc tua conditio po-
 tior est, quod tibi nota est arena. E R.
 Versaris in tua arena. G A. In hac ex-
 ercitatio sum, quam in libris. Tamen
 istud perquam exigui momenti est.
 E. Æquum est, vt tantus artifex in hoc
 certamine mihi largiari non nihil. G.
 Imò isthuc abs te peterem iustius, sed
 parū est honesta precaria victoria. Is
 demum vincit, qui suo Marte vincit.
 Ita sumus pares, vt non melius cōmis-
 sus fuerit olim cū Bitho Bacchius. E.
 Tua sphaera cōmodior est mea. G. Et
 tua vola vincit meam. E. Ludito legi-
 time, absque technis, ac dolo malo. G.
 Dices tibi rem esse cū hotaine probo.
 E. Sed prius audire cupio huius spher-
 isterij plebiscita. G. Quaternio ludū
 absoluit. Qui hanc lineam præterierit,
 in dāno est. Reliquos limites si trāsili-
 as, sine fraude fiet. Qui globū suo loco
 mouerit, perdit ius feriendi. E. Intelli-
 go. G. En oclusi tibi portam. E. Sed
 isthinc te excutiā. G. Id si feceris, cedā
 tibi huius certaminis palmā. E. Bone
 fides? G. Optima. Nō enim potes alia
 via, nisi sic mittas spherā tuā in parie-
 tem, vt resiliat in meā. E. Id experiar.
 Quid ais bone vir? Nonne depulsus es?
 G. Fateor, vtinā tā sapiēs esses, q̄ es fe-
 lix. Sed isthuc cēties tentāti, vix semel

successerit. E. Imò si quid audes depone-
 nere pignoris, nisi tertio quoq; experi-
 mento successerit, vinces. Sed interim
 redde pactū premiū. G. Quodnam? E.
 Distichon. G. Reddā. E. Et quidem ex
 tēpore. Quid arrodis vnguem? G. Ha-
 beo. ER. Recita clare. G. Clarissime.
 Plaudite victori iuvenes hic quotquot
 adestis,

Nā me qui vicit, doctior est nebulo.
 Nōne distichon habes? E. Habeo, sed
 quale abs te allatū est, tale tibi referet.

SALTUS. PERSONAE.

VINCENTIVS, LAURENTIVS.

V. Libétne decertare saltus? L. Ludus
 iste non convenit pransis. V. Quamob-
 rem? L. Quia ventris saburra grauat
 corpus. V. Non admodū sane, qui prā-
 si sint in pedagógio. Nam hi plerunq;
 coenaturiunt, prius quā absoluerint
 prandium. L. Quod igitur salendi ge-
 nus placet? V. Auspicemur ab eo quod
 est simplicissimum, à saltu locustarū,
 siue mauiſ ranarum, vtraque tibia, sed
 iunctis pedibus. Qui longissime pro-
 mouerit cingulum, coronam feret. Hu-
 ius vbi erit satietas, aliud atque aliud
 genus experiemur. L. Equidem nullū
 recusabo genus, nisi quod genitur cum
 periculo tibiarum; nolim mihi rem esse
 cum chirurgis. V. Quid si certemus
 vnica tibia? L. Iste ludus est Fampula,
 valeat. V. Hastæ innixum salire, cum
 primis est elegans. L. Liberalius est cer-
 tare cursu, Siquidem hoc certaminis

C.V.

genus apud Vergilium: proposuit & Æneas. v. Verum, sed idem proposuit & castuū certamen, quo non delector. l. Designa stadiū. Hoc loco sit carcer: quercus ista sit meta. v. Sed utinā adesset Æneas, qui proponat & præmia victori. l. Victori abunde magnum præmium est gloria. v. Victo potius dandum erat præmium, solatij gratia. l. Sit igitur victo præmium, ut lappa coronatus redeat in urbem. v. Equidem non recusarim, si tu præcedas tibia canens. l. Est ingens æstus. v. Nec mirū, quum sit solstitium æstium. l. Præstiterat natare. v. Mihi non placet ranarū vita. Animal sum terrestre, non amphibion. l. Sed tamen hoc exercitamenti genus, olim cum primis habebatur liberale. v. Imò etiam vtile. l. Ad quid v. Si fugiendum sit in bello, ibi potissimum valent, qui sese cursu pedum & natatu exercuerūt. l. Artē narras haudquaquam aspēnādam. Neq; enim minus laudis est aliquando bene fugere, quàm fortiter pugnare. v. Sum planē rudis & imperitus natandi, nec sine periculo versamur in alieno elemento. l. Sed assuescere oportet, nemo nascitur artifex. v. At ego istius generis artifices permultos audio natasse, sed nō enatasse. l. Experieris primum innixus suberi. v. Nec suberi fido magis quàm pedibus: si vobis cordi est natatio, spectator esse malo quàm certator.

CONFABULATIO PIA.

ERASMIUS, GASPARI.

E. Unde nobis prodit? E popina quas
 piam? G. Bona verba. E. E sphaeriste
 rios? G. Ne hoc quidem. E. Ex cenopo
 lio? G. Nequaquam. E. Quando nō af
 sequor diuinando, dic ipse. G. Ex æde
 Virgini matri sacra. E. Quid illic tibi
 negotij est? G. Salutē dixi nonnullis,
 E. Quibus? G. CHRISTO, ac diuis
 aliquot. E. Religiosior tu quidem es,
 quam pro ætate. G. Imò nullā ætatē
 non decet religio. E. Si cupiam esse re
 ligiosus, patiar mihi injici cucullā. G.
 Atq; ego idem facerem, si quātū calo
 ris adfert, tantundem pietatis adferret
 cuculla. E. Aiunt vulgo pueros ange
 licos in satanā verti, vbi consenserint.
 G. Sed ego prouerbiū isthuc ab autho
 re satana natum arbitror, Imò vix exis
 timo senem esse vere pium, nisi qui à
 teneris annis assueuerit. Nihil felicius
 discitur, quam quod ab ipsa statim pue
 ritia discitur. E. Quid igitur est reli
 gio? G. Est purus cūltus numinis, & ob
 seruatio præceptorum illius. E. Quas
 sunt illa? G. Longum est, sed vt in sum
 ma dicam, in rebus quatuor est sita. E.
 In quibus? G. Primū, vt recte piēq; sen
 tiamus de Deo, de scripturis diuinis:
 atq; vt illū nō vereamur modo, vt do
 minū, verū etiā amemus ex intimis af
 fectibus, vt patrem beneficentis. Secū
 dū, vt summa cura tueamur innocēti
 am: ea est, ne quē lædamus. Tertiū, vt

tenemus charitatē, hoc est, vt de omnibus; quātam datur, bene mereamur. Quartum, vt seruemus patientiam. Ea præstat, vt mala nobis illata, si mederi nequeamus, patienter toletemus, non vlciscentes, nec malum malo referentes. **E.** Næ tu probus es concionator. Sed præstas ista quæ doces? **G.** Equidem adnitor pro mea virili. **E.** Qui potes pro virili, quū sis puer? **G.** Meditor pro viribus, & quotidie mecum in eo rationem: si quid cessatū fuerit, corrigo: illud præter decorum, hoc dictum petulantius, hoc factum incircūspectius: hoc tacere præstiterat, illud omissum. **E.** Quando subducitur ista ratio? **G.** Ferme sub noctem, aut si quādo magis vacat. **E.** Sed age, dic mihi, quibus studijs totum transfigis diem? **G.** Nihil celabotam fidam sodalem. Mane simulatque sum expergefactus, id ferè fit ad sextā, aut quintam, pollice signū crucis pingo in frōte & in pectore. **E.** Quid deinde? **G.** Auspikor initium diei in nomine patris, filij, & spiritus sancti. **E.** Pie sanè. **G.** Mox paucis saluto **C H R I S T V M**. **E.** Quid illi narras? **G.** Ago gratias, quòd eā noctē mihi voluerit esse prosperam, precorq; vt diem itidem illū totū mihi bene fortunet ad ipsius gloriam & animæ meæ salutem: vt q; is, qui est vera lux, occasum nesciens, sol æternus, omnia viuificans, alens, exhilarans, dignetur illucescere menti meæ, ne vsquam impingā in vllum peccatū,

sed ipsius ductu perueniam ad vitam
 eternam. B. Haud inaspicatum dicit
 exordium. G. Deinde salutatis paratibus,
 quibus secundum Deum primam debet
 pietatem, quum tempus est, confero me
 ad ludum literarium, sed ut per templi
 si commodum est, sit mihi transitus. B.
 Quid illic? G. Rursum tribus verbis sa-
 luto I E S V M, ac diuos diuasque omnes,
 sed nominatim Virginem matrem, cum
 eos, quos habeo mihi peculiare. B. Ne
 tu mihi probe legisse videris illud Ca-
 tonis, Saluta libenter. Non fat erat ma-
 ne salutasse, nisi mox denuo salutaress?
 An non vereris ne molestus sis immo-
 dico officio? G. Amat ille subinde ap-
 pellari. B. Sed ineptum videtur alloqui,
 quem non vides. G. Nec eam mei par-
 tem video, qua illi loquor. B. Quas? G.
 Animo. B. Sed otiosum est salutare non
 resalutantem. G. Resalutat frequenter
 arcano afflatu. Denique abunde resalut-
 tat, qui dat quod petitur. B. Quid hinc
 ab illo flagitas? Nam video tuas salu-
 tationes esse petaces, cuiusmodi fere
 sunt mendicorum. G. Sane non procul
 aberras a scopo. Precor enim, ut qui
 puer duodecim annos natus, sedens in
 templo, docuit ipsos doctores: cuique
 pater celitus emissa voce dedit autho-
 ritatem docendi mortalium genus, quum
 diceret, Hic est filius meus dilectus, in
 quo mihi complacitum est, ipsum audite:
 quique est aeterna sapientia summi pa-
 tris, illustrare dignetur ingenium meum.

ad perdiscendas honestas literas, quibus
 utar ad ipsius gloria. E. Quos autē ha-
 bes diuos tibi peculiares? G. Ex aposto-
 lis Paulū, ex martyribus Cyprianū, ex
 doctoribus Hieronymū, è virginiabus
 Agnetē. E. Quae res istos tibi concilia-
 uit, electio, an casus? G. Sortito obuene-
 rūt. E. Atq; istos nihil aliud q̄ salutas?
 An ab eis quoq; mendicas aliquid? G.
 Precor vt me suis suffragijs c h r i s t i
 s. e. cōmendat, efficiantq; vt aliquē
 dō contingat in illorum venire contu-
 bernium. E. Sane rē non vulgarē petis.
 Quid tum postulas. Ad ludum prope-
 rore quod is locus postulat, toto ago
 pectore. Sic enim implozo c h r i s t i
 praesidiū, quasi citra illius opē nihil ef-
 ficiat nostrū studiū: sic studeo, quasi al-
 le nihil auxiliij sit latū, nisi gnauiter
 laboranti. Ac modis omnibus do ope-
 ram, ne merito vapulē, ne quid ditto,
 factove vel praepotē offendā, vel sa-
 dales meos. E. Probus es quam ista co-
 gitas. G. Quū dimissus à ludo, domum
 propero, rursus, si licet, per adē sacrā
 iter facio, rursusq; tribus verbis saluto
 I E S V M. Si quid est obsequij praestan-
 dū parētib; obeo. Quòd si quid etiā
 superest tēporis, mecū aut cū sodali re-
 peto quod prelectū est in schola. E. Ne-
 tu perparcus es tēporis. G. Nec mirū,
 si parcus sum rei, vt multo pretiosissi-
 me, ita irrecuperabilis. E. At Hesiodus
 docet, in medio parcendū esse: in prin-
 cipio praeproperā, in fine serā esse par-

simoniam. O. Recte Hesiodus de vinctis
 sed ætatis nulla est intemptiua parsio
 monia. Doliū si sinas, non exhauritur,
 At ætas nunq̄ nō defluit, siue dormias,
 siue. vigiles. E. Fateor, sed quid deinde
 rei geritur? O. Adornata parētibus mē
 sa, recito cōsecrationē: deinde pranden
 tib⁹ ministro, donec iubeor & ipse prā
 dium sumere. Actis, gratijs, si quid vac
 cat, lusu quopiā honesto laxo animo
 cum sodalibus, donec hora reuocat in
 ludum à lusu. E. Ac rursus salutatur
 I E S V S? O. Salutatur, si commodū est,
 Sin est cur aut non vacet, aut nō sit tē
 pestinum, tamen præteriēs templum,
 cogitantiuncula saluto. Rursus in iudo
 totis viribus hoc agitur, quod locus po
 stulat. domū reuersus, idem ego quod
 ante prandium. A cœna, suauibus fabu
 lis memet oblecto: mox prosperā no
 ctem precatus: parentibus ac familia,
 mature me consero ad nidum: illic flex
 is ante lectum genibus, mecū, vt do
 xi, reputo, quibus studijs is dies pera
 ctus sit. Si quid est gratioris admissi,
 CHRIS TI clemētiā imploro vt igno
 scat, polliceorq; meliora: si nihil est,
 ago gratias illius beneficētię, quę me
 seruarit ab omni vitio. Deinde me to
 tum illi toto pectore cōmendo, cæter
 isq; diuis, vt me protegāt ab insidijs
 mali genij, & ab obscenis sōnjs. His
 factis, lectū ingressus, frontē ac pectus
 signo crucis imagine, ac me compono
 ad somnū. E. Quo pacto te cōponis? O.

Nec pronus cubo, nec supinus, sed primum lateri dextro innitens, brachijs ita transuersim cōplicatis, vt pectus nudi niant figura crucis, dextra manu sinistro admota humero, laua dextro. Ita dormio suauiter, donec aut expergiscas ipse, aut exciter. E. Sāctulus es, qui ista possis. G. Imò stultus es, qui ista dicas. E. Laudo institutū, si queā assequi. G. Velis tantūmodo. Nam vbi assueueris pauculos menses, erūt hęc etiā suauia, adeo vertētur in naturam. E. Sed nihil studio de sacris. G. Nec hac parte mihi defam dieb' festis. E. In his quomodo te geris. G. Primum omnium excutio me ipsam, num qua labe peccati sit animus contaminatus. E. Id si comperias, quia tunc subducis te ab altari. G. Nequaquā corpore, sed animo me submoueo, ac veluti procul stans, nec audens attollere oculos ad patrem deum, quē offendi, tundo pectus meum, dicens illud ex Euangelio cum publicano; Domine, propitius esto mihi peccatori. Deinde si sensero quēpiam offensuram me, eum curo placandū euestigio, si licet: sin minus, statuo in animo, mihi, quam primum licēbit, recōciliare proximam. Si quis offendit me, remitto vindictā, dōq; operā, vt qui laesit, agnoscat errorem suū & resipiscat. Sin eius rei nulla spes est, vindictā omnē Deo relinquo. E. Istud durū est. G. An hoc durū, condonare leuē noxiā fratri tuo, cuius ignoscētia tibi mutua sit frequē

ter opus, quum CHRISTVS omnia
 commissa nostra nobis semel condona-
 rit, & quotidie condonet? Imò mihi vi-
 detur hæc nō esse liberalitas in prox-
 imi, sed foeneratio apud Deum: perine-
 de quasi cōseruus ex pacto remittat cō-
 seruo tres drachmas, vt ipsi dominus
 cōdonet talenta decem. R. Pulchre tu
 quidem philosopharis, si modo cer-
 tum sit, quod ais. Q. An postulas al-
 quid certius Euāgelica cautione? R. Nō
 est æquum. Sed sunt qui se non credant
 esse Christianos, nisi quotidie missam,
 vt appellant, audierint. Q. Horum in-
 stitutum equidem non damno, præser-
 tim in his, qui abundant otio, qui ve-
 tos diēs occupantur profanis negotijs.
 Tantum illos nō approbo, qui supersti-
 tiose sibi persuaserunt diem fore parā
 fastum, nisi fuerint eum auspiciati à
 missa: & statim à facto se cōferunt vel
 ad negotiationem, vel ad prædam, vel
 ad aulam, vbi si quod per fas nefasque
 gerunt, successerit, missæ imputant. R.
 Sūntne qui sic defipiāt? Q. Magna pars
 hominū. R. Sed redi ad sacrum. Q. Si
 licet, adsto vicin⁹ altari sacro, quo per-
 cipere queam ea, quæ sacrificus recitat,
 præsertim Epistolam & Euangelium.
 Ex his aliquid conor decerpere, quod
 infigā animo meo: id mecū aliquandiu
 rumino. R. Nihil interim oras? Q. A-
 Oro, sed cogitatione magis quàm sta-
 pitu labiorū. Ex his quæ recitat sacer-
 dos, arripio precandi occasionē. R. Dic

istud explanatius, nā non satis assequor
 quid velis . G. Dicam . Finge recitari
 epistolam, Expurgate vetus fermentū,
 vt sitis noua conspersio, sicut estis azy-
 mi . Ad hæc verba sic mecum loquor
 C H R I S T O, Vtinā vere sim azymus,
 purus ab omni fermento malitiæ. Sed
 tu domine I E S V, qui solus es ab om-
 ni malitia purus ac syncerus, largire vt
 in dies & ipse magis ac magis expurgē
 vetus fermentum. Rursū si forte les-
 gatur Euangelium de semināte semen
 suum, sic oro mecū, Felix ille, qui me-
 retur esse terra bona, precōrque vt me-
 ex terra parum frugifera, sua benigni-
 tate faciat terrā bonam, sine cuius be-
 neficio nihil omnino bonum est . Sint
 hæc exempli causa dicta. Nam singula
 persequi, prolixum sit. Sed si cōtingat
 sacrificus mutus, quales multos habet
 Germania, aut nō detur adesse propius
 altari, ferē libellam paro, in quo descri-
 ptum sit eius diei Euangelium & Epi-
 stola. inde ipse aut pronuntio, aut ocu-
 lis lego. H. Intelligo, sed quibus cogi-
 tationibus potissimum trāsmittis hoc
 tēpus? G. Ago gratias I E S V C H R I S-
 T O pro ineffabili charitate, quōd ge-
 nus humanum sua morte redimere di-
 gnatus est, & oro ne patiatur suum sa-
 cro sanctū sanguinē pro me frustra fu-
 sum esse: sed suo corpore semper pascat
 animū meū, suo sanguine viuificet spi-
 ritum meū, vt paulatim adolescēs vir-
 tutū auctibus, efficiat idoneū membra

corpore illius mystici, quod est ecclesia: nec unquam deficiam ab illo sanctissimo foedere, quod in extrema coena distributo pane, & porrecto poculo pepigit cum discipulis suis electis, & per hoc cum omnibus qui per baptismum in societate illius insiti sunt. Quod si sensero vagari cogitationem, lego psalmos aliquot, aut aliud quippiam pium, quod animum ab evagando cohibeat. R. Habes in hoc psalmos certos? G. Habeo, sed quos non ita mihi ipsi indixi, quin omittam si cogitatio quæpiam incidat, quæ magis reficiat animum meum, quam illa psalmorum recitatio. R. Quid de ieiunando? G. Cum ieiunio mihi nihil est negotij. Sic enim me docuit Hieronymus, non esse valetudinem atterendam seinijs, donec corpus ætate robor iustum collegerit. Nondum autem egressus sum annum decimumseptimum. Sed tamen si sensero opus, prandeo, cenamque pareius, quod me præbeam alacriorem studijs pietatis per diem festum. R. R. Posteaquam coepi semel, expiscabor omnia. Quomodo affectus es erga conciones? G. A. Optime. Ad has non minus religiose accedo, quam ad sacram synaxim. Et tamen deligo, quos audiam. Sunt enim, quos præstat non audisse. Quod si talis contingit, aut si nemo contingit, tempus hoc transigo sacra lectione: lego Evangelium & Epistolam cum interpretatione Chrysostomi, aut Hieronymi, aut si quis alius.

occurrit pius ac doctus interpres. B.
 Sed magis afficit vina vox. G. Fateor,
 & audire malo, si detur concionator to-
 lerabilis: sed non video omnino caruisse
 se concione, si Chryostomum aut Hie-
 ronymum scripto loquentem audiero.
 B. Non opinor. Sed quid te delectat con-
 fessio? G. Magnopere: nam confiteor
 quotidie. B. Quotidies? G. Sic est. B.
 Alendus est igitur tibi proprie sacer-
 dos. G. Sed illi confiteor, qui solus re-
 mittit peccata, cui est potestas vniuersa.
 B. Cui nam? G. CHRISTO. B. An
 istud sat esse putas? G. Mihi sat esset,
 si sat esset proceribus ecclesie & consue-
 tudini receptae. B. Sed quos tandem ap-
 pellas ecclesie proceres? G. Pontifices,
 episcopos, apostolos. B. Et inter hos an
 numeras CHRISTVM? G. Is est om-
 nium sine controuersia colophon. B.
 Et huius receptae confessionis author?
 G. Is quidem author est omnis boni,
 sed an ipse instituerit hanc confessionem,
 theologis excutiendum relinquo: mihi
 puero & idiote sufficit maiorum autho-
 ritas. Hac est certe precipua confessio:
 nec est facile confiteri CHRISTO. Non
 confitetur illi, nisi qui ex animo irasci-
 tur suo peccato. Apud illum expono,
 deploroque, si quid admisi grauius, cla-
 mo, lachrymo, ploro, me ipsum execrot
 illius imploro misericordiam: nec finem
 facio, donec sensero peccandi affectum
 penitus expurgatum e medullis animi,
 & succedere tranquillitatem aliquam

& a facritatem, condonati criminis ar-
 gumentum. Atque ubi tempus inuitat
 ut ad eam sacrosanctam mensam corpo-
 ris & sanguinis dominici, confiteor &
 sacerdoti, sed paucis, & non nisi ea que
 certo videntur crimina: aut eiusmodi,
 ut vehemens suspicio sit crimen esse.
 Neq; vero protinus arbitror esse pia-
 culu, quod admittitur aduersus quab-
 libet constitutiones humanas, nisi con-
 temptus accesserit malitiosus. Imo vix
 arbitror crimen capitale, cui non sit ad-
 iuncta malitia, hoc est, peruersa volun-
 tas. E. Laudo quod sic es religiosus, ut
 tamen superstitiosus non sis. Hic quoq;
 puto locu esse proverbii, Nec omnia,
 nec passim, nec quibuslibet. G. Deligo
 mihi sacerdotem, cui credam arcana pe-
 ctoris. E. Istud est sapere. Sunt enim
 permulti, quod coeptum est, qui quod
 accipiunt in confessionibus, effutunt.
 Sunt improbi quidam & imprudentes,
 qui pereorantur a coeunte, quae praes-
 titerat tacuisse. Sunt indocti & stolidi,
 qui ob sordidum quaestum praebent au-
 rem verius quam animum, quum nec
 diiudicent inter noxiam & recte factu,
 nec docere possint, nec consolari, nec co-
 salere. Haec sic habere frequenter audiu-
 i ex multis, & ipse partim expertus
 sum. G. Et ego nimium. Proinde deli-
 go mihi virum non indoctum, grauem,
 spectatae integritatis, linguae continen-
 tis. E. Profecto felix es, qui ista matura-
 re sapere coeperis. G. Deniq; illa mihi

prima curatum est, ne quid cōmittam,
 quod cū periculo credam sacerdoti. B.
 Nihil melius, si quidem possis cauere.
 GA. Nobis quidem difficillimū est, sed
 auxiliante CHRISTO, facile est. Pri-
 mum est, vt adsit bona voluntas. Eam
 mihi subinde renouo, præsertim dieb⁹
 dominicis. Deinde subduco me ipsam
 pro viribus ab improborum cōsortio,
 Et sodalibus integerrimis me adiūgo;
 quorum conuictu fiam melior. E. Res-
 cte tibi consulis. Corrupūt enim mo-
 res bonos colloquia praua. G. Otium,
 teu pestem quandā fugio. E. Nec mir-
 rum, nam nihil malorum non docet o-
 tium. Sed vt nunc sunt hominum mo-
 res, solus viuat oportet, qui velit abesse
 à malorum confortio. G. Non omnino
 vanum est, quod dicis. Plures enim ma-
 li, vt Græcus, ille sapiens dixit. Sed ex
 paucis optimes deligo. Et probus so-
 dalis nōnunquam sodalem reddit me-
 liorem. Vito lusus, qui prouocāt ad ne-
 quitia, vt or innoxius. Comem me præ-
 beo omnibus: sed familiarem non nisi
 bonis. Quod si quando incidere in ma-
 los, aut corrogo blande monendo, aut
 dissimulo: toleroq; si videor non pro-
 fecturus, certe quam primū licet, me-
 met ab illis suffutor. E. Nunquampe-
 titillauit animum tuum libido capiun-
 dæ cucullæ? G. A. Nusquam, sed crebro
 sollicitatus sum à quibusdam, ab hoc se-
 culo, velut à naufragio, ad portum mo-
 nasteriorum vocantibus. E. Quid ego

audis? Captabant prædam? G. A. Miris
 technis adorti sunt & me & parentes.
 Sed mihi stat sententia, non addicere
 me vel matrimonio, vel sacerdotio, vel
 instituto monachorū, aut vlli vitæ ge-
 neri, vnde post me, nō queam extrica-
 re, prius quàm mihi fuero pulchre no-
 tus. E. Quādo isthuc erit? G. Fortasse
 nūquam. Sed ante annum vigesimum
 octavum nihil statuatur. E. Quir ita?
 G. Quia audio passim tam multos sa-
 cerdotes, monachos, & maritos deplor-
 rantes, quòd sese temere præcipitarint
 in servitutem. ER. Cautus es, qui capi
 nolis. G. Interim tria mihi curæ sunt.
 E. Quænam ista? G. A. Ut proficiā in
 probitate morum. Dein si id nequeā,
 certe tuear illibatam innocentiam ac fa-
 mam. Postremo paro mihi bonas lites
 ras ac disciplinas, in quovis vitæ gene-
 re futuras vsui. E. Sed interim à poet-
 tis abstines? G. Non in totum, sed ca-
 stissimos quosq; potissimū lego. Quòd
 si quid inciderit parum verecundum,
 prætercurro, quemadmodum Ulysses
 obturatis auribus Sirenas præternans
 gavit. ER. Sed cui interim studiorum
 generi te potissimum addicis? Medici-
 næ, iuri Cæsareo, aut Pōtificio, an Theo-
 logiæ? Nam linguæ, bonæ literæ, phi-
 losophia, pariter conducūt ad omnem
 professionem. G. A. Nondum vlli me
 planè addixi: sed ex omnibus gustum
 aliquem capio, ne cuiusquam planè sim
 rudis: vt que degustatis singulis, cer-

tius eligam cui sim accommodus. Medicina vbiuis terrarum certissimū vaticum est: Iuris prudentia, viam aperit ad dignitates: Theologia mihi cū primis placeret, nisi memores quorūdam & morosæ inter ipsos cōtentiones offenderēt. E. Non facile labitur qui sic pedetentim incedit. Complures abstinēt à Theologia, quòd vereantur, ne vacillent in fide catholica, quum videant nihil nō vocari in quæstionē. G. Ego quod lego in sacris literis & in symbolo, quod dicitur apostolorū, summa fiducia credo, nec vltra scrutor. Cætera permitto Theologis disputanda, ac definienda, si velint. Si quid tamen receptum est vsu populi Christiani, quod nō planè pugnet cū sacris literis, hætenus seruo, ne cuiquam sim offendiculo. E. Quis Thales te docuit istam philosophiam? G. Fuit mihi admodū puero consuetudo domestica cum integerrimo viro Ioanne Coletto. Nostin' hominem? E. Quid nisi? Tanquam te. G. Is eam ætatem huiusmodi præceptivæ calis imbuit. E. Non inuidebis si me præbeam æmulū instituti tui? G. Imò isthoc nomine mihi futurus es multo charior. Scis enim similitudine mortū conglutinari familiaritatem ac benevolentiam. E. Verum, sed non inter competitors eiusdem magistratus, quum simili laborent morbo. G. A. Nec inter eiusdem sponsæ procos, quum pariter laborent amore. E. Sed extra iocū, ex

periar imitari rationem istam. G. Precor vt tibi vertat q̄ optime. B. Fortassis assequar te. G. Vtinā & præcurras. Sed interim non operiar te, quin ipse quotidie meipsum superare cōtēdo: sed tamen adnitere si potes, vt anteuertas.

VENATIO.

PAVLVS, THOMAS, VIN-

CENTIVS, LAURENTI-

V S, BARTHOVS.

P. Trahit sua quenq; voluptas, mihi placet venatio. T. Placet & mihi, sed vbi canes, vbi venabula, vbi casset? P. Valeant apri, vrsi, cerui & vulpes: nos insidiabimur cuniculis. V. At ego laqueos iniiciā locustis. Insidiabor gryllis. L. Ego ranas captabo. B. Ego papiliones venabor. L. Difficile est sectari volantia. B. Difficile, sed pulchrum nisi pulchrius esse ducis sectari lūbricos aut cochleas, quia carent alis. L. Equidem malo insidiari piscibus, est mihi hamus elegās. B. Sed vnde parabis escam? L. Lumbricorū vbique magna est copia. B. Est, si tibi velint prorepere ē terra. L. At ego mox efficiam, vt multę myriades profiliāt. B. Quo pacto? L. Videbis artem. Imple hanc situlam aqua. Hos iuglandiū fummos cortices virētes, cōfractos immittito. Hac aqua perfunde solum. Nūc obserua paulisper. Vides emergētes? B. Rem prodigiosam video. Sic olim, opinor, exiliebāt armati ex satis serpentis dentib⁹. Sed plerique pisces

d. j.

delicatioꝛis & elegãtioris sunt palati
 quã vt esca tam vulgari capiãtur. L.
 Noui quoddam insecti genus, quo ta
 lib⁹ insidiari soleo. B. Tu vide an pos
 sis imponere piscibus: ego ranis faceb
 sam negotium. L. Quomodo, retis B.
 Non, sed arcu. L. Nouũ piscandi gen⁹.
 B. At non iniucũdum. Videbis & fa
 teberis. v. Quid si nos duo micemus
 digitis? p. Ignauũ est ac rusticũ lusus
 genus. Ad focum desidentibus magis
 conuenit, q̃ in cãpo versantib⁹. v. Quid
 si certemus nucibus? p. Noces admo
 dum pueris relinquamus, nos gradis
 usculi sumus. v. Et tamen nihil aliud
 adhuc, quã pueri sumus. p. Sed quis
 bus decorũ est ludere nucibus, isdem
 non indecorũ est equitare in arundine
 longa. v. Tu igitur præscribito lusus
 genus: sequar quotunq; vocaris. p. Est
 ego futur⁹ sum omniũ horarũ homo.

EVNTES IN LVDVM LI

TERRARIUM.

SYLVIVS, IOANNES.

s. Cur adeo curris Ioannes? i. Cur le
 pus, vt aiunt, pro carnib⁹? s. Quid hoc
 proverbij est? i. Quia nisi adfuero in
 tempore ante recitatũ catalogũ, actũ
 est de pelle mea. s. Hac quidẽ ex par
 te nihil est periculi. Modo præterita
 est quinta. Inspice horologium, manus
 nondũ attigit punctũ, quod horam ab
 hora æquis spãtijs dirimit. i. At ego
 vix habeo fidẽ horologijs. Mentiũtur
 nõnunquã. s. At mihi fide, qui cãpenẽ

vocem audiui. i. Quid loquebatur? s. Horā esse quintā. r. Sed est & aliud, unde magis etiā timeā. Reddenda est memoriter hesternā lectio, satis publicā. Vereor vt possim. s. Cōmune periculū narras. Nā & ipse vix satis peneo. i. Et nosti præceptoris sæuitiam. Omnis illi noxia capitalis est. Nec magis parcat nostris natib⁹, q̄ si corium esset bubulū. s. Verū is non aderit in ludo. i. Quē igitur vicariū cōstituit? s. Cornelii. i. Strabū illū? Væ nostris natibus. Is vel Orbilio plagosior est. s. Verum dicis, & ideo non raro sum illius brachio precatus paralytū. i. Non est piū imprecari præceptorī. Nobis poti⁹ cauendū, ne incidamus in illius tyrāni man⁹. s. Reddam⁹ inter nos vicissim, altero recitāte, altero codicē inspiciēte. i. Pulchre mones. s. Fac præsentis animo. Nā metus officit memoriæ. i. Facile deponerē pauorē, si nō adesset periculū. At in tanto discrimine, quis possit esse secur⁹ animo? s. Fateor, at tamē nō agitur de capite, sed de parte diuersa.

A L I A.

CORNELIUS, ANDREAS.

c. Scite tu quidē pingis, sed charta tua perfluit. Charta subhumida est, ac trās mittit atramentū. a. Quæso vt appares mihi pennā hāc. c. Deest mihi gladiolus scriptori⁹. a. En tibi. c. Hui, q̄ obtusus. a. Accipe coticulā. c. Vtrum amas scribere cuspide duriuscula, an molliore? a. Adtēpera ad manū tuā. c. d. ij.

AGENDI GRATIAS

Ego molliore soleo. A. Quæso vt mihi describas ordine figuras elementorum. c. Græcas an Latinas? A. Latinas primū. Conabor imitari. c. Suppeditā chartam. A. Accipe. c. Sed meū atramentum dilutius est, subinde infusa aqua. A. At meū linteolum prorsus exaruit. c. Immūge, nisi mauis immeiere. A. Imò potius rogabo alicunde. c. Præstat habere domi, q̄ rogare cōmodo. A. Quid est scholasticus absque calamo & atramento? c. Quod miles absq; clypeo & gladio. A. Vtinā mihi essent articuli tā celeres. Equidem non possum dictātis vocem scribendo assequi. c. Prima cura sit, vt bene scribas; p̄xima, vt celeriter. Sat cito, sit sat bene. A. Belle, sed istā cantionē cane p̄ceptorī, quū dictat, sat cito, si sat bene.

AGENDI GRATIAS,

FORMVLÆ

PETRVS, Gratum mihi fecisti, quòd aliquoties ad me scripseris. Habeo gratiam, q̄ ad me crebrius scripsisti. Amote, quòd interdū ad me literas dare nō dedignat⁹ es. Habeo gratiā, quòd crebris literis me viseris. Ago tibi gratias, qui literarū fasciculis nos oneraris. Maxima tibi à me habetur gratia, qui nos aliquando literis lacefferis. Per gratū mihi fecisti, quòd nos dignatus sis tuis literis. Debeo tibi pro tuis humanissimis ad me literis. Magni beneficij loco duco, quòd non es grauatus ad me scribere,

RESPONSIO.

CHRISTIANVS. Imò meum est deprecari culpā impudētiz, qui nō veritus sūm tibi homini, tū occupatissimo, tum doctissimo, meis illiteratis literis obstrepere. Agnosco solitam tuā humanitatem, qui meam audaciā boni consulueris. Verebar ne quid offendissent te meæ literæ, quòd nihil omnino responderes. Non est quod agas gratias: mihi plus fatis est, si sedulitatem meam accepisti in bonā partem.

NOVA ROGANDI FOR.

P. Nihil'ne nouarū rerū adfertur è patria? Nū quid noui de nostratib' accepisti? Quid noui? Ecquid nouarū rerum apportas? Num quid noui fertur? Nū quæ res nouæ è patria nūntiantur?

RESPONSIO.

C. Noui quidem permultū, at nihil veri. Nouarum quidem rerum fatis, at nihil comperti. Noua permulta, at explorati nihil. Non parum noui, at veri non multum. Nihil adfertur noui. Nouarum rerū nihil prorsus accepi. Certi nihil, noui nonnihil. Rumores adferuntur permulti, sed dubij. Plurima est fama, at rerum nihil, firmi nihil. Si vana te capiūt, adfero tota plaustra mendaciorum. Fabularum totos modios apporto. Tantū mendaciorū adfero, quā tum vix vna nauis vehat. P. Exonerate q̄ primū, ne succūbas tanto oneri. C. Nihil habeo, præter ea quæ iactātur in tōstrinis, in vehiculis, & in nauibus.

d. iij.

AN ACCEPISTI LITERAS

RAS FORMULA.

P. Nihil ne literarū accepisti? Num aliquas è patria recepisti literas? Nulle tibi sunt redditæ literæ? Num quid scriptorū accepisti? Nū quas accepisti epistolas? Ecquas ab amiculis accepisti literas? Nihil epistolarum aduolauit è Gallia?

RESPONSIO.

R. Literarū nihil accepi. Ne pilū quidem literarū accepi. Ne tantulū quidē adfertur literarū. Nemo literā ad me. Ne verbum quidē à quoquā redditur. Tantum literarū accepi iamdiu, quantum vides in oculo meo. Equidē pecunias q̄ literas malim. Argentū accipere malim q̄ epistolas. Nummos recipere malim q̄ epistolia. Nihil moror literas, modo veniat argentū. Equidem numerari malo mihi, quàm scribi.

CREDO, FORMULA.

P. Facile credo. Haud difficile creditu est. Credi istud perfacile potest. Istud tibi quis nō credat? Admodū incredulus fuerit, qui hoc tibi nō credat. Profecto habeo tibi fidem. Istius rei mihi facile fidem facis. Credo tibi vel iniurato. Verisimile dicis. Adferunt tamen nō nihil solatij literæ. At ego alterutrū malim quàm neutrum.

UTILITATIS, FOR.

R. Quorsum spectant literæ sine pecunia? Ad quid tandē inanes conducūt literæ? Quorsum valēt, ad quid cōferūt, faciūt, profunt, proficiūt literæ vacuæ?

Cui gratæ, cui acceptæ literæ sine nū-
 mis? Quid emolumenti adferunt literæ
 inanes? Cui bono sunt otiose literæ?
 Quid iuuât? cui sunt vsu? Ad quid cō-
 ducibiles sunt? Quid secū adferūt mo-
 mēti? Cui rei sūt vtilēs iānes epistolæ?

R E S P O N S I O.

P. Podici tergēdo vtilēs, idoneæ, accō-
 modæ. Conducunt natibus tergēdis. Sī
 vsū nescis earū, ad anū expurgādum
 valent. Ad nates tergēdas. Ad posticū
 purgandum. Conferūt ad eā corporis
 partem mundandam, quæ semet idē-
 tidem inquinat. Valent conestendis
 scombribus. Inuoluendo thuri sunt accō-
 modæ. Quid? valēntne amiculis? Quid
 vxor agit tua? c. Recte. eam apud ma-
 trem reliqui, & quidē pręnantem.

B E N E P R E C A N D I.

P. Bene & tibi & illi vertat: tibi quōd
 pater, illi quōd mater futura sit. Adsit
 Deus. Vt vtriq; vestrū faustū felixq;
 sit, pręcor, optōq;. Quæso, oro superos
 omnes, vt icolumis prole vobis dignā
 pariat, & pulchra faciat te prole parē-
 tē. Laudo te, q̄ virū te pręstiteris. Lau-
 do te virū pręstitisse. Gallū te esse de-
 clarasti, at nō Cybeles. Abi, virū te ius-
 dico. c. Ludis, id' que facis tuo more.
 Age age, est tibi ius apud me loquēdi
 quelibet. Audio te patriā nuper reuissē
 se. P. Sic est factū. Nā diutiuscule iam
 abfuerā, nō ferebā tā diuturnū patriæ
 desiderīū. Nō poterā à parētū cōspectu
 abesse diutius. Torquebat me diutinū
 d. iij.

BENE PRECANDI.

amicorū desiderii. c. Pie fecisti, humanus es, qui ista cogites. Ducimur enim omnes admirabili quodā amore eius regionis quæ nos aluit atq; edidit. Et, Nescio qua natale solū dulcedie cūctos

Ducit, & imemores nō finit esse sui. Dic quæso, quonam in loco illic offendisti omnia?

NOVA OMNIA FORM.

p. Nihil nō nouum. Mutata omnia. Nouata singula. Vniuersa noua. Vide q̄ repēte tempus res mutet humanas. Videbar mihi in alium venire mūdū. Vixdum decenniū abfueram, & nō secus omnia admirabar, q̄ Epimenides somniatorum princeps, vix tandē expergefactus. c. Quænam ista est fabula, Quid isthuc est fabulæ? p. Dicā equidem, si vacat. c. Nihil fuerit iucūdius. p. Sellam igitur vnā cū puluino mihi poni iube. c. Recte admones, nā sedens, cōmodius mentieris. p. Fabulantur historici de Epimenide quodā Cretensi, qui deambulandi gratia solus urbem egressus, cū subita pluuiæ vi cōpellente in quandā speluncā ingressus obdormisset, quadragintaseptem perpetuos annos somnum continuauit.

NON CREDO, FOR.

c. Quid narras? incredibile dictū. Nō verisimile dicis. Somniū mihi narras. Nō fit mihi simile veri. Mōstri simile narras. Nō pudet tā improbæ vanitatis? Digna fabula, quæ addatur veris narrationib⁹ Luciani. p. Imò rē narro

à grauissimis proditâ authoribus. Nisi forte tibi parum spectatæ fidei est **Aulus Gellius. c. Mihi vero quæ scribit ille, folia Sibyllæ sunt omnia. p. Quid tandem theologû tot annos somniasse reris? Nam theologum fuisse proditum est. c. Audire gestio.**

R E S P O N S I O.

p. Quid aliud quàm quæ postea prodidit Scotus, & huius farine sodales? Sed bene cum Epimenide actû est qui vel tandem ad se redierit. Multi theologi nunquã expergiscuntur à suis somnijs. c. Age, facis vt poeta dignû est, sed perge mentiri. p. Epimenides igitur somno solutus, è spelunca prodit, circumspicit, mutata videt omnia, sylvas, ripas, flumina, arbores, agros, breuiter nihil non nouû. Accedit ad urbem, percõtatur, manet illic aliquãdiu, neq; nouit quẽquam, neq; à quopiam agnitus est. Alius hominû cultus, nec idem vultus, mutatus sermo, diuersi mores. Nec miror hoc Epimenidi post tantû annorum euenisse, quû mihi idem prope modû euenierit, qui pauculos annos abfuissem. c. Quid vterq; parens, viuuntne? p. Viuunt ambo, & valent vt cunq; senio, morbo, deniq; bellorû calamitate confecti. c. Hæc est humane vitæ comœdia. Hæc est fatorû lex inuitabilis. p. Cœnabis hodie domi? c. Foris cœnaturus sum. Foris cœnandum est mihi. p. Apud quem? c. Apud focerum meum, apud generum meum, d. v.

NOMINA AFFINITATVM.

apud nurrum meam, apud affinē meū.
Affines dicuntur qui nō sanguinis, sed
matrimonij cōiūctione copulati sunt.
P. Quæ sunt igitur vsitata vocabula
affinitatum?

NOMINA AFFINITATVM.

CHRIST. Maritus & vxor, nota sunt
nomina.

Socer . . . vxoris meæ pater est mihi.

Gener . . . filia meæ maritus.

Socrus . . . vxoris meæ mater.

Nurus . . . filij mei vxor.

Leuir . . . mariti frater. Leuir dicitur
ab vxore, vt Helena Hectorem leuirū
vocat, quòd esset nupta Paridi.

Eratria . . . fratris mei vxor

Glos . . . mariti soror.

Vitricus . . . matris meæ maritus.

Nouerca . . . patris mei vxor.

Pruiignus vxoris aut mariti filius.

Pruiigna . . . filia alterutrius.

Riuialis . . . qui amat eandem.

Pellex . . . quæ amat eundem, vt Thra-
so, riuialis est Rhædria: & Europe, pel-
lex est Iunoni.

CRAS MECVM PRANDEAS.

P. Ago gratias. Laudo te: in crastio
num igitur te ad cœnam voco. Cras
ergo vt mecū cœnes pro, Cras igitur
mecum prandeas rogo. Cras igitur te
mihi conuiuiam volo.

TIMEO NE NON POSSIM.

CH. At vereor, ne non licuerit. Vt
possim metuo. Veniam, si quidem lice-
bit. At metuo ne non queam.

QVARE?

P. E. Cur non licebit? Qui sic? Quid ita? Quamobrem? Quo pacto? Quid causæ? Quid obstiterit, quo minus possis?

DOMI ME ESSE OPORTET.

CH. Tum quidem mihi domi manendū est. Vt domi nocte sim, necesse est. Tum certe foris esse non licebit. Cras mihi quoquam ire foras, liberum non erit. A prandio abesse mihi integrum non erit. Aliquot ipse conuiuas eo die operior. Aliquot amiculi cōstituere ea nocte domi nostræ cœnare. Ipsi mihi conuiuæ sunt ea nocte tractandi, alios qui lubens venirem. Ni id esset, haud grauatim facerem. Quod ni esset, haud me tibi difficilem præberem. Non excusarem, si liceret. Non paterer bis rogari, si queã. Parce rogare: vel inuocatus adessem, si quo pacto liceret. Haud grauate tibi obsequerer, si possim. Frustra rogas eum, cui non est liberum: frustra item rogaturus, si liberū esset. Nunc vt maxime cupiam, nō possum: tunc superuacaneum esset rogare volētem. P. Vel perēdie apud me sis oportet. Saltem perēdino die ad cœnam venias, necesse est. Quarto abhinc die nō grauaberis mihi præbere conuiuā. Die Iouis proximo nō potes effugere, quin venias.

NON POSSVM PROMITTERE.

C. Non possum polliceri. Affirmare istud tibi nō possum. Promittere certe
d. vi.

INVITANDI

hequeo. Veniam vbi vtriq; nostrū videbitur commodissimum.

DIEM DICERE DEBES.

P. Diem igitur mihi constituas volo, ad quem mecum sis coenaturus. Diē igitur assignes oportet. Diem igitur promittas, necesse est. Diem certū mihi præfiniri, præscribi, præstitui, constitui cupio. Ad certum diem condicito. Diem mihi dicas velim.

NOLO TE PRÆSCIRE.

C. Equidem non soleo dicere diem amicis. Cum quibus mihi parum conuenit, ijs soleo diem dicere. Præscium te esse nolim. Præscire te nolo. De improviso te opprimam. Inopinato te opprimam. Te nec opinantē oppressero. Te nihil suspicātem oppressurus sum. Non expectatus adfuero. Adoriar te nec opinantem. Veniam vitroneus & insperatus conuiua.

PRÆSCIRE VOLO.

P. Biduum præscire volo. Biduum præscius esse cupio. Præmoneto biduo prius, quā venias. Fac me biduo antē certiozem. **C.** Si me vrges, dico tibi diem Sybariticum, ne desit apparandi spatium. **P.** Quid hoc verbi est? **C.** Sybaritæ conuiuas inuocabant in annum proximum, vt vtrinq; esset iustus apparatus. **P.** Valeant Sybaritæ cum suis molestis conuiujs: ego congerronem voco, non satrapam.

TVO MALO OPTAS.

C. Equidem tuo detrimēto. Tu optas

quidem malo. In damnum tuum istud optas. Incommodo istud precaris tuo. p. Quid ita? Quamobrem? c. Ego instructus accedam. Ego munitus veniam. Aggrediar te paratus. Instructus multa fame accedam, tu vide ut vultu rem expleveris. Parabo ventrem, ac dentes exacuam; tu vide quibus modis lupum exatures. p. Age, ad hoc certamē te prouoco. Age, fac pro viribus, pro virili, si quid potes. c. Veniam, sed nō incomitatus. p. Tanto venies gratior. Sed quo comite venies? c. Umbra. p. Nec secus possis, si modo luce venias. c. Sed umbram adducturus sum dentatā vnā atq; alteram, ne tu me vocaris impune. p. Age ut libet, modo ne laruas adducas. Sed explana, si libet, quid sibi velit umbræ vocabulum. c. H. Apud eruditos umbræ vocantur, qui ipsi non vocati comitātur eum qui vocatus est ad conuiuium. p. Talium umbrarū adduc, quantum voles.

HA L E G E P R O M I T T O .

c. Veniam quidē, at hac lege, ut tu postridie eius diei vicissim apud me coenes. Faciam eo quidem pacto, ut tu deinde mihi quoq; sis conuiua. Ea lege coenam condico, ut tu rursū mihi sis conuiua. Spondeo futurum, sed hac exceptione, si tu postero die itidē apud me sis. Recipio tibi facturū me. Do fidem futurum, his quidem legibus, ut tu mecum postridie prandeas. p. Age, fiat. Esto. Sit ita ut vis. Si ius

INVITANDI.

bes, faciam. Noui Gallorum magnificentiā. Non vis gratis apud me cœnare, nisi vices retuleris. At isto quidē pacto redire solēt in orbem conuiuia. Sic nascitur conuiuiorum longa perīodus. Hac vicissitudine fiunt sine fine reciproca conuiuia . c. Nihil suauius, si minimum accedat apparatusi quotidiano. Cæterum ego te detineo, aliò fortassis iturum. p. Imò ego te, opinor. Sed cras latius & familiarius confabulabimur. Verum crastino die plura nongabimur. Interim fac valeas. Interim cura, vt bene valeas. Interim valebis.

QV O I S I F O R M.

e. Quò tu nunc abis? Quò tu nunc properas? Quò tu tam celeri gradu tendis? Quònam te confers? Quò nūc iter est?

E O D O M V M , F O R M V L A.

p. Domum me recipio. Domum reuertor. Domum repeto. Domum me confero. Viso quid domi agatur. Accerso medicum. Rus hinc concedo. Constitui ad hanc horam cum viro quodā grauiſſimo colloqui. Satui hac hora verba facere cum viro grauiſſimo. c. Quo nam? p. Cum Curione multiloquo. c. Precor igitur tibi præsentem Mercurium. p. Quid opus Mercurio fauente? c. Quia res erit cum linguaci. p. Atqui hac gratia magis conueniebat, mihi memoriam precari propitiam. c. Quid ita? p. Quia patiētissimis auribus opus erit potius, quam strenua

lingua. At auris memoriae dicata est. c. Quam iturus es? Quam ibis? P. Hac ad sinistram, hac, illac, per forum. c. H. Comitabor igitur te. Affectabor, ac deducam te ad diuerticulum usque. P. Non patiar te circumagi. Nolim te tantum laboris mea causa capere. Isti huc officij serua quum erit usus, nunc nihil opus est. Ne mea gratia facias viae tuae dispendium. c. Mihi quidem compendium est, frui tantisper amico. Nihil habeo quod agam, & non sum piger, ni tibi sum molestus comes. P. Nemo iucundior affecta. At non sinam, ut mihi claudas laevum latus: non admittam, ut mihi sinister ambules. c. Hic te superis commendo. Nolo te longius commitem: ulterius nolo me commiseris.

COMMENDANDI, FORM.

c. Tu me Curioni magnopere commendato. Fac me Curioni multiloquo, quam commendatissimum facias. Me Curioni commendatum quam diligentissime curato. Iube ut me sibi commendatiss. habeat. Ego me illi per te commendatum facio. Me tibi etiam atque etiam commendo. Me tuae humanitati quam possum diligentissime commendo. c. Recommendo pro commendo, barbaris relicto. Vide ne pauca cum multiloquo loquaris. Vide ne cum multiloquo sis pauciloquus.

OBSEQUII.

P. Vis me tibi morem gerere? Vis me tibi obsequi? Vis tibi obsecundem? Te

igitur imitari me iubest. Quandoquidem ita vis, faciam libentissime. Ne sis mihi diutius in mora, imò ne vterque alteri. c. Sed prius quàm abeas, quæso te, ne graueris me docere quo pacto his sit vtendū, in mora, in causa, in culpa, qui soles elegantia studiose esse. quare age, doce obsecro, differe amabó.

IN CULPA, In causa, In mora.

P. Mos gerendus est tibi. Non est culpa in me, non est culpa in te. Mora est in te, in te causa est: grāmāticē quidem dicitur, at multo elegantius,

IN CULPA.

Non sum in culpa. Culpa nō est mea. Vaco culpa. Quod nihil proficis, tua desidia in causa fuit, non præceptor, nō pater tuus. In culpa omnes estis. Vtrique in culpa estis. Vtrique culpandi estis. Ambo accusandi estis. Ambo in culpa estis. Incidisti in morbum tuo ipsius vitio, tua ipsius culpa. Itēdem dicuntur in vitio esse, quibus culpa debet imputari, & in crimine esse, qui culpandi sunt: & in damno esse: qui dāno afficiuntur. Hoc genus sermonis nō temere licet inuertere. Damnum in illo est, vitium in illo est.

IN CAUSA.

Quo minus ad te scripserim, morbus in causa fuit. Quod rarius ad te scripserim, mea negotia in causa fuerunt, nō negligētia. Quid ī causa fuit? Quid causæ fuit? Ego nō sum in causa. Quod nullas à me literas acceperis, tabellari?

In causa fuit. Quod tam macilētus es, amor, non studium in causa est. Hoc est causa?

IN MORA.

Non ero vobis in mora. Quid nam vobis in mora fuit? Tu nobis in mora fuisti. Tu semper in mora es. Quid te remoratum est? Quis te remoratus est? Habes quod petebas, tuum est memorie insculpere. Habes affectatiunculae tuae praeium. Vale mi Christiane. c. Vale in crastinū & tu mi Petre.

IN OCCURS.

c. Salve multum iucundissime Augustine. a. Salve tantundē mi humanissime Christiane. Felix sit tibi huius diei exortus. Prosper sit tibi hic dies. Quid tandem agitur? c. Suauiter, ut nūc res nostrae sunt. Et cupio omnia quae vis. a. Merito te amo. Amo te. Amandus es. Benigne dicis. Comis es. Habeo gratiam.

IRASCOR TIBI, FOR.

c. At ego non nihil tibi succenseo. At ego tibi subirascor. Verū ego tibi sum subiratus. Atqui ego sum in te stomachosior. Atqui non nihil est, vel habeo, quod tibi succenseam.

QUA CAUSA? FORM.

a. Quid nam est istud obsecro? Quid ita? Quamobrem tandem? oro. Quid admisi sceleris? Quid commerui? ¶ Promereor bona, aut laudem: commereor mala, aut poenam: illud in bonā hoc in malam partem sumitur. Deme

INVITANDI.

remur eum, quem nobis beneficio red-
dimus obnoxium.

QVIA NON CVRAS ME.

c. Quòd nulla mei tibi cura sit. Quòd nihil nos respicis. Quòd tam raro nos reuifas. Quòd nihil nos cures. Quòd me planè negligis. Quòd nostri curam videris abieciffe. A. At nihil est caufa, cur succenfeas. At præter meritū meū. At immerito succenfes. Neque enim mea culpa accidit, quòd te rarius viſā. Dabis veniā occupationibus meis, per quas mihi non licet toties, quoties cupio, te reuifere. c. Ita demū tibi ignofcam, ſi hodie apud me coenes. Ea conditione purgatus mihi eris, ſi veſperi ad coenam venias. A. Haud iniquas pacis leges præſcribis Chriſtiane, quare haud inuitus faciam. Equidem faciam volens. Iſtud quidē fecero perlibenter. Haud grauate faciā. Hic ſanè non me præbebo difficilem. Nihil hac re fecero libentius. Animo faciā lubenti. c. Lau- do tuam facilitatem, & hac in re, & in cæteris omnibus. A. Sic ſoleo amicis obſequi, præfertim non iniqua petenti- bus. Ridiculum, an tu me recuſaturum putabas oblatum, quod vltro etiā e- rat rogandum?

NE FALLAS ME, FOR.

c. Age, at caue ne me deluſeris. Caue fallas. Caue ſpem fruſtra foueam. Caue luſeris expectantem. Caue mihi verba dederis. Vide ne me fruſtra habeas. Vi- de ne me vana ſpe lactes. A. Nihil opus

iureiurando . In cæteris , in alijs time
 perfidiã , hac in re non fallam . Sed heus
 tu , cauẽ quicquã paraueris præter quo
 tidiana , mea causa diem festum nolo .
 Scis me conuiuã minime edacem , biba
 cem multo minus . Nosti enim me con
 uiuã non multi cibi , sed ioci plurimi .
 c . Curabitur diligenter . Ego te Pytha
 gorica cœna excipiam , aut fortasse fru
 galiore . a . Imò Diogenica , si me dele
 ctare voles . c . Certe Platonica cœna te
 excipiam , in qua multum sit literatarũ
 fabularum , cibi minimum , cuius volu
 ptas daret etiam in posterũ diem : alio
 qui qui prolixè fuerit acceptus , fortas
 sis eo die suauiter afficitur , sed postri
 die dolet caput , crudus est stomachus .
 Apud Platonem qui cœnabat , vnã vo
 luptatem capiebat ex apparatu facili ,
 fabulisq; philosophicis : alteram postri
 die , quòd nec capitis grauedinem , nec
 stomachi cruditatem sentiret . Ita pran
 debat etiã suauiter ex condimento cœ
 næ pridianæ . a . Placet , fiat vt mones .
 c . Tu vide , omnes curas tuas , ac rugas
 etiam istas , domi relinquant . Huc præ
 ter nugas & risum , nihil adferas . Et , vt
 innuit Iuuenalis ,
 Protinus ante meum , quicquid dolet ,
 exue limen .

A V . Quid si literas mecum venire non
 vis ? Musas meas mecum adducam , ni
 si quid aliter censes . c . Tetricas Musas
 vnã cũ negotijs , domi claudas . Blãdas
 camœnas omnes , deinde sales tuos ,

I N V I T A N D I .

dicteria, somnata, facetias, lepores, ris
 dicala omnia tecū adducito. A. Ita fiet.
 Exporrigemus frontem. Bellos hominū
 culos agemus. Ridebimus affatim. Cur
 rabimus cutē. Indulgebimus genio. Ge
 nialiter coenabim⁹. Epicureos agem⁹.
 ¶ Bonum vultum faciemus, & erimus
 boni socij, inelegātium elegantię sunt,
 qui suam habent linguam sibi pecu
 liarem. c H. Quò nunc properas? A V.
 Ad generum meū. c. Quid illud, quid
 eò, quid illò? A. Audio nescio quid tur
 bae inter eos natum, vt redigam eos in
 gratiam, vt reducam in concordiam, vt
 pacem inter eos cōponam. c. Benigne
 facis, quanquam nihil te opus esse ar
 bitror. Nā ipsi inter se melius hoc bel
 lum composuerint. A. Fortassis & in
 ducię indictę sunt, noctu de pacis legi
 bus agetur. Sed nunquid me aliud vis?
 c. Vocabo te per puerū meum. A. Vbi
 voles domi ero. Bene vale. c H. Bene
 sit tibi. Fac hic ad quintam horam ad
 sis. Heus Petre, accerse ad coenam Au
 gustinum, qui mihi hodie, vt scis, coe
 nam condixit. P. Eo. Salue poeta. Coe
 na iamdudum parata est, te herus ex
 pectat domi, vbi voles accedas. A. Ve
 nio. Salue mi Christiane. c H. Bene fa
 ctum, quòd venisti. Gaudeo te aduenisse
 se. Gratulor mihi quòd venisti. Nondū
 quinta sonuit credo. P. Imò iamdudū
 præterita est. Haud longe sexta abest.
 Instat hora sexta. Mox sextam audies.
 A. Parui refert an post quintam vene

rim, necne. modo ne post coenam. Nam post festū venire, miserum est. At quorsum tantus apparatus? Quorsum tot epulæ? Num me lupum existimas? Nū tibi lupus videor? Num me vulturem putas? c. Non vulturē, sed tamen nec cicadam, vt rore viuas. Nihil est luxus. Mūdicies mihi semper placuit, sordes detestor. Nec Apicius mihi placet, nec Diogenes. Præstat aliquid superesse, q̄ deesse. Si præter cicer nihil apponetur, & fuligo forte illapsa in ollam cōdiret legumen, quid tū ederetur? Nec omnia sapiunt omnibus. Itaque mihi placet moderata varietas. A. Nō tu metuis leges sumptuarias? c. Imò peccatū frequenter in diuersum. Nihil nobis opus lege Fannia. Satis nos docet frugalitatē ipsa tenuitas. A. Haud ita cōuenerat. Longe aliter pollicitus es. c. Age inepte, nec ipse conuenta seruas. Cōuenerat enim, nequid præter nugas inferres. Quin hæc missa faciamus. Lauemus ac discubamus. Heus tu puer, cape guttum ac patinā, linteū ex humero suspende, ministra aquam, quid cessas? Laua Augustine. A. Laua tu prior. c. Bona verba. Hoc anno perpetuo ille lotus coenare malle. A. Ridiculū, nō honoratori, sed turpiori ante alios lauandum est, laua igitur vt immūdior. c. Tu es vrbanius plus satis. Es vrbanius or quàm fat sit, q̄ par est. Quorsum at tinet ista vrbanius? Huiusmodi ceremonias ineptas, mulierculis relinqua-

mus, quæ nunc & ab aulicis fastiditur, unde tamen olim profectæ sunt. Laetis terni aut quaterni simul. Ne teramus tēpus huiusmodi moris. Ego nulli designabo locum: sumat sibi quisque quem volet. Qui delectatur igni, hic commodius accumbet. Qui offenditur luce, deligat hūc angulū. Quem delectat prospectus, hic sedeat. Agite, satis morarum. Accumbite. Ego domi sum, vel stans coenabo si lubeat, vel obambulans. Cessatis? At interim coena corrumpitur. A. Viuamus nunc, curemusque cuticulam. Simus nunc Epicurei. Nihil nobis cum fronte Stoica. Valeāt curæ. Absit omnis liuor, exulet obtrectatio. Sit mens læta, frons hilaris, sermo lepidus. c. Quinam sunt isti Stoici atque Epicurei Augustine? A. Stoici, philosophorū quoddam genus est triste, seuerū, ieiunum: qui hominis summum bonum honesto, nescio quo, metiuntur, Epicurei, his longe diuersi: felicitatem hominis, voluptate terminant. c. H. Tu igitur cuius es tandem, Stoicus, an Epicureus? A. Zenonem laudo, at Epicurum viuo. c. Quod tu ioco dicis Augustine, id serio factitant hodie non pauci, pallio tantum & barba philosophi. A. Imò isti vel Afotos superant luxu. c. Heus Dromo, ades huc. Tuo munere fungere: consecra coenam. P. Quicquid appositum est, & quicquid apponetur, felix ac sacrū esse iubeat, qui sua benignitate pascit vniuersa. Amen. c.

Appone epulas. Quid cunctamur capū hunc discerpere: quid trepidamus hūc gallum lacerare? A V. Ego Herculem præstabo, ac beluam hanc conficiam. Vtrum mauiſ de ala, an de poplitibus? c. Vtrum vis, nihil mea refert. AV. In hoc genere, aliſ primæ partes tribuntur: in ceteris, poplites lautiores putat vulgus. c. Tu multū laboris mea cauſa capis. Tu permultū laborē mea cauſa ſuntis. Tu omnibus miniſtras, ipſe nihil edis. Ego tibi hāc alam miniſtrabo: at ea lege, vt dimidium mihi reſtituas. A V. Itāne agitur? At iſtud eſt tibi miniſtrare, nō mihi. Tibi ſerua, ego enim ſum impudentior, quā cui miſtrari quicquā debeat. c H. Probe facis. A. Eho, tu lupo cibū miniſtraſ? Vulturē inuitaſ? c. At ieiunaſ, nō ece naſ. A. Imō me vno nihil edacius. c. Imō mendaciuſ nihil. proinde agito ac ſi domi ſiſ tuæ. A. Iſtud iam planē mihi perſuaſi. Iſtud iam in animū induxi. Sic ſtat ſententia. Conſiliū eſt iſtud facere. c. Quid tibi hoc vinum placet? Quid hoc villi delectat? A. Mihi quidē perplacet. Me certe vehemēter iuuat. Me ſatis delectat. Me non mediocriter iuuat. c. Vtrū mauiſ, rubrū an cādidiūſ

NON REFERT QVO

ſit colore.

A. Equidem vtroq; iuxta delector. Nihil refert quo ſit colore, modo ſapor placeat. Non laboro quantum oculis placeat vinum, modo palatum iuuet.

Nihil me mouet aspectus, si sapor placeat. Parui refert, quo sit colore, quema habeat colorem, si sapiat bene. Non cupio oculos pascere, si palato satisfacere queat, modo palatum iuuare possit. Nihil moror colorem, modo gratus sit sapor. c. h. Credo. Atqui sunt coenaticæ philosophiæ cum primis periti, qui negant vinum esse probandum, nisi quod placeat quatuor sensibus, oculis, colore: naribus, odore: palato, sapore: auribus, fama & nomine. A. Ridiculum, quid fama conducit ad potum? c. Tartura, vt multi non stupidi palati vehementer probarint villum Louanio venenaculū, quum crederent esse Belnense. A. Fortasse iam larga potatione palatum obsurduerat. c. Imò nondum attingerāt poculum. Tamen iudicium tuum audire cupio, hominis his in rebus peritissimi. A. Album nostrates rubro præferunt, quòd rubrum paulo sit acerbius, & alterum exilius quidem, sed illud mitius, & vt arbitror, salubrius. c. Habemus & subrubrum, & flauum, & purpureum. Hoc mustum est hornū. Hoc bimum est, si quē capit vetustas. Habemus & quadrimum. Sed iam vespescit ac desipiscit senio. Ætate vigor euauit. A. v. Luculli diuitias audio. c. Heus puer, vbi cessas? Nos hic planè negligis, non vides quanta sit hic ficitas! Quid si hoc rerum statu incendiū contingeret, quo restingueremus? Dato singulis plenos cyathos. Augustine

quid habes, quod parū es hilaris? Quid accidit tibi, quod sedes tristior? Quid tibi est quod minime gaudes? Aut doles, aut carmina condis. Tu nūc Chrysippum agis, Melissa tibi opus est. A. Quā hic mihi fabulā narras? c. Chrysippus adeo fertur intentus fuisse suis argutijs logicis, vt ad mensam etiā fame periturus fuerit, nisi ancilla Melissa cibum in os ingessisset. A. Ille vero indignus erat, qui seruaretur. Sed si te offendit taciturnitas, placētq; conuiuium vocalius, est quo id efficias. c. Memini. Recte admones, liberalius bibendum, largius, copiosius, meracius oportet bibere.

REM ATTIGISTI.

A V. Rem acu tetigisti. Recte iudicas. Scopum attigisti, Nam Fœcūdi calices, quē nō fecere disertū CHRISTIANVS. Perdocte tu quidem Augustine, vt omnia, sed quoniā in sermonem vinariū, quando in mentionem incidimus vinorum, libet interrogare, quonam consilio veteres illi Bacchū, quē vini authorem videri volebant, poetarum deum dixerint. Quid enim illi temulēto deo cū poetis, Musarum virginū cultorib⁹? A. Quæstio, ita me Bacch⁹ amet, poculis digna: verum, quorsum tuæ quæstiones spectēt, satis intelligo. c. Quorsum amabō. A. Astute de vino disputationem iniicis Gallica techna, quam didicisse Parisiis te suspicor. nimirū quo min⁹ interim

CONVIVIUM

absumatur vini. Abi, virum te iudico,
 nō frustra in tanta schola versatus es.
 c. Accipio tua dicta, referā paria scō
 mata, vbi erit cōmodum. Sed ad rem.
 A. Dissoluam vbi bibero. Siquidē ab
 surdum fuerit sicco palato de quēstio
 ne vinosa disputare. Præbibo tibi Chri
 stiane. Propino tibi hunc scyphum di
 midiatum. c. Accipio abs te libenter.
 Sit saluti, pro fit. A. Iam accingor, vt
 me missum facias. Ego meo more præ
 postere faciam. Quòd Baccho pueritię
 effigiem tribuerint, id habet mysterij,
 quòd vinum potum, curas & sollicitu
 dines animis nostris eximit, hilarita
 tēmq; quandam inducit. Quare senis
 bus quoq; ipsis iuuentam quandā red
 dere videtur, dum & hilariores facit
 & formosiores. Id quod Horatius quū
 multis in locis, tum præcipue his ver
 sibus aperte testatur:

Ad mare quum veni, generosum & le
 ne requiro

Quod curas abigat, quod cum spe di
 uite manet,

In venas animūmq; meum, quod ver
 ba ministret,

Quod me Lucanę iuuenem commen
 det amicæ.

Nam quòd huic poetas dicarunt deo,
 id significatū voluisse suspicor, quòd
 vinum & ingenium excitat, & facun
 diam ministrat: quæ duo, poetæ sunt
 aptissima. Vnde frigent carmina, quæ
 scribuntur aquæ potorib⁹. Est quidem

igneus suapte natura Bacchus, sed adhibitis nymphis redditur temperantior. Habes quod quærebas? c. Nihil vnquam audiui verisimili⁹ dici ab homine poeta. dignus es qui bibas gema. Heus puer, tolle hanc patinam, atque appone cætera. A. Puerum habes admodum inurbanum. c. Est veterator nequissimus. A. Cur non instituis alio pacto? c. Difficile est canem vetulum loris assuescere. Difficillimū est veteratoris mutare mores. Vetulus canis non facile assuescit loro. Me quidē dignus est. Dignum patella operculū.

SI COGNOSCEREM QUID

TE OBLECTET, TIBI

SERVIREM, FOR

M V L A.

A. Decerperem tibi quippiam, si palatum tuū tenerem. Ministrarem tibi, si gula tua mihi satis cognita esset. Apponerem tibi, si quid potissimum iuualet, scirem. Si nossem ingenium palati tui, essem tibi structor. Equidem tantundem palato, quantum animo sapio. c. Palatum habes eruditissimum. Nihil tuo palato docti⁹. Nec eo te puto inferiorem, de cuius singulari peritia testatur Satyricus,

Ostrea callebat priō deprēdere morfu,
Et semel aspecti dicebat littus echini.

A. Et tu mihi Christiane, vt par pari referā, ipsum audiuisse Epicurum, aut in schola Catiana iustitut⁹ videris. Quid enī tua gula aut sapienti⁹, aut fastidio

e. ij.

sius? c. Si oratoriam eque artē vt culinaria
 nariā callerē , nec Cicerō ipse me vin
 ceret. a. Equidem si alterutra carendū
 esset, culinariam q̄ rhetoricam mallē.
 c. Subscribo tuo iudicio: grauius, acu
 te, verēq; iudicas. Quid enim oratorū
 cōfert loquacitas, nisi quod aures ocio
 sas inani voluptate demulcet? Culina
 ria, tum palatū, tum ventrem, tum to
 tum hominē, quantus est, pascit ac re
 ficit. Concedat laurea linguæ , inquit
 Cicero: at vtraq; concedat culinæ. Nū
 quam mihi Stoici illi magnopere pla
 cuerūt, qui omnia ad suū, nescio quod,
 honestū referentes, cutis ac palati nul
 lam rationem habendam putant. Dici
 non potest, quanto Diogene sapientior
 Aristipp⁹ mihi fuisse videtur. a. Ego
 Stoicos cū suis ieiunijs cōtemno. Epi
 curum magis laudo ac probō, q̄ Dio
 genē illum Cynicum, qui crudis oleris
 bus, ac simplici aqua victitabat. Qua
 re nihil miror, si Alexander rex fortu
 natissimus se Alexandrum q̄ Diogenē
 esse maluit. c. Nec ego sanē quamli
 bet vilis homūcio cum Diogene meā
 philosophiam commutarem, fortassis
 & Catius tuus facere recusaret. Meli⁹
 nostri temporis philosophi sentiunt,
 qui contenti Stoicorum more disputa
 re, viuendo ipsū etiam Epicurū vin
 cunt. At ego quidē rem in primis pre
 clarā philosophiam puto, si parce ad
 hibeatur. Nimiū philosophari nō lau
 do. Est enim res perquam ieiuna, steris

lis atq; tristis. Vbi in calamitatem aut ægritudinem incidi, tum demū ad philosophiam, tanquam ad medicā confugio. Vbi conualui, rursus illi vale remuntio. A. Tuam rationē probo. Belle philosopharis. Salue igit philosophes, non è Stoa, sed è culina. c. Quid tandem habes Erasmi, quòd parū sis hilaris? Quid sibi vult corrugata frōs? quid silentiū? An mihi succenses, q̄ te frugaliore cœna acceperim? B. Imò tibi sum iratus, quòd tantū impendij mea causa sit factū. Interminatus erat Augustinus, ne sua causa diem festū faceres, vis nos posthac redire nunq̄. Nam talem cœnā dare solent ij, qui vnā dū taxat dare constituissent. Quos tandē conuiuas videris accepisse? Non amiculis, sed satrapis cœnam parasse videris. An nos helluones esse credis? Hoc nō est dare cœnā, sed triduanā saturitatē. c. Etiā tu pergis esse Demeas? Cras vt lubet disputa, hodie Mitionē te præbeas, oro. De impendio cras sobrij disputabimus, nunc nil nisi mereas nugas audire libet. A Christiane, utrū de bubulis, an de ouilis carnibus mauiis? c. Bubulis quidē magis delector, at ouilas magis salutare arbitror. Ita ingenium est hominum, vt perniciosissima quæq; appetāt vehemētissime. A. Galli suillas carnes mirū in modū amāt. c. Galli amāt, quæ paruo cōstant. A. Hac vna in re Iudæus sum: nam nihil æquè odi atq; carnes suillas. c. Nec iniuria,
e. iij.

quid enim insalubrius? ego in hoc non cum Gallis, sed cum Iudæis sentio. E. At ego ouillas pariter amo & suillas, sed diuersa ratione. Nam ouillis, quod amem, libēter vescor. Suillas præ amore non attingo, ne quid offendā. c. Bellus homo es Erasmi, ac festiuis. Equidem mirari mecum sæpe soleo, unde tanta in palatis humanis diuersitas. Nam vt Horatiano carmine vtar, Tres mihi cōuiuæ ppè dissētire vidēt, Poscētes vario multū diuersa palato. E. Quanquam, vt ait Comicus, quot homines tot sententiæ, & suus cuique mos: tamē nemo me adduxerit, vt credam plus ingenijs inesse varietatis q̄ palatis. Ita vix duos reperias, quos eadem iuuent. Permultos vidi, qui butyri ac casei ne olfactum quidem ferrēt. Sunt quibus carnes nausæ sint: alius elixis, alius assis abstinet. Multi aquā vino præferūt. Et quod incredibile est, vidi hominē, qui nec pane, nec vino vteretur. c. Et quib⁹ tandem miser ille victitabat? Quib⁹ vescebatur? E. Certe rorū nihil fastidiebat, nō carnes, nō pisces, nō olera, nō poma. c. Vis vt istud tibi credā? E. Si lubet. c. Credo, at ea lege, vt vicissim mihi mentiēti fidē sis habiturus. E. Age faciā, modo verecūde mētiaris. c. Quasi vero sit quicquā tuo cōmēto impudētī⁹. E. Quid dicet frons tua, si hominē tibi cōmōstrem? c. Macilentū quempiā ac monogrāmū esse oportet. E. Imò diceres athletā. c.

Polyphemū potius. E. Hoc tibi mirū videri demiror, quū multi sint, quibus pisces vento durati, sint panis loco: nō nullis hoc præstent herbarum radices, quod nobis panis. **c.** Credo, sed perge mentiri. **E.** Quendam in Italia, quum illic agerem, videre memini, qui nullo neq; cibo, neq; potu adiut^o, somno saginabatur. **c.** Vt nihil pudet. Nō possum illud Satyricum non dicere, Tunc immensa caui spirant mendacia folles.

Tu poetaris. Tu nūc poetā agis. Nam mētiris dicere, mihi religio est. **E.** Mētiar, si non Plinius author certissimus scripsit, vrsū quatuordecim dies solo somno mirū in modū saginari: quo tamen ita alte premitur, vt ne vulnerib^o quidē queat excitari. Imò quo magis mireris, addā quod Theophrast^o scribit, per id tempus vrsorū carnes coctas quoq; si asseruētur, reuiuiscere. **c.** Vereor ne Parmeno ille Terentianus ista non contineat, mihi facile fidem facis. Ministrarē tibi de ceruinis carnibus, si satis essem vrbānus. **E.** Vnde tibi nūc venatio? Vnde ferina? **c.** Midas homo hominū, qui viuūt, liberalissim^o nostrū q; amatissim^o, mihi misit dono: dono quidē, sed sic, vt ego minoris etiam sepe penumero. **E.** Qui sic? **c.** Quia famulis plus dandum, q̄ daretur in macello vēdenti. **E.** Quæ res cogit hoc facere? **c.** Tyrān^o omniū violētissim^o. **E.** Quis iste? **c.** Mos. **E.** Profecto tyrānus iste e.iiij.

frequēter iniquissimas leges obtrudit mortalibus. c. Idem suo more nudius tertius hūc ceruū venatus est. Quid tu, qui soleas isti studij esse amatissimus?

A. Equidem hoc studio planè relicto, iam præter literas nihil venor. c. At mihi videntur literæ quovis ceruo fugaciores. A. Duobus tamen potissimū canibus assequimur, admiratione scilicet, atq; improbitate laboris. Nā & admirari, plurimū discendi ardorē ministrat, & vt facūdiffimus poeta scripsit, Labor omnia vincit Improbus.

c. Amāter admones Augustine vt folles: propterea nō desistam, nō cōquiescam, nō defatigabor donec cōsequar.

A. Carnes ceruinæ sunt nūc amodum tempestiuæ. Meminit Plinius de hoc animante quiddā admirabile. c. Quid nam obsecro?

A. Quoties arrexere aures, accerrimi esse auditus: at cōtrā quū remisere, surdos. c. Istud ipsum mihi sæpenumero euenit. Nā si quando fiat sermo de recipiendis aureis, nihil tam auritum. Hic enim cum Pamphilo illo Terentiano aures arrigo: vbi de numerando verba fiunt, ilico remitto. A.

Laudo te, facis vt te decet. c H. Vis de his leporinis clunibus? A V G. Tibi sumito. c H. An de tergo mauis? A V.

Hoc animal præter ilia & clunes nihil habet appetendum. c H R. Vidisti ne vnquam leporem candidum? A V. Sæpenumero. Plinius, in Alpibus candidos reperiri scribit, quibus hybernis

mēſibus niuem pro cibatu eſſe ſit creditum. An verum ſit, Plinius ipſe vidit. Quòd ſi leporis cutem candidā reddit nix, ſtomachum habeat candidum neceſſe eſt. c. Mihi veriſimile nō ſit. A. Accipe magis admirandum, at fortatte tibi non inauditū. Idem vtrāque vim ſingulis ineſſe teſtatur maris & foemine, ac foemellas ſine mare eque gignere. Iſtud ipſum multi aſſeuerāt, præſertim venandi ſtudioſi. c. Eſt ita, vt dicis. Sed hoc cuniculos, ſi placet, tētemus, quia pinguiſculi ſunt ac tenelli. Miniſtrarem illi Nymphæ, ſi propius aſſiderem. Auguſtine iſtius tibi vicinæ curā age, ſi libet, calles enim quo geſtu ſit miniſtrandū iſtis Veneribus. A. Teneo quid dicas naſute. c. Quid te anſerinae carnes delectant? A. Me quidem non mediocriter iuuant, vt ſum minime ſaſtidioſus. At hic aſer, neſcio quo pacto, nihil me iuuat: nihil enim in vita vidi ſiccius, ſiccior eſt pumice, aut etiam nouerca Furij illius, in quē Catullus multum iocatur. Ligneus mihi videtur. Et me Hercule, quantum ſuſpisor, veteranus miles immodicis excubijs ſeſe mecerauit. Aiūt enim anſerem inter omnia animalia longe eſſe ſe vigilantiffimū. Et proſecto, niſi coniectura fallor, hic anſer ex eorū numero eſt, qui canibus vnā cum excubitoribus ſomno ſoſpitis, Romanum olim Capitolium defenderunt. c. Veriſimile (ita me Deus amet) dicis. nā ex eo ſe

culo relictū arbitror. A. Hęc quoq; gal
lina aut parcū saginatorē habuit : aut
amauit, aut certe zelotypa vixit : quo
quidē morbo hoc animātis genus ma
xime laborat. Hic capus longe melius
pinguit. Vide curæ quid faciant. Quòd
si ex Theodorico nostro Gallo facere
mus capū, multo citius pinguesceret.
T. Non sum gallus. A. Fateor, non es
Gallus Cybeles, neq; gallus gallinace
us, at forte gallus gallaceus. c. Quid
hoc verbi est? A. Hoc enigma tibi cōie
ctandū relinquo, ego Sphingē præsti
ti, tu Oedipus esto. c. Dic mihi bona si
de Augustine, nulla tibi cū Gallis vn
quam fuit necessitudo? Nihil'ne affini
tatis tibi cum Gallis cōtraxisti? Nullū
fuit commercium? A. Nihil, nihil sanè.
c. Tanto es nequior. A. Sed cum Gallis
bus non nihil. c. Libétne de iecore au
serino, quod apud veteres in delicijs
cū primis habebatur? A. Non sum reie
cturus, quod à tua manu venerit. c. Nō
est quod expectes Romanas delicias.
A. Quas? c. Carduos, cocleas, testudi
nes, colubros, fungos, boletos, tubera.
A. Istitis omnibus ego vel rapam præfe
rā. Liberalis es, benignus es Christia
ne. c. Has perdices nemo attingit, ne
colūbos quidē. Cras est dies ieiunij ab
ecclesia indicti, aduersus hanc esuriem
munite vos. Onerate saburra nauim ad
uersus imminentē tempestatē. Bellum
instat, instruite ventrē com meatu. A.
Vtinā isthuc verbi tacuisses, hilariores

furtrexiffemus à coena. Miseros nos red
 dis ante tempus. c. Quid ita? A. Quia
 minus anguem odi quàm pisces. c. At
 non tu solus. A. Quis hoc tædij nobis
 inuexit? c. Quis commonstrauit aloen,
 absynthium, & scammoniam dare in
 remedijs? A. Sed ista dantur ægrotis. c.
 Sic hæc dantur nimium recte valentis
 bus. Aliquãdo præstat ægrotare, quàm
 plus satis valere. A. At mihi videtur
 minus oneris olim impositum Iudæis.
 Equidẽ ab æguillis & porcis facile tẽ
 perarim, modo liceat capis & perdici
 bus expleri. c. In plerisq; non res, sed
 animus nos discernit à Iudæis. Illi ma
 num abstinebãt à certis cibis, velut ab
 immũdis, & animũ inquinaturis. Nos
 quum intelligamus omnia mũda esse
 mundis, tamen carni lasciuienti, velut
 equo ferociẽti pabulum subducimus,
 quo magis diẽto sit audiens spiritui.
 Nonnũquam immoderatum suauium
 rerum vsum, abstinentiæ molestia ca
 stigamus. A. Audio, sed eadem opera
 defendi posset circũcisio præputij. Mo
 deratur & illa coitus pruritus, & cru
 ciatum adfert. Si omnes itidem abhor
 rerent à piscibus atque ego, vix à par
 ricida tam atrox supplicium exigerẽ.
 c. H. Quorundam palato, gratior est
 piscium, quàm carniũ esus. A. Con
 gruunt igitur his, qui gulæ seruiunt,
 non valetudini. c. Equidẽ audiui quon
 dam apud Æsopos & Apicios præci
 pium luxum in piscibus fuisse. A. Qui
 e. vj.

conueniunt igitur deliciae cum supplicio? c. Non omnibus sunt murenæ, aut scari, aut acipenseris. A. Ergo tenues soli discruciantur, quibus satis male est, etiã quũ vesci licet carnibus. Fit enim non raro, vt quum licet vesci per ecclesiam, non liceat per crumenam. c. Durum me hercle interdictum. A. Quod si interdictus carniũ esus diuitibus vertitur in delicias, & si pauperibus sæpe non licet vesci carnibus, etiam quum licet, ac ne piscibus quidem, qui ferè carius emuntur, cui igitur bono erit interdictum? c. Omnibus. nam tenuibus, cochleis aut ranis licebit vesci, aut cepam, porrũmve arrodere. Mediocres detrahant nonnihil quotidianis obsonijs. Quod si quid diuites deliciabuntur hac occasione, suæ gulæ imputent, non incusent ecclesiæ constitutionem. A. Pulchre dixti. Sed interim à tenuibus, qui summis sudoribus alunt familiam, & procul absunt ab amnibus ac lacubus, exigere carniũ abstinentiã, est indicere famẽ, aut βολιμίαν magis. Atq; si quid Homero credimus, longe miserrimum mortis genus est, perire fame. c. Sic visum est Homero cæco, at apud Christianos miser non est, qui bene moritur. A. Esto sané. Sed tamen durum est à quoquam exigere, vt moriatur. c. Nec hoc animo pontifices interdunt esum carniũ, vt intereant homines, sed vt vel affligantur moderate, si deliquerunt: vel subducto lætiore pa-

bulo, corpora minus ferociāt aduersus
 spiritum. A. Istuc ipsum efficiet mode-
 ratus carniū esus. c. Sed in tanta cor-
 porū varietate certus carniū modus
 præscribi nō potest, cibi genus potest.
 A. Sūt & pisces, qui multum addāt ali-
 menti: sunt carnes, quæ minimū. c. Sed
 in genere plus alunt carnes. A. Age dic
 mihi, si quò tibi foret iter, vtrum mal-
 les equum alacriorem ac sublasciūm,
 an morbidum, qui subīde collabēs ses-
 forem deiciat in terram? c. Quorsum
 istud? A. Quia piscium esus corruptis
 humoribus, corpora nostra reddit ma-
 gnis morbis obnoxia, vt iā spiritui nō
 possint subseruire. c. Quibus morbis?
 A. Podagræ, febri, lepræ, morbo regio.
 c. Qui scis? A. Credo medicis, id malim
 quàm experiri. c. Id fortassis in paucis
 accidit. A. Equidem arbitror in pluri-
 bus. Porro quoniam animus agit per
 organa materialia corporis, quæ malis
 aut bonis humoribus afficiuntur, vitia
 tis instrumentis nō potest vt vult, ex-
 erere vim suā. c. Scio medicis magno
 pere damnatū esse pisciū esum, sed se-
 cus visum est maioribus nostris, qui-
 bus obtēperare religiosum est. A. Re-
 ligiosum erat & olim, non violare sab-
 batum, sed prius erat, seruare hominē
 sabbato. c. Suæ quisq; saluti cōsulat. A.
 Imò, si Paulo volumus auscultare, ne-
 mo quæ sua sūt quærat, sed quisq; quæ
 alterius. c. Sed vnde nobis hic nouus
 Theologus in conuiuio? Vnde nouus

CONVIVIUM

hic ac subitus Magister noster? A. Quia mihi male conuenit cum piscibus . c. Quid igitur? An non abstines à carnibus? A. Abstineo, sed obmurmurās, nec sine meo magno malo. c. Charitas omnia suffert. A. Verum, sed eadem quàm minimū existit. Si suffert omnia, quur non ferunt nos his vesci cibis quos indulgit libertas Euangelica? Quur hi, à quibus CHRISTVS toties amorem suū stipulatus est, patiuntur tot hominum & corpora periclitari morbis capitalibus, & animas æternæ damnationis periculo, ob rem nec interdictam à CHRISTO, nec p se necessariā? c. Vbi aliud suadet necessitas, cessat humanæ cōstitutionis vigor, cessat & voluntas nomothetæ. A. At non cessat offendiculus infirmorū. Nō cessat scrupulus meticulosæ consciētiz. Postremo, nō satis cōstat, quib⁹ limitibus finiatu ista necessitas. An quū cœperit ichthyophagus agere animā? Sero moriēti porriguntur carnes. An quū totū corpus habet epialus? Non tanti erat ciborū delectus. c. Quid igitur tu velles præscribi? A. Scio, si quis mihi credat ecclesiasticę rei dictaturā. c. Quid isthuc verbi est? A. Si summus essem pontifex, hortarer omnes ad ppetuā vitæ sobrietatē, sed præcipue sub diē festū. Cæterū ius facerē cuiq; vescendi quibus vellet pro corporis salubritate, dū moderate & cū gratiarū actione. darémq; operā, vti hoc quod detraheretur obseruatio

nibus huiusmodi carnalibus, accresceret ad studiū veræ pietatis. c. Nimirū istud mea quidē sentētia tāti est, vt te faciamus pōtificē. A. Rides, sed tamen ceruix hæc sufficeret vel triplici coronæ sustinēde. c. At interim vide, ne ista scribātur inter articulos Parisiēsiū. A. Imò quicquid dictū est, scribeſ in vino, sicuti par est dicta inter pocula. Sed satis iā Theologię in cōuiuio. In cœna sumus, nō in Sorbona. c. Quid vetat dici Sorbonā, vbi bene sorbetur? A. Sorbeamus igitur, nō disputemus: ne nobis à sorbis dicaſ sorbona, nō à forbendo. c. Agite hospites humanissimi, quęso vt cœnulā nostrā, licet tenuē, æquiboniq; cōsulatis. Præbete vos hilares ac lubētes: quanuis cōuiuīū tenue sit & frugale, ego vestra facilitate fretus, familiariter vos vocare sum ausus. Et est fanè vester mihi aduentus conspectusq; nō modo gratissimus, verū etiā iucūdiſsim⁹. c. O N V I V A B. Cœna tua, Christiane optime, multis modis elegans lautāq; nobis videtur. Quod excusas, id vnū habet accusandū. Nā magnificentior fuit q̄ sat est. Siquidē hoc cōuiuīū opiparū i primis, ac lautū iudicari, quòd primū simplicib⁹ epulis, deinde hilaritate, risu, iocis, salibus sit cōditū, quę ōnia nostro cōuiuio nō defuerūt. Verū de cōuiuarū numero hic mihi quddā in mētē venit: quos neq; pauciores trib⁹, neq; plures nouē esse oportere scripsit Varro. Tres enī sūt Charis

tes, id est, gratiæ humanitatis ac bene-
 nolentiæ præsidēs, & novæ sunt Musæ,
 honestiorū studiorū duces. At hic de-
 cem cōuiuas esse video, virginibus ex-
 ceptis. A. Nihil conuenientius accidere
 potuit. Nos sumus Varrone ipso pau-
 lo sapiētiores. Nā tres puellas lepidissi-
 mas, tāquā tres Charites adhibuimus.
 Deinde quia à nouem Musarum cho-
 ro Apollo abesse nunquam credendus
 est, iure decimum adiecimus conuiuā.
 c. Poetice dixisti. Si mihi laurus adese-
 set, laurea corona caput tuum cingerē,
 fierēsque poeta laureatus. A. Si malua co-
 ronatus essem, maluatus. Tantum ho-
 noris mihi nō arrogo. Honor hic ma-
 ior est, q̄ vt mihi cōueniat. Haud equi-
 dē tali me dignor honore. c. Vultisne
 singuli tantundem mea causa facere,
 quantū vestra sum facturus? c. O N V I
 V A B. Volumus, ac libentes quidem. c.
 Ebibetis igitur ordine suū quisque ca-
 licem. à me, exemplum capietis. Tibi
 hoc primum propino Mida. M. Acci-
 pio abs te libenter. ¶ Pro quo vulgus,
 præstolor dicit. Equidem non recusō.
 Nihil tua causa recusabo. c. Tu dein-
 de cæteris propina. M. Erasmi, præbi-
 bo tibi dimidatam pateram. E R A S.
 Precor vt sit tibi bono. Sit tibi bonam
 atque commodum. Prosit tibi. ¶ Pro-
 ficiat. durius dicitur. C H R I S. Sed, cur
 cessat patera? Cur non obambulat? De-
 fecit nos vinū. Vbi sunt oculi tui fur-
 cifer? Vola, adfer eiusedē generis sexta

rios duos. P. Erasmi salve, quidā pro foribus te conuentū expetit. E. Quis nam est? P. Mori famulum se dicit, herum eius ex Britannia aduenisse, cupere vt se visas, quandoquidem prima luce iter parat in Germaniam. E. Christiane, subducatur ratio, nā mihi quidem abeundum. C. Rationem Erasmi doctissime huius coenae ego confecero. Non est quod calculū frustra teras. gratiā habeo, qui dignatus sis nostro adesse conuiuio. Sed auocari te molestum est, nondum peracta fabula. E. Quid superest, nisi vt dicam, valete & plaudite? C. Age, boni cōsulem⁹, quādō tu nō ab equo ad asinos, sed ab amicis ad amicissimos properas. E. Ego pariter tibi gratias ago, quod pro tua humanitate ad hoc conuiuium longe suauissimum me vocaris. Valete sodales optimi. Bibite non segniter, & viuite suauiter. C. Heus Dromo. Sedetis iam dudū otiosi omnes. Libetne cuiquam quicquam amplius? C O N V I V A E. Nihil omnino. Strenue munus nostrum administramus. C. Tolle igitur hęc, ac belularia appone. Muta quadrulas atq; orbis. Tolle cultrum meū, qui humi decidit. Pira vino perfunde. Ad sunt mora præcoqua, etiam domi nostræ nata. C O N V I V A E. Tanto erunt suauiora, quod vernacula. C. En pruna cerea, en Damascena, rarum apud nos spectaculum. En mitia mala. En mali nouū genus, cuius matrem ego hisce manibus

confeui. Noces, castaneæ, omne delicia-
rum, quas horti nostri benigne effun-
dunt, genus. A. Sed flosculi defunt. c.
Isti Gallici sunt apparatus, qui magni-
ficentiam eam potissimum amant, quæ
minimo constat. Nobis nō est ea mēs,
aut ingenium. Sed heus tu Augusti-
ne, num tu credis te hic immunem bi-
bisse? Egōne te meis immunem tin-
gam poculis? At interim propinatori
tuo dimidium scyphi debes. A. Is iam
dudum me missum facit. Is mihi hu-
ius debiti gratiam fecit. c H. Vnde il-
le sibi vindicat tantū authoritatis? Vix
Romanus pōtifex hoc vinculi relaxet.
Nosti priscam conuiuiorum legem,
I 210, I 210, A. Remittendi iuris
randi ius habet, cui factum est, & cuius
intererat seruari. c H. Sed omnium cō-
uiuiarum interest, seruari leges inuiola-
biles. A V G. Age, quando hęc est Ger-
manorum religio, exorbebo quod reli-
quum est. Sed quid tibi rei mecum est?
c H R. Impendiū reddas oportet vnus
nomine omniū. Quid expalluisti? Ne
verere, perfacile poteris. Fac quod sæpe
fecisti, vt aliqua elegantia doctiores a
coena surgam⁹. Neq; enī clam te est, ve-
teres illos in secundis mensis hilariora
quædam disputare solitos. Age igitur,
quibus & quot modis hęc oratio pos-
test enuntiari, Indignum auditus

INDIGNVM AVDITV. FOR.
AV. Dixti pulchre per posterius supi-
num. Auditu minime est dignum. In

dignum est audiri. Haud dignum est,
 ꝑ audiatur. Est vt audiatur indignum.
 Lenius est quàm quod audiri debeat.
 Vix operæpretium est referre. Nō tan-
 ti est, vt audiatur. Ineptius est, quàm
 quod audiatur. Non est operæpretium
 narrare. c. Quot modis hæc sententia
 verti potest, Magno mihi constat

VARIANDI RATIO HANC
 orationē, Magno mihi cōstat.

A V. His verbis, impendo, infumo, imp-
 pertio, constat. Vt, Multum in te docē-
 do infumpsi laboris. Plurimum ea in
 re operæ infumpsi. Non minus pecu-
 niæ quàm curæ in eam rem impens-
 di. Non parum infumpsi pecuniæ, tem-
 poris permultum, laboris plurimum,
 ingenij nonnihil. Multum lucubrati-
 nis impendi. Multis vigilijs hæc res
 mihi constat, multo sudore, multa ope-
 ra, plurimo labore, sumptu ingenti, pe-
 cunia magna. Pluris mihi cōstat, quàm
 credas. Minoris mihi constat vxor q̄
 equus meus. c H R. At quid sibi vult
 Augustine, quod verbo isti, constat,
 modo ablatium, modo genitiuum ca-
 sum apponis? A V. Quæstionem per-
 utilem ac late patentem mouisti. Ve-
 rum, ne conuiuas loquacitate mea pres-
 mam, paucissimis absoluam. Sed cus-
 pio singulorum hac de re audire sentē-
 tiam, ne cuiquā vt dixi, sim molestus.
 c H. Quid ni cupiant idem vel puel-
 læ? A V. Illæ fanē nihil aliud quàm au-
 dient. Accingar igitur, grammatica be-

VARIANDI

ne fortunante. Scis verba emendi ac vendendi, aliáq; esse consimili significato, quibus apponantur hi genitivi soli, tāti, quanti, pluris, minoris, tantidē, quantuis, quanticunq;: at ita si substantiua non apponantur: quæ si accedant, vtræque in ablatiuū casum vertūtur. Quòd si pretium certum apponatur, pones in ablatiuo. Si per adiectiuum substantiue positum, in ablatiuo pones, nisi per aduerbia loqui malis. c. Quænam verba sunt, de quibus præcipis? a. Hæc ferè sunt, emo, mercor: redimo, id est, aut captum, aut perditum: vendo, venundo: reuendo, id est, rursus vendo, quod mihi veditum erat. Veneo, id est vendor, cuius præteritum veniui vel venij, supinum, venum: hinc venalis. Ab illo, id est vendo, vèdibilis manat. Mereo, pro inferuio & stipendium facio. Cõparo, id est, emo vel committo. Commuto, muto, permuto. Cambire penitus barbarum in hoc sensu. Æstimo, taxo, indico pro æstimo, censéo. Liceor liceris, licitor licitaris, addico. Distrahor, id est, circumferor vt veneã. Metior pro æstimo, aut taxo. Constat, pro emitur. Cõducere, locare. Foenero, ad foenus do. Foeneror ad foenus accipio. Paciscor, pactus sum. Pango, pepigi, id est, pactum facio. c. Da exemplum.

V E N D E N D I E T E M E N D I
F O R M V L A E.

A V. Quanti istum agrum in singulos annos locas? Respondebimus: Vigenis

Francis: Hui nimio locas . Imò locati olim multo pluris . At ego tanti non conducā . Si conduxeris minoris, pereā . Imò iam vicinus tuus Chremes agrū obtulit, ac rogat . Quanti ? Tantidem quantum tu petis . At multo meliorē . Mentiris . Facio, vt solent, qui licentur . Tu ipse tanti posside . Quanti liceris, vel licitaris, quum nihil sis empturus ? Quanticunque addixeris, solnam optima fide .

ALTERVM EXEMPLVM .

Congrum istum Syra quanti vendis ? Decem obolis . Nimio turpissima . Imò minimo, nulla tibi vendet minoris . E moriar, si non tanti mihi constat, aut certe non multo minoris . Mentiris venefica, quoniam duplo vis vendere, aut triplo . Et centuplo, si queam, sed fatuos non intenio . Quid si liciter teipsam ? Quanti aestimas te ? Vt lubet . Quanti me liceris ? Quanti indicas te ? Dic, quanti te taxas ? Quanti teipsam inscribis ? Decem scutabis . Hui, tanti ? Eho, an tu minoris me aestimas ? Ego olim non semel pluris in vnam noctem sum cōducta . Credo, at nunc non paulo minoris aestimo quàm piscem . Abi in malam rem ganeo, tantidem te aestimo, quāti tu me . Qui te teruncio emerit, nimio emerit . Aut pluris emar, aut non vendar . Si magno venire cupis, larua tibi opus est . nam rugæ istæ non sinunt, vt carius vendaris . Ei qui tanti me nolit, non sum venalis . Ego ne culmo quidē

VARIANDI

te emero. Constiti pluris.

TERTIVM EXEMPLVM.

Auctioni hodiernæ interfui. Ain, tu? Licitatus sum vectigalia. Quanti tandē? Decem millib⁹. Hui, tātī? Ne mireris, erant qui multo pluris licitarētur, pauci qui minoris. Cui tandē addicta sunt vectigalia? Chremeti, vxoris tuæ summo & maximo amico. Sed diuina, quāti sunt addicta. Decē. Imō quindecim. Deus bone. Ego mihi hominem ipsum cum tota familia dimidio addictū noslim. At ille vxorē tuam duplo emptā cupit. Animaduertistine in his orationibus, vbicunq; adsit substantiuū pretij, id in ablatiuo poni, ceteris aut in genitiuo positis, aut in aduerbium mutatis? Comparatiuum nunquam audisti sine substantiuis, exceptis illis duobus, pluris & minoris. Sunt & alia verba, de quibus sumus loquuti, nō admodum dissimilia, sum, facio, habeo, duco, æstimo. pendo, quæ idem ferè significant: fio itidem. Iunguntur autem his ferè genitiuis: multi, parui, magni, pluris, plurimi, minoris, minimi, maximi, tanti, quāti, flocci, pili, nihili, nauci, huius, & si qua sunt his similia. c h. Da exempla.

ÆSTIMANDI FORMVLÆ.

A V G. Scis quanti te semper fecerim? Tanti fies apud homines, quanti virtutem facies. Præceptores meos semper feci plurimi. Aurū hac tempestate magni penditur, literæ nihili, siue pro ni

hilo ducuntur. Aurum minoris habeo, quam credas. Tuas minas floccifacio. Promissa tua duco minimi. Nō pili te facio. Si tāti sapiētia penderetur quanti pecunia, nemo auro egeret. Pluris apud nos fit aurū sine sapientia, quam sapientia sine auro. Hoc pluris te habeo, quōd doctus sis. Minoris hic fies, quōd mētiri minime calleas. Hic multi fiunt, qui nigrum in candida vertūt. Hoc mihi pluris es, quōd literas amas. Tanti apud omnes eris, quantum possi debis. Tanti vbique habebis, quantum habebis. Nō quanti habearis, sed quanti sis, interest. Tanti Christianum meum facio, quanti alium neminem. Inveniūtur & alia verba cum his genitiuis & ablatiuis, quæ natura sua non significant emptionem, aut aliquid simile. Petrus osculum puellæ scutato emit. Sit illi faustū, nolim ego basiare tanti. Quāti luditis? Quāti coenastis? Quosdam sexcētis sestertijs coenasse legim⁹, at Galli sæpenumero liardo coenitant. Faustus quanti docet? paruo. At pluris quam Delius. Quanti igitur? Vnde viginti aureis. Non discam mentiri tanti. Phædria apud Terentium & rem & seipsum perdidit. At nolim ego amare tanti. Quidam magno dormiunt. Demosthenes pluris siluit, quam alij loquebantur. Equi boniq; consulas oro. Est & aliud verborum genus, quæ accusatiuum vnā cum genitiuo aut ablatiivo casum exigunt: quæ sunt, accuso,

VARIANDI

id est, obijcio crimen, aut culpo etiam
absentem. Inculso, inculpo extra iudicium.
Arguo, reprehēdo, insimulo, impingo
suspicionē culpæ. Postulo, in ius
voco. Accerso, defero. Damno, cōdemno,
pronūtio illū esse in culpa. admonēo,
commonefacio. c. Exempli causa.

ACCUSANDI FORMULAE.

A V. Scipio accusatus est ambitus, aut
de ambitu. Arguis me impudētiae, ipse
impudentissimus. Lepidus postulatus
est repetundarum. Accersitus est capiti-
tis. Si hominem insimulabis avaritiae,
male audies. Admoneto eum pristinae
fortunae. Mortales ipso vocabulo suae
conditionis admonentur. Commonefaci-
to Lepidum promissi. Sunt pleraque
quae accusatiuum geminū admittant.
Doceo te literas. Exorat te veniā. De-
docebo te istos mores. Poposcit me mu-
tuum. Hic eius rei mihi admonendus
es, quod in his secundum accusatiuum
etiam passiva obtinent, in alijs geniti-
uus manet. A me doct⁹ es literas. Postu-
lant me furti. Postulor furti. Accusas
me sacrilegij. Accusor sacrilegij. Scio
te nondū expletū. Scio animo tuo non-
dū esse satiffactū. Quando enim tantus
elegantiarū helluo satietur? Sed conui-
uis parcendū est, quos haec non omnes
perinde delectant. A cœna inter deam-
bulandum, id quod rationi deerit, per-
soluemus, nisi quid aliud censes. c. Fi-
at ex tua sentētia. Agamus gratias be-
nignitati diuinæ, deinde paulisper de-

ambulatori. M I. Pulchre dicis. Nihil enim hoc vespertino celo amœni⁹, nihil salubrius. c. Petre adedum. Tolle suo quęq; ordine, ac vinũ cyathis infũ de. P. Iubẽsne agi gratias? c. Age, P. Gręce mauis, an Latine? c. Vtroq; modo. P. Gratias agimus tibi pater celestis, qui tua ineffabili potentia condidisti omnia, tua inscrutabili sapientia gubernas vniuersa, tua inexhausta bonitate cuncta pascis ac vegetas: largire filijs tuis, vt aliquando tecum bibant in regno tuo nectar illud immortalitatis, quod promissisti ac preparasti vere diligentibus te, per I E S V M C H R I S T V M. Amen. c. Dic eadem Gręce, ne ceteri, quid dicas, intelligant.

Ρ Ε. Εὐχαριστῶμέν σοι πάτερ οὐρανίε, ὁ τῆ ἀρχῆ τῶ σε δυνάμει κτίσας τὰ πάντα, ὁ τῆ ἀνεξερευνητῶ σε σοφίᾳ κυβερνῶν ἀπαξάπαντα, ὁ τῆ ἀνεξάντλητῶ σε χρηστότητι ἕκαστα τρεφόμενος τε ἐν ἀυξάνωμ, χαρίζε τοῖς υἱοῖς σε, τὸ μετὰ σε ποτε πῆρ τὸ τῆ ἀθανασίας νέκταρ, ὁ ὑπέσχε κῆ ἡρίμασας τῖς ἀληθῶς ἀγαπῶσί σε, δὲ Ιησοῦ χριστῆ τῆ ἡσ σου, τῆ κυρίῃ ἡμῶν τῆ μῆδε σου ζῶντος, καὶ βασιλεύοντος ἐν ἐνότητι τοῦ πνεύματος ἀγίου, εἰς τὴς αἰῶνας, Αμήν. c. Habeo vobis hoc
f. j.

spites cādidissimi gratiam, qui ad hoc conuiuolum venire dignati sitis: oro, æqui boniq; consulatis : c. o. n. Nos vicissim gratias referre volumus, non antū habere. Proinde, ne multis agantur gratiæ. Quin potius surgamus & expatiemur. A. Ducamus nobiscum virgines, nam eo minus molesta erit deambulatio. c. Recte sentis. Ne desint nobis flosculi, si forte locus flores non habebit. Vtrum mauis nostris in hortis more poetico reptare, an foris ad amnem expatiari? A. Habent quidē horti tui amoenitatis permultū, verū eam voluptatem matutinis deambulationib⁹ serua. At sole inclinato, amniū aspectus oculos mirū in modū iuuat. c. Antecede igitur Augustine, vt poeta dignum est, latus tuū claudam. A. Bone deus, quantū comitum, quātam pompam nobiscum ducimus. Dici nō potest Christiane, quantum mihi placeam. Satrapes mihi videor. c. H. Age nunc promissum præsta. Solue quod recepisti. A. Quid me potissimum vis dicere? c. Ego quondam in Pollionis oratione cum multa, tum illud in primis solebam admirari, quòd tam facile, tam crebro, tam venuste orationem verteret: quæ res non modo singularis ingenij, verum etiam multi vsus mihi videtur. A. Haud iniuria istud in Pollione admiratus es Christiane. Ille enim tum hac in re diuinam quandam vim obtinet: quam quidem illi cum ingenij

dexteritate quadam, tum plurimo & dicendi & legendi & scribendi vſu cōtigiffe opinor, potius quā ratione aliqua, aut præceptione. c. At ego rationem aliquam iſtius rei, ſi fieri poſteſt, expeſto. A. Ita, vt dixi, res habet. Verum, quia te tantopere video velle, quod potero, morem geram: eāſq; ratiunculas, quaſ in Pollionis orationibus mihi viſus ſum animaduertere, vt potero, reddam. c. Age, percupio.

BREVIS DE COPIA

PRAECEPTIO.

A. Accingor. Principio res ipſa puris, electis ac latinis verbis efferenda eſt: quod ipſum poſſe, non mediocris artificis eſt. Sūt enim permulti, qui neſcio quo modo copiam & varietatem orationis affectant, cū ne ſemel quidē rem poſſint apte explicare. Iſti tāquam ſemel balbutiſſe ſit parū, balbutiem ſuā alijs atq; alijs modis reddunt balbiorum: tanquam ipſi ſecum certamen ſuſceperint, vt q̄ barbariſſime dici poſſit, dicant. Itaq; inepti ſynonyma quædam congerūt, adeo interdum inter ſe diſſidentia, vt ipſa mirētur, quo pacto cōuenerint. Quid enim abſurdius, quā hominem pannofum, cui ne vna quidem, quam ſine pudore poſſit induere, ſit veſtis, eū tamen ſubinde ſuos pannos mutare, ac mendicitatē ſuam propibus oſtētare? At nihilo minus ridiculi vidētur iſti varietatis affectatores: qui quum barbare ſemel dixerint, reſ. f. ij.

petunt idem multo barbarius, demum iterum atq; iterum indoctius. Hoc est non oratione, sed solocifinis abundare. In primis igitur, vt dixi, res ipsa aptis atq; electis verbis est explicanda. Deinde mutatorijs verbis vtendum, si qua, quæ idem efficiant, reperiantur, reperiuntur enim permulta. Demum vbi propria deficient, translaticijs erit vtendum, si modo verecunda sit translatio. Ea quoque vbi deerunt, si per actiua dixisti, ad passiuia reuertendum erit, quæ nobis totidem orationes reddunt, quot ex actiuis constabant. Postea verba, si licebit, aut in nomina verbalia, aut in participia commutabimus. Postremo, vbi modo aduerbia in nomina, modo nomina in alias atq; alias partis commutauerimus, per contrarium dicemus; aut affirmatiuam orationem in negatiuam commutabim⁹, aut retrorsum aut certe, quod pronuntiatiuè dictum, per interrogationem efferemus. Nunc exēpli causa, hanc sententiā sumamus.

L I T E R A E T V A E M A G N O
P E R E M E D E L E C T A

R V N T.

L I T E R A E.

Epistola, epistolium, scripta, schedæ,
literæ.

M A G N O P E R E.

Mirum in modum, miris modis, maiorem in modum, mirandum in modum, supra modum, plurimum, non mediocriter, summopere, maximopere.

M E.

Animū meū, pectus meum, oculos meos, cor meum, Christianum.

D E L E C T A R V N T.

Voluptate affecerunt, recreauerunt, exhilararunt, voluptati fuerunt, oblectarunt, voluptate perfuderunt, mellissimæ fuerunt, iucundissimæ, &c. Habes materiam, tuam erit componere. Experiamur igitur, Faciamus periculum. c. Tuæ literæ magnopere me delectarūt. Tua epistola mirifice nos exhilarauit. A V. Verte actium in passum, alia erit facies. Vt, Dicitur non possit, quā tuis sim scriptis exhilaratus.

I T E M P E R A L I A V E R B A
I D E M E F F I C I E N T I A.

Tuis ex literis incredibilem cepi voluptatem. Ex epistola celsitudinis tuæ plurimū voluptatis accepi. Nō modicam letitiā tua mihi scripta attulerūt. Gaudio tua me scripta, quāntus erā perfuderunt. Hic nō ita liceret mutare in passua, nisi in illo postremo, perfusus gaudio, quod vsitate dicitur. Capiebatur à me voluptas, allatū est gaudium, non perinde vsitate dixeris.

P E R A F F I C I O.

Singulari voluptate literę tuę me affecerunt.

M V T A I N P A S
S I V V M.

Tuis scriptis incredibili sum affectus voluptate. Nō parum gaudiorum tuū nobis epistolium peperit.

E. iij.

PER SVM. ET NOMINA
ADIECTIVA.

Tuæ mihi literæ multis modis iucundissimæ fuerunt. Fuit tua illa epistola sanè quam gratissima.

PER NOMINA SVB-
STANTIVA.

Ineffabili voluptati tua nobis epistola fuit. Incredibili iucunditati fuerunt tuæ literæ.

COMMUTA IN NEGA-
TIONEM.

Tua scripta nō mediocri lætitiæ fuisse. Nihil in vita tuis literis accidit iucundius. Quamquam hac ratione alioquoties iam vsū sumus, quæ nō est negligenter prætereunda. Nam quoties multum, plurimum, singulariter significare volumus, per contrarium verbū idem efficiemus. Vt, Vehementer te amat Henricus. Haud vulgariter te amat. Multum me iuvat vinum: haud parū iuvat. Est vir singulari ingenio. Est vir ingenio non vulgari. Est homo doctrina admirāda. Est homo non cōtemnenda doctrina. Thomas est summo apud suos loco natus. Non infimo loco natus. Augustinus eloquentissim⁹ fuit. Non ineloquens fuit. Carneades orator fuit nobilis, non ignobilis, non obscurus. Et id genus similia, quæ nūquam non vsū veniunt. Sed admonuissè rem clarissimam satis est. Neque te lateat, bifariam nos huiusmodi orationū genere uti, modestiæ causa, præsertim

si de nobis ipsis loquamur. Tum etiam amplificandi gratia. Nam nō ingratū, pro valde grato: nō vulgariter, pro singulariter, recte & venuste dicimus.

MODESTIÆ CAUSA.

Ego literis meis nonnullam doctrinæ sum opinionē consecutus. Semper curavi, vt in literaria gloria nō postremas partes tenerem. De amplificatione, superiora sunt exempla: nunc ad nostra reuertamur. Nihil tua epistola vnquam euenit gratius. Nulla res maiora vnquam voluptati fuit, quàm tua scripta. Nulla vnquam ex re tantūdem cepi voluptatis, quantū ex tuis literis amantissimis. Hoc modo singulæ orationes superiores poterunt variari per interrogationem. Quid tuis literis in vita iucundius esse potuit? Quid epistola illa tua nobis euenit dulcius? Quid ita oblectauit vnquam, vt proximæ tuæ literæ? Hoc modo rursus singulas ferè orationes variare licebit.

c. Quid deinde fiet? A. Iam paulo liberius totam orationem vertemus, vt vnam dictionē pluribus verbis circū loquamur. c. H. Dic exempli causa. A. Quod modo per nomen incredibile, modo per aduerbiū incredibiliter dictum erat, vnā dictionē aliquot verbis cōmutabim⁹. Literis cōsequi nequeā, quantū tuis literis sum delectatus. Et mihi scriptu, & tibi creditu perdifficile fuerit, quantæ iucunditati tua mihi scripta fuerāt. Explicare prorsum ne

f.iiiij.

queo, quàm sim tuis literis gauisus. Et item in infinitum. Rursum alio pacto. Nam hætenus & per negationem, & per interrogationē, postremo per infinitas orationes variauius. Nunc per subiunctiuas siue conditionales variabimus, hoc modo: Moriâr, si vnquam quicquam fuit tuis literis, aut optati⁹, aut dulcius. Peream si vlla res maiori voluptati fuit, q̄ tuę literæ. Ita me de⁹ amet, vt nihil in vita tuis literis accidit iucundius. Et itē alia multa in hūc modū excogitare licebit. c. Quid deinde? A. Nunc ad translationes, similitudines, & exempla fugiendum est.

T R A N S L A T I O E S T

I N H I S.

Accepi literas tuas, quæ mellitę fuerunt. Nihil nisi meræ delitię tua mihi scripta vidētur. Mera voluptas sūt tuę literæ. Et huiusmodi plurima. Sed cauendū, ne obsoletis, aut duriorib⁹ translationibus vtamur, quale est illud, Iuppiter hybernas cana niuē conspuit Alpes. Et quale est illud, Coena tuorū scriptorū me suauissimis epulis refecit.

C O M P A R A T I O A S I M I L I.

Tua scripta omni vel ambrosia vel nectare suauiora fuere. Literæ tuę quouis melle mihi fuere dulciores. Epistola humanitatis tuę, & siliquā omnē, & mel Atticum, & saccharum omne, nectar, ambrosiamq; deorum longe superauit. Hic quicquid dulcedine nobilitatū est, in medium adduci potest.

A. B. E. X. E. M. P. L. O.

Nunquam adducar, ut credam Hero Leādrī sui literas aut maiore voluptate, aut pluribus osculis accepisse, quam tuas accepi. Vix crediderim, aut Scipionem euerſa Carthagine, aut Paulum Æmilium capto Perſeo, magnificētiorē egisse triumphum, quam ego, si mulac suauissima tua scripta tuus mihi tabellarius reddidit. Huiusmodi tū ex fabulis, tū ex historijs infinita possunt inueniri. E Phisica vero sumuntur rerum similitudines, quarū quā plurimarum naturas memoriter tenere necesse est. Nunc si libet, in alia sententia tentemus.

NUNQUAM DVM VIVAM,
tui ero immemor.

Semper dum viuam, tui meminero.
Quoad viuam, nunquam me tui capiet obliuio. Prius viuere desinam, quam tui meminisse.

PER COMPARATIONES.

Si umbram corpus poterit effugere, & hic animus tui quibit obliuisci. Tui memoriam ne Lethæus quidem amnis poterit abolere.

PRÆTEREA PER *ἀδύνατον*,
aut more poetico per contraria.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

Ante leues ergo &c.

quæ non est multi negotij excogitare. Verum, ne immodici videamur, his in præsentia contenti firmus. Aliàs, si vos

les, copiosius hac de re colloquemur.
 c. Ego te Augustine iam planè exhaustū putabā. Sed tu præter expectationem nouū thesaurū indicasti: quem si pergas explicare, nox ante occupauerit, q̄ tibi eadem de re desint verba. A. Si ego hoc mediocri & doctrina & ingenio præsto, quantū Ciceronē ipsum valuissè credis, qui cū Roscio histrione certasse legitur? Sed sol nos relinquit. Humescit cælū. præstat imitari auiculas, tectōq; ac lecto nos cōdere. Proinde vale mi Christiane suauissime in crastinum. c. Tu itidem bene valeas Augustine omnium doctissime.

CONVIVIUM RELIGIOSVM.

Eusebius, Timotheus, Theophilus,
 Chryzoglottus, Vranus.

Cum omnia nūc vernēt & rideāt in agris, demiror esse, qui fumosis vrbibus delectentur. T. Nō omnes capiuntur aspectu florum, aut pratorum vernantium, aut fontium amniūmve: aut si capiuntur, est aliud, quod magis iuuat. Ita voluptas voluptate, veluti clauus clauo pellitur. E. Tu mihi fortasse foeneratores narras, aut his simillimos negotiatores avaros. T. Istos quidem, sed non solos, ô bone, imò cum his innumeros alios, vsq; ad ipsos sacerdotes ac monachos: qui ferè quæstus gratia malūt in vrbibus, ijs'q; frequētis. versari, dogma sequuti, non Pythagoricū, aut Platoniciū, sed cæci cuiusdam mēdici, cui dulce erat premi turbis ho-

minū, quòd diceret illic esse quæstum,
 vbi esset populus. E. Valeāt cæci cū suo
 quæstu. Nos philosophi sumus. T. Et
 Socrates philosoph⁹ vrbes præfererat
 agris, quòd esset discēdi cupidus, & vr
 bes haberēt vnde disceret: in agris esse
 quidē arbores & hortos, fontes & am
 nes, qui pascerent oculos, cæterū nihil
 loquerētur, ac proinde nihil doperent.
 E. Est nō nihil quod dixit Socrates, si so
 lus obābules in agris. Quanq̄, mea sen
 tētia, nō est muta rerū natura, sed vn⁹
 diquaq; loquax est, multaq; docet cō
 templātē, si nacta fuerit hominē atten
 tū ac docilē. Quid aliud clamitat illa
 tam amœna naturę vernantis facies, q̄
 opificis dei sapientiam bonitati parēt.
 Sed Socrates in eo secessu q̄ multa do
 cet Phædrum suum, ac vicissim ab eo
 discit. T. Si tales adessent aliquot, nihil
 esse possit amœnius rusticatione. E. Li
 bet igitur huius rei periculum facere.
 Est mihi prædiolum suburbanum, nō
 amplum, sed nitide cultum, eò vos in
 crastinum diem ad prandium voco. T.
 Plures sumus. Exederemus totum præ
 dium tuum. E. Imò totū conuiuīū ap
 ponetur herbaceū, ex dapib⁹, vt inquit
 Flaccus, inemptis apparatus. Vinū ipse
 locus suppeditat: pepones, melones, fi
 cos, pira, mala, nuces, ipsę penē arbores
 porrigunt, quēadmodum sit in insulis
 Fortunatis, si Luciano credimus. Acces
 det fortassis è corte gallina. T. Age, nō
 recusamus. E. At suā quisq; vmbra se
 f. vj.

cum adducat, quam volet. Ita cum sitis
 quattuor, æquabimus numerum Misera-
 rum. T. Fiet. E. Vllum illud vos præmo-
 nitos volo, sibi quisque condimentum
 suum adferet. Ego cibos dūtaxat appo-
 nam. T. Quod condimētum narras, pi-
 per an faccarū? E. Imò aliud vilius, sed
 suauius. T. Quodnam? E. Famem. Eam
 dabit hodie coena tenuis, cras acuet sto-
 machū ambulatfuncula. Et hoc quoq;
 commodi ruscule meo debebitur. Ve-
 rum, ad quam horā libet pranderet T.
 Ad decimam, prius quàm intualescat
 æstus solis. E. Curabitur. P V E R. Here,
 adsunt conuiuæ pro foribus. E. Bonæ
 fidei est quòd venistis, sed bis gratum
 est, quòd venistis mature, vnà cum um-
 bris vestris lōge gratissimis. Sūt enim
 quidam inciuiliter ciuiles, qui conuiua-
 torem mora sua torquent. T. Eò matu-
 rius venimus, vt esset otium Iustrandi,
 visendique regiam istam tuam, quam
 audimus vndiq; miris delicijs variam,
 nusquam non testari domini sui inge-
 nium. E. Regiam spectabitis tali dignā
 rege. Mihi certè nidulus est, quauis re-
 gia gratior. Et si regnat, qui libere vi-
 uit ex animi sui sententia, hic plane re-
 gno. Sed præstat, opinor, interim dum
 culinæ præfecta parat holusculum, &
 adhuc moderatus est solis calor, visere
 hortos nostros. T. Est alius præter hūc?
 Nam hic sanè mire cultus blandissimo
 aspectu statim ingredienti salutat, &
 comiter excipit. E. Hinc igitur decer-

pat sibi quisq; flosculos ac frondes aliquot, ne quid offendant domus pedor. Non idē odor æque gratus omnibus. Quare sibi quisq; deligat. Ne parcite. Nam quicquid hic nascitur, penē publicum esse patior. Neq; enim vnquā clauditur ostium huius vestibuli, nisi noctu. T. En tibi in ostio Petrus. E. Hunc ego malo ianitorem, quā Mercurios, Centauros, aliāq; portenta, quæ quidā pingunt in foribus suis. T. Istiuc homine Christiano dignius est. E. Nec mutū habeo ianitorem, tribus linguis alloquitur ingredientem. T. Quid loquitur? E. Quin ipse legis? T. Interualum aliquāto lōgius est, quā vt prospectus oculorum assequatur. E. En tibi perspicillum, quod te vel Lynceum reddet. T. Latina video, Si vis ad vitā ingredi, serua mandata, Matthæi cap. 19. E. V. Nunc lege Græca. T. I. Græca video quidem, at illa non vident me, quare lampadē hanc trado Theophilo, qui nunquā non cantillat Græca. T. H. Μετανοήσατε, καὶ ἐπιστρέψατε πρὸς ἔσω θεῷ τρίτω. C. H. Hebræa mihi sumam, יהיה נתינתו פתח ו E. An vobis videtur incomis ianitor, qui statim monet, vt auertamur à vitijs, & conuertamus nos ad studiū pietatis? Deinde vitam non contingere ex operibus Mosaicis, sed per fidē Euāgelicam? Postremo seruādis Euangelicis præceptis, iter esse ad immortalem vi-

tā. Et ecce mox ad dextrā ingressus
 ostēdit sacellum perq̄ elegās. In altari
 I E S V S . C H R I S T V S suspiciēs ī ce-
 lū ad patrē & spiritū factū illinc pro-
 spiciētes, atq; eodē dextrā porrigēs, le-
 ua velut inuitat & allectat prętereūtē.
 E. Nec is elinguis nos excipit: vides La-
 tina, Ego sū via, veritas & vita. Græca.
 Εγώ ειμι η̄ αληθεια και η̄ ζωη. Hebraice.
 אֲנִי הַיְהוָה וְאֵין אֲחֵרִים
 T I M O T H. Lato nimirū omine nos
 salutauit dominus I E S V S . E V S. Sed
 ne videamur inciuiles, fortassis par est,
 vt illū resalutem⁹, precemurq; vt quā-
 do ex nobis ipsi nihil possumus, ille
 sua inæstimabili bonitate nō sinat nos
 ynquam aberrare à via salutis, sed ab-
 iectis vmbrijs Iudaicis, & huius mun-
 di præstigijs, per veritatem Euangelii
 cam perducat nos ad vitam æternam:
 hoc est, ipse per se trahat nos ad se. T.
 Æquissimū est, & ipsa loci species in-
 uitat ad precandum. E. Multos hospis-
 tes allicit huius horti amœnitas, sed
 ita ferè apud omnes inualuit cōsuetu-
 do, vt nemo prætereat I E S V M in salu-
 tatum. Hunc ego vice foedissimi Priap-
 i, custodē posui: nō solum horti mei,
 sed omnium quę possideo, deniq; cor-
 poris pariter atq; animi. Adest, vt vi-
 detis, fonticulus saluberrimis, aquis nō
 inamœne scatens, vtcunq; representās
 vnicum illum fontem, qui cælesti lati-
 cę refocillat omnes laborantes & ones

fatos, & ad quem anhelat anima delat
fata malis huius mundi, non aliter q̄
iuxta psalmistā, ceruus æstuans siti, gu
statis serpentium carnibus. Hunc gratis
haurire licet, quisquis sitit. Nonnulli &
religionis gratia sese aspergunt. Quidā
etiā bibunt, non sitis, sed religionis cau
sa. Video vos inuitos auelli ab hoc lo
co. Sed interim hora monet, vt visam
hunc cultiorē hortū, quē in quadrum
cingunt muri regiae meae. Si quid erit
visendum intus, a pradio spectabitis,
quum solis æstus nos, veluti cochleas,
domi cohibebit horis aliquot. r. Pape
Epicureos hortos mihi videre videor.
e. Totus hic locus voluptati dicatus
est, sed honeste, pascēdis oculis, recreā
dis naribus, reficiendis animis. Nihil
hic nascitur præter odoratas herbas,
nec eas quilibet, sed eximias duritas
rat. Vnūquodq; genus suas habet are
as. r. Nec herbae mutae sunt apud te,
quātū video. e. Probe dicis, alij domos
habent opulentas, ego loquacissimam
habeo, ne quādo solus videri possim: id
magis etiā dices, vbi totā videris. Vt
herbae sūt velut in turmas digestae, ita
singulae turmae singula habent vexilla cū
inscriptiōe. Velut Amaracus hic, Absti
ne, iquit, sus, nō tibi spiro. Cū enim sit
suauissimae fragrantiae, sues tamē hoc os
dore vehemēter offendunt. Itidē singula
genera habent suos titulos, aliqd indicā
tes, quod ad peculiarē eius herbae vim
ptinet. r. Nihil adhuc vidi hoc fōticus

lo festiuus, qui medius velut aridet
 herbis omnibus, ac refrigeriū illis pol
 licetur aduersus estū. Sed alueolus hic,
 qui tanta gratia totā aquā ostēdit ocu
 lis hominum, hinc atq; hinc equis spa
 tijs hortum dirimēs; in quo sese vtrius
 que herbæ velut in speculo contempla
 ri gestiunt, num marmoris est? B. Bo
 na verba, vnde huc marmoris est contusis
 cæmentis factitium marmor est, color
 ris candor additus est. incrustamento.
 T. Quò tandem sese cōdit tam amabi
 lis riuus? B. Vide inciuitatem huma
 nam, Posteaquā hic satis exhilarauit
 oculos nostros, proluit culinam, eiusq;
 sordes secum defert in cloacam. T. Cru
 dele, ita me deus bene amet. B. Crude
 le, ni & in hunc vsū parasset æterni
 numinis benignitas. Tum crudeles su
 mus, quum fontē diuinæ scripturæ lō
 ge hoc amœniorem, recreandis simul
 ac purgandis animis nostris datum cō
 spurcamus vitijs nostris, prauisq; cupi
 ditatibus, abutentes tam ineffabili do
 no dei. Nam hac aqua non abutimur,
 si partimur in varios vsus: in quos il
 lam dedit is, qui nihil non affatim sup
 peditat vsibus humanis. T. Verissima
 sunt quæ narras, sed cur tibi virēt etiā
 horti septa manu facta? B. Ne quid hic
 non vireat. Quidā rubra malunt, quòd
 is color additus virentibus gratiā ad
 iungat. Hic mihi magis aridet. vt est
 sua cuiq; sentētia, etiā in hortis. T. Sed
 horti p se amœnissimi iucūditatē pro

pemodū obſcurant ambulacra tria. E.
 In his vel ſtudeo, vel obambulo, ſolus,
 aut cum amico confabulans, vel cibū
 capio, ſi videtur. T. Columnæ paribus
 interuallis ſuſtinentes ædificium inni-
 tens, mirāque colorum varietate blan-
 dientes, ſuntne marmoreæ? E. Ex eo-
 dē marmore, quo factus eſt hic alueus.
 T. Lepida proſecto impoſtura. Vel de-
 ieraiſem eſſe marmor. E. Quare caue,
 ne vel credas, vel deſeres quicquam te-
 mere. Nō raro fallit ſpecies. Quod opi-
 bus deeſt, arte ſarcimus. T. Nō tibi ſat
 erat hortus tam nitidus, tam excultus,
 niſi pingeres inſuper alios hortos? EV.
 Non capiebat omneis herbarū ſpecies
 vnus hortus. Præterea bis delectamur,
 quum pictum florem cum viuo decer-
 tantem videmus, & in altero miramur
 artificium naturæ, in altero pictoris in-
 genium: in vtroque benignitatem dei,
 qui in vſum noſtrum largitur hæc om-
 nia, nulla in re non mirabilis pariter &
 amabilis. Poſtremo non ſemper viret
 hortus, nō ſemper viuunt ſoſculi. Hic
 hortus etiā media bruma viret & ad-
 blāditur. T. At nō ſpirat. E. Sed ruruſum
 nō eget cultura. T. Tātū paſcit oculos.
 E. Verū, ſed hoc perpetuo facit. T. Ha-
 bet ſuum & pictura ſenium. E V. Ha-
 bet, nobis tamen eſt viuacior, & illi fe-
 re gratiam addit ætas, quam nobis de-
 trahit. T. Vtinam hic vanus eſſes. E.
 In hoc ambulacro, quod ſpectat Occi-
 dentem, ſole fruor oriēte: in hoc quod

spectat Oriētem, apricor interdum: in
 hoc quod spectat Austrū, sed patet ad
 Septentrionē, recreor ab estu solis. Ob
 ambulabimus, si videtur, quo spectetis
 propius. En vernat ipsum etiam solum.
 Habent enim & tessellæ colorum gra
 tiam, & flosculis pictis adblandiuntur.
 Hoc nemus, quod videtis hoc toto pa
 riēte depictum, exhibet mihi varium
 spectaculum. Primum quot videtis ar
 bores, tot videtis arborum genera, sin
 gulis ad nativam imaginem non pessio
 me expressis: Quot cernitis aves, tot
 videtis avium species, præcipue si quæ
 sint rariores, & insigni re quapiam no
 biles. Nam anseres, gallinas & anates
 quid attinet pingere? Infernè sunt qua
 drupedum species: aut earum avium,
 quæ vivunt humi, more quadrupedum.
 T. Mira varietas, nec quicquā est otios
 sum. Nihil est, quod non aut agat, aut
 loquatur aliquid. Quid nobis narrat no
 ctua, penè latitās sub frontibus? B. At
 tice loquitur Attica, *σωφρονας*, inquit,
ἔνθα πάντες ἴσμεν. Iubet nos cōsulto age
 re, quod nō omnibus feliciter cedat in
 cōsulsa temeritas. Hic aquila decerpit
 leporem, frustra obtestante scarabeo.
 Adstat scarabeo trochilus, & ipse capi
 talis inimicus aquilæ. T. Hæc hirundo
 quid gerit ore? B. V. Herbam chelido
 niam. Nam hac restituit pullis exocu
 latis visum. Agnoscitis herbæ figurā?
 T. Quodnā hoc novū lacertæ genus?
 B. Non est lacerta, sed chamæleon. T.

Est hic ille lōgo nomine celebrat⁹ cha
 mæleon: beluam esse credidi leone ma
 iorem, quem vincit etiam vocabulo. E.
 Hic ille est semper hians, & semper ie
 iunus chamæleon: hæc arbor est capri
 ficus, apud quam solam sæuit, aliàs in
 noxius. Nam venenum habet, ne con
 temnas hiantem bestiolam. T. At non
 mutat colorem. E V. Verum, quia non
 mutat locum: vbi mutarit locum, vides
 bis & colorem alium. T. Quid hic si
 bi vult tibi cent? E. Nōne vides in pro
 ximo camelum saltantē? T. Video nos
 sum spectaculū, camelus cinædus est,
 & simius choraules. E. Sed his singula
 tim ac per otium contemplandis aliàs
 labitur vel totum triduum, nunc satis
 erit, velut per transfennā vidisse. In hac
 regione depictum est ad natiuam effi
 giē, quicquid est insignium herbarum:
 quōdēq; iure miremini, hic venena quā
 stuis præsentanea, tuto nō solum spe
 ctantur, verū etiam contrectantur. T I.
 En scorpius, rarum in hisce regionibus
 malum, sed frequens Italiae. Quanquā
 color mihi parū respondere videtur in
 pictura. E. Qui sic? T. Quia magis ni
 grant apud Italos, iste pallidior est. E.
 At nō agnoscis herbā in cui⁹ foliū in
 cidit? T. Nō satis. E. Neq; mirū. Nec e
 nim nascitur in hortis nostratib⁹. Aco
 nitū est. Ei veneno tāta vis est, vt scor
 pius ad huius cōtactū stupescat palles
 scatq; se seq; vinci patiatur. Sed offens
 us veneno, a veneno petet remediū. Vi

detis in propinquo vtrunq; genus hel
 lebori . Si scorpius sese potuerit explicare à folio aconiti, & album helleborum contingere, recipiet pristinum vigorem, diuersi veneni contactu solente torporem. T. Actū est igitur de isto scorpio. Nam is se nūquam explicabit ab aconiti folio. Etiam loquuntur hic scorpis? E. Et quidem Græce. T. Quid ait? E. Εἶσι θεὸς τὸν ἀλιτρίον. Hic præter herbas videtis omne serpentiū genus. En vobis basiliscus, oculis igneis, ipsis etiam nocentissimis venenis formidabilis. T I. Et is loquitur aliquid? E V. Oderint, inquit, dum metuant. T. Plasnè regia vox. E. Imò nihil minus regiū, sed tyrannica vox est. Hic pugnat lacerta cum vipera. Hic dipsas insidiatur, tecta putamine oui Struthiocameli. Hic videtis politiam totam formicarum, ad quarum imitationē nos vocat Hebræus ille sapiens, atque etiam Flaccus noster. Hic videtis formicas Indicas, quæ aurum egerunt, ac feruāt. T. Deum immortalem, cui possit obrepere tedium in hoc teatro versantis? E. Aliās, inquam, licebit vel ad satietatem vsque spectare. Nunc procul tantum spectate tertium parietē. Is habet lacus, amnes & maria, & in his, quicquid est insigniū piscium. Hic est Nilus, in quo Delphinum illum videtis, hominum amatorem, cum Crocodilo depugnantem, quo non alius hostis homini capitalior. In ripis ac litoribus vi

detis ea , quæ sunt ἀμφίβια, vt cancri,
 phoce, fiber. Hic est polypus captator
 captus à concha. τ. Quid loquitur?
 ἀίρωρ ἀίρωμαι. Mire pictor fecit aquam
 pellucidam. ε. Aut hoc erat illi facien-
 dum , aut nobis opus erat alijs oculis.
 In proximo est alter polypus , summa
 æquoris aqua vesificans, liburnicarum
 gaudens imagine. Videtis torpedinem
 prostratam in arena concolori , quam
 hic tuto vel manu contigeris. Sed aliud
 properandum est. Hæc pascunt oculos,
 at ventrem non explent , properemus
 ad reliqua. τ. Etiamne amplius? ε. v.
 Mox videbitis, quid nobis præbeat po-
 sticum. Hic videtis hortū satis spatio-
 sum, in duas diuisum partes, in altera
 est, quicquid est herbarū esculentarum,
 in qua regnāt vxor & familia mea: in
 altera quicquid est medicarum; præser-
 tim insignium. Ad læuam est pratum
 liberum, præter vitrorem graminum ni-
 hil habens, septum est sepe perpetua, et
 spinis implexis contexta. Illic nonnun-
 quam vel ambula vel lusito cum sodas-
 libus. Ad dexteram est pomarium , in
 quo, cum erit otium, videbitis plurimas
 arbores peregrinas, quas paulatim do-
 ceo nostro cælo assuescere. τ. Papæ, næ-
 tu vincis vel ipsam Alcinoum. ε. Hic
 auarium est in confinio adherens am-
 bulacro superiori, quod videbitis à præ-
 dio: videbitis formas varias, variâsque
 linguas audietis. Nec minus varia sunt
 ingenia. Inter quassdam cognatio est &

mutuus amor, inter nonnullas simulas
 irrecōciliabilis. Sunt autē omnes adeo
 cicures & mansuetæ, ut si quando coe-
 no illic aperta fenestra, deuolēt in men-
 sam, cibūque vel ē manibus capiant.
 Si quando ingredior in ponticulo pen-
 sili, quem videtis, fabulans cum amico,
 assident, auscultāt, insidēt humeris aut
 brachijs, adeo dedidicerūt timere, quia
 sentiunt neminem lædere. In extremo
 pomario, apum regnū est. Nec illud fa-
 nè spectaculum inamoenum. In præsen-
 tia nō finam vos amplius contēplari,
 quo sit quod vos posthac reuocet tan-
 quam ad nouum spectaculum. A pran-
 dio cætera vobis ostendam. P. Vxor &
 famula clamitāt corrumpi prandiū. B.
 Iubeto illas esse æquanimēs, nos iam
 accurremus. Lauemus amici, ut puris
 manibus & animis ad mensam acceda-
 mus. Etenim si Ethnicis quoq; religio-
 sa erat mēsa, quātomagis oportet esse
 sacram Christianis; quibus habet ima-
 ginē quandā illius sacrosancti cōuinij,
 quod dominus Iesus postremū egit cū
 suis discipulis? Et ob id receptū est ab-
 luere manus, ut si quid odij, liuoris aut
 turpitudinis alicui forsitan resideat in
 animo, id eijciat antequam accedat ad
 cibum capiendum. Sic enim opinor &
 corpori salubriores esse cibos, si sumā-
 tur animo defecato. T. Istud verissimū
 esse credimus. B. Quoniā hoc exemplū
 nobis ab ipso CHRISTO traditū est,
 ut ab hymno cibū auspicaremur, nā id

arbitror, quod frequenter in euangelio legimus illum benedixisse, aut gratias egisse patri, prius q̄ cibum frāgeret, & rursum hymno finiremus: si videtur, recitabo vobis hymnū quē diuus Chrysofostomus miris laudib⁹ prædicat in homilia quadā, dignatus etiā interpretari. T. Imò vt velis rogamus. E. Benedictus deus, qui me pascis à iuuentute mea, qui cibū præbes omni carni, reple letitia & gaudio corda nostra, vt affatim quod satis est habētes, abundemus in omne opus bonum, in CHRISTO IESV domino nostro, cū quo tibi gloria, honor & imperiū, cū sancto spiritu in omne æuum. T. Amen. E. Nūc accumbite, ac suā quisq; vmbra sibi adiūgat. Caniciei tuę debetur primus locus Timothee. T. Verbo dignitatē vniuersam meā cōplexus es. Hoc solo nomine sum ceteris anteponēdus. E. Cæterarū dotiū æstimator est deus, nos ea sequimur quæ videmus. Sophroni, adhere corpori tuo. Tu Theophile & Eulali, dextrū mēse latus occupate. Chrysofottus & Theodidactus occupabūt laeuū. Vranius & Nephalius, quod superest. Ego hūc angulū tuebor. T. Nō patiemur. Hospiti debetur primus locus. E. Tota dom⁹ hæc mea est, simulq; vestra: q̄ si mihi permittitur ius in regno meo, is locus debetur hospiti, quēcunq; sibi delegerit. Nūc vtinā CHRISTVS ille exhilaratōr omniū, & sine quo nihil vere suauē est, dignetur huic

nostro interesse conuiuio, suaque præ-
 sentia exhilarare animos nostros. T L.
 Spero dignabitur. Sed vbi sedebit, iam
 omnibus locis occupatist E. Vtinã ille
 se misceat omnibus & patinis & pocu-
 lis, vt nihil illum nõ sapiat, sed potissu-
 mum illabatur animis nostris. Id quo
 magis dignetur, & nos tanti hospitis
 reddamur capaciores, si molestum non
 est, auscultabitis paululum è sacra le-
 ctione sed ita, vt interim nihilo secius
 admoveatis manus ouis & lactucis, si
 libet. T I. Id faciemus libenter, sed au-
 scultabimus libentius. E. Is mos mihi
 multis nominibus videtur amplecten-
 dus, quòd hac ratione vitentur inanes
 fabulæ, præbeatũrque materia confabu-
 lationis frugiferæ. Multũ enim ab illis
 dissentio, qui putant non esse lætũ con-
 uiuium, nisi quod scateat ineptis ac la-
 scivis fabulis, quod perstrepat obscœ-
 nis cantiũculis. Vera hilaritas nascitur
 è pura syncerãque conscientia: atque hi
 sermones vere læti sunt, quos semper
 & dixisse iuuet, aut audisse, & semper
 delectet meminisse: non quorum mox
 pudeat, quiq; conscientiam poenitudi-
 ne scrutiẽt. T. Vtinam ista tam per-
 penderemus omnes, quã sunt vera.
 E. Hæc præter quã quòd certam &
 insignem habent vtilitatem, etiam iu-
 cunda fiunt, vbi vel mensẽ vnum as-
 sueueris. T I. Nihil igitur consultius,
 quã optimis assuescere. E V. Recita
 puer distincte, & clare. P V. Sicut diuis

fiones aquarum, ita cor regis in manu
 domini: quocumq; voluerit, inclinabit
 illud. Omnis via viri, recta sibi videtur:
 appendit autē corda dominus. Facere
 misericordiā & iudiciū, magis placet
 domino, quā victimæ. E. Sit hoc sa-
 tis. Præstat enim pauca auide discere,
 q̄ multa cum tædio deuorare. T. Præ-
 stat sanè, sed non hic tantum. Plinius
 scripsit, officia Ciceronis nunquam de
 manibus deponēda, & sunt sanè digna
 quæ cū ab omnibus, tum præcipue ab
 ijs, qui destinati sunt administrāde rei
 pub. ad verbum ediscantur, mea quidē
 sententia: sed hunc prouerbiorū libel-
 lum semper dignū arbitratus sum, qui
 semper nobis circūferatur. E. Quoniā
 sciebam prandiū fore dilutū, & insipi-
 dum, idcirco hanc procuravi nobis cō-
 dituram. T. Nihil hic est non lautiss-
 mum, & tamē si nihil esset præter be-
 tas absq; pipere, vino & aceto, talis le-
 ctio condiret omnia. E. Mihi tamen
 plus adderet gratiæ, si quod audio, pe-
 nitus intelligam. Atq; vtinam adesset
 aliquis vere Theologus, qui ista nō in-
 telligeret solū, verū etiam saperet. Nos
 bis idiotis, nescio an fas sit hisce de re-
 bus cōfabulari. T. Ego vero puto vel
 nautis esse fas, modo absit definiendi
 temeritas. Fortasse & CHRISTVS,
 qui pollicit⁹ est sese ad futurū, vbi cūq;
 duo cōuenirent de ipso tractātes, aspi-
 rabit nobis tā multis. E. Quid si igitur
 partiamur inter nos nouē, tres sen-

tentias c o n v i v a e. Non displicet,
 modo à conuiatore incipiat ordo. E.
 Nō detractarē prouinciam, sed vereor
 ne hic vos peius accipiā, q̄ cibis acci-
 pio. Age, necubi videar difficilis cōiue-
 uator, omiſſis varijs cōiecturis, quæ in
 hunc locū congerūt interpretes, mihi
 videtur hic eſſe ſenſus moralis: alios
 mortales poſſe ſecti monitis, increpa-
 tionib⁹, legibus ac minis: regis animū,
 quoniam neminē metuit, ſi repugnes,
 magis irritari. Et idcirco quoties prin-
 cipes vehemēter cōtendūt aliquid, ſuo
 animo relinquendos, nō quòd ſemper
 velint optima, ſed quòd illorū ſtultitia
 maliciæ deus nōnunquā abutatur ad
 emendandos eos, qui deliquerūt. Quē
 admodū vetuit reſiſti Nabuchodonos-
 ſor, quòd illius miniſterio decreuiſſet
 caſtigare populū ſuū. Fortaſſis illud eſt
 quod ait Iob: Qui regnare facit homi-
 nem hypocritā propter peccata popu-
 li. Atq; huc fortatte pertinet, quod ait
 Dauid, deplorans peccatū ſuū: Tibi ſo-
 li peccaui, & malū coram te feci. Non
 quòd reges nō peccent ingenti populi
 malo, ſed quòd nō habent hominē, cu-
 ius authoritate condemnentur, cū dei
 iudiciū nemo quamlibet potēs poſſit
 effugere. T. Non displicet interpreta-
 tio. Sed quid ſibi volūt diuiſiones aqua-
 rum? E. Adhibita eſt ſimilitudo, quæ
 rem explanet. Violēta res & impotens
 eſt regis animus cōcitatus: nec huc aut
 illuc duci poteſt, ſed impetu ſuo fer-

tur, velut cœstro diuino percitus: quæ
 admodū mare sese spargit in terras, ac
 subinde cursum mutat, cōtēptis agris,
 ædificijs, & quicquid obstat: alicubi se
 condit sub terras, cuius impetū si co-
 neris inhiere, aut aliò deflectere, ni-
 hil agas. Idem accidit in magnis flumi-
 nibus, veluti fabulæ quoq; narrant de
 Acheloo. Minus autē mali capitur, si
 cōmode obsequēdes, q̄ si violenter res-
 pugnes. T. Nihil igitur remedij ad-
 uersus malorū regū impotentiam? E.
 Fortasse primū fuerit, leonem in ciui-
 tatem nō recipere: proximū sic aucto-
 ritate senatus, magistratū ac ciuium,
 moderari potentiam illius, vt nō facie-
 le erumpat in tyrannidem. Sed omnī-
 potissimum, dum adhuc puer est, & se
 principem esse nescit, sanctis præceptis
 formare pectus illius. Profunt & præ-
 ces ac monita, sed blanda ac tempesti-
 ua. Extrema ancora est, votis fatigare
 deū, vt regis animū inclinet ad ea, quæ
 Christiano rege digna sunt. T. Quid
 ais idiota? Si Baccalaureus essem theo-
 logiæ, minime pueret istius interpre-
 tationis. E. An vera sit, nescio: mihi sa-
 tis est, quòd sensus non sit impius, aut
 hæreticus. Morē gessī volūtati vestræ.
 Nūc vt decet in cōuiujs, vicissim audi-
 re cupio. T. Si quid defertis his quoq;
 canis, mihi videtur hoc dictū & ad ab-
 strusiorē sententiā accommodari posse. E.
 Credo, & audire cupio. T. Rex itelligi
 potest vir perfectus, qui domitis carnis

affectibus, solo diuini spiritus impetu
 ducitur. Porro qui sit huiusmodi, huc
 non conuenit fortassis humanis legibus
 in ordinē cogere, sed suo domino, cui⁹
 spiritu agitur, relinquendus est: nec iu-
 dicandus est ex hisce rebus, quib⁹ ima-
 becillitas imperfectorū utriq; proue-
 hitur ad verā pietatem: sed si quid se-
 cus facit, dicendū est cū Paulo: Domi-
 nus assumpsit illū, domino suo stat aut
 cadit. Itē illud, Spiritualis homo om-
 nia iudicat, ipse vero à nemine iudi-
 catur. Talibus igitur nemo prescribat,
 sed dominus qui prescripsit terminos
 mari & amnibus, habet cor sui regis
 in manu sua, & quocūq; voluerit, in-
 flectit illud. B. Tu vero Timothee, nō
 solū canos habes capillos, sed pectus
 etiam habes eruditionis canicie vene-
 rabile. Atq; utinam inter Christianos,
 quos omnes oportebat esse reges, hu-
 iusmodi plures reperirētur hoc digni
 cognomine. Sed iam satis est ouatum,
 & holeribus presulū. Iubete hęc tolli,
 & apponi quod superest. T. Nobis ab-
 fatim satisfactū est hac ouatione, etiā
 si nihil præterea successerit vel suppli-
 cationis vel triumphī. B. Verum quo-
 miam aspirante C H R I S T O, sicut opi-
 nor, successit res in prima sentētia, ver-
 lim ut umbra tua nobis enarret alter-
 ram, quę mihi videtur aliquāto obscu-
 rior. S. Si boni voletis consulere quic-
 quid dixerō, sedulo dicā quod mihi vi-
 detur. Alioqui qui fieri potest, ut reb⁹

obscuris lucē adferat vmbra? 2. Equi-
dem recipio futurū omnīū nomine, &
tales vmbrae lucem suā habent aptiorē
oculis nostris. 5. Idem docere videtur
quod Paulus. Diuersis vitæ rationibus
contēditur ad pietatem. Alij placet sa-
cerdotium, alij coelibatus, alij cōiugiū,
alij secessus, alij resp. pro varietate cor-
porum & ingeniorū. Rursus alius ves-
citur quibuslibet, alius distinguit in-
ter cibum & cibum, alius indicat inter
diem & diē, alius iudicat omnē diem.
In his Paulus vult vnūquēq; suo frui
affectu citra contumeliā alterius. Nec
oportet quenquam ex huiusmodi iudi-
care, sed iudiciū deferre deo, qui ex-
pendit corda. Fit enim sepe numero, vt
vescens gratior sit deo, quā non ves-
cēs: & diem festum violans acceptior
sit deo, quā is qui videtur obserua-
re: & matrimonium huius gratius sit
oculis dei, quā multorum coelibat⁹.
Dixi vmbra. 2. Vtinam mihi saepe cō-
tingat cum talibus vmbis colloqui.
Rē, nisi fallor, non acu, quod aiunt, sed
lingua tetigisti. Sed adest, qui coelebs
vixit, non de numero beatorum, qui se
castrauerit propter regnū dei: sed hic
castratus est vi, quo magis placeret vē-
tri, donec & hunc & escas destruxerit
deus. Capus est ex corte nostra. Elixis
magis delector. Ius est non inelegans,
quod in eo natat. Lactuca sunt selectis-
sima. Sumat sibi quisq; quod gratum
est animo. Sed ne quid vos fallam, sus-
g. iij.

cedit huic affi non nihil, mox bellaria,
 deinde fabulae catastrophe. T. Sed in-
 terim excludimus uxorem e' coniufo.
 B V. Vbi vos venietis comitati vestris,
 accumbet & mea. Nunc quid aliud es-
 set, quam muta persona? & illa suavius
 garrit mulier inter mulieres, & nos li-
 berius philosophamur. Alioqui peri-
 culum sit, ne nobis accidat, quod acci-
 dit Socrati; cui quum essent coniuue
 philosophi, quibus magis placent hu-
 iusmodi fabulae quam cibus, & in lon-
 gum proferretur disputatio, Xanthip-
 pe comota, mensam subuertit. T X M.
 Nihil minus a tua metuendum arbi-
 tror. Est enim mulier moribus placis-
 dissimis. B V S. Mihi certe talis est, vt
 commutare non cupiam, etiam si lice-
 at, atque hoc nomine mihi vel precis-
 pue videor fortunatus. Nec enim mi-
 hi placet eorum sententia, qui fortu-
 natum putant, uxorem habuisse nun-
 quam magis aridet, quod ait sapiens He-
 braeus, ei bonam sortem obtigisse, cui
 obtigit uxor bona. T X M. Sepe nostro
 vitio male sunt uxores, vel quia tales
 deligim⁹, vel quia tales reddimus, vel
 quia non, vt oportet, formamus & in-
 stituimus. B. Vera praedicas, sed inter-
 rim expecto tertiae sententiae enarratio-
 nem, & iam mihi dicturire videtur
diturus S. Theophilus. T. Imo mihi
 animus erat in patinis: dicam tamen,
 quando licet impune. B. Etiam cum gratis
 licebit errare, vel sic praebebis occasio-

nem inueniendi. T. Mihi videtur eadem sententia quam protulit dominus apud Osee prophetam cap. 6. Misericordiam volui & non sacrificiū, & scientiam dei plus quam holocausta: cuius viuis & efficax interpret est dominus I E S V S in euāgelio Matth. cap. 9. Quum enim conuiuū agitare in domo Leui, qui erat publican⁹, isq; multos sui ordinis, suiq; quæstus homines inuitasset ad conuiuū, Pharisei qui turbabant religione legis, quum ea præcepta negligere, unde tota lex pendebat & prophetæ, quo discipulorū animos alienarent à I E S V, rogabāt illos, quare dominus admisceret se conuiuio peccatorum, à quorum consortio abstinebant Iudæi, qui volebant haberi sanctiores: & si quando contigisset eū eiusmodi cōgredi, reuersi domum abluerant corpus. Quumque discipuli rudes adhuc, non haberent quod responderent, dominus & pro se, & pro discipulis respondit, Non est opus, inquit, medico valentibus, sed male habentibus. Euntē autē discite, quid est, Misericordiam volo, & non sacrificiū. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. II. Pulchre tu quidē collatione locorū rem explicas, id quod in diuinis literis præcipuū est: sed discere velim, quid appellet sacrificiū, quid misericordiā. Nā qui consistit vt auersetur sacrificia de⁹, quæ sibi tot præceptis iusserat exhiberi. T. H. Quomodo de⁹
 g. iiii.

auerfetur sacrificia, docet ipse nos apud
 Esaiam cap. i. Sūt enim quaedam præ-
 scripta Iudæis in lege, quæ significant
 magis sanctimoniam, quàm præstāt: quod
 gen⁹ sūt, dies festi, sabbatismi, ieiunia,
 sacrificia. Et sunt quæ semper præstan-
 da sint, quæ suapte natura bona sunt,
 non quia iussa. Iudæos autē auerfatur
 deus, nō quod obseruarent legis ritus,
 sed quod his stulte tumidi, negligerēt
 ea, quæ deus maxime vult præstari à
 nobis: ac madentes avaritiā, superbiā,
 rapinis, odio, liuore, cæterisque vitijs,
 existimabant deū ipsis multū debere,
 quod diebus festis versarētur in tem-
 plo, quod immolarent victimas, quod
 abstinerēt à cibis vetitis, quod illi nō
 nunquam ieiunarent: umbras ample-
 ctentur, rem negligebant. Quod au-
 tem ait, misericordiam volo, & non sa-
 crificium: opinor ex idiomate sermo-
 nis Hebræi dictum, pro eo quod erat,
 Misericordiam volo, potius quàm sa-
 crificium, quemadmodum, velut inter-
 pretatur Solomon, quū ait: Facere mi-
 sericordiam & iudicium, magis placēt
 domino, quàm victimæ. Porro omne
 officium, quod impenditur subleuan-
 do proximo, scripturā misericordiam
 vocat & eleemosynam, quæ & ipsa no-
 men duxit à miserendo. Victimam ap-
 pellari puto, quicquid pertinet ad cere-
 monias corporales, & aliquid habet af-
 fine cū Iudaismo: quod gen⁹ sunt, dele-
 ctus ciborū, vestitus præscriptus, ieiui-

nium, sacrificiū, preces veluti pensum absoluta, quies dei festi. Hæc enim vt pro tempore non sunt omnino negligēda, ita deo fiant ingrata, si quis obseruationibus huiusmodi confusus, negligat misericordiā, quoties fratris necessitas exigit officium charitatis. Habet speciem sanctimoniz etiam colloquia vitare malorū. Sed hoc cessare debet, quoties aliud suadet charitas proximi. Obedientia est, quiescere diebus festis, sed impium sit, ob religionē diei sinere fratrem perire. Itaq; seruare diē dominicum, victima est, vt ita loquar reconciliari fratri, misericordia est. Porro iudicium, quanquā potest ad potentes referri, qui frequenter vi opprimūt imbecilles, tamen mihi videtur nō absurdū, si respondeat illi quod est apud Osee: Et scientiam dei plus q̄ holocausta. Non seruat legem, qui non seruat iuxta mentem dei. Iudæi subleuabant asinum in foueam collapsum sabbatis: & CHRISTVM calumniabantur, qui seruaret totum hominem in sabbato. Hic erat præposterum iudiciū, & aberrat scientia dei, nesciebāt enim, quod ista propter hominem essent instituta, non homo propter illa. Sed hæc impudenter dicere viderer, nisi vestro iussu dicerem. Malim ex alijs rectiora discernere. Ista mihi videntur adeo dicta impudenter, vt existinem dominum IESVM loqui per organum oris tui. Sed interim dū largiter pascimus animos

nostros, ne negligentur collegæ. T. H.
 Quinam? E. Corpora nostra, nonne col-
 legæ sunt animorū? Hoc enim malim
 quàm instrumenta, vel domicilia, vel
 sepulchra. T. Hoc nimirum est affatim
 refici, ubi totus homo reficitur. E. Vi-
 deo vos segniter attingere. Quare si vi-
 detur iubebo pferri assā, ne pro lauto
 conuiuio, longū præbeam. Videtis hu-
 ius prandioli summā. Armus est ouil-
 lus, sed exquisitus, capus, & perdices
 quatuor. Has solas à mercatu sumpsi,
 reliqua suppeditat hoc prædiolum. T.
 Epicureum prandium video, ne dicam
 Sybariticum. E v s. Imò vix Carmelit-
 cum. Sed quale quale est, boni cōsule-
 tis. Animus certe purus est, si parū lau-
 tum est conuiuū. T. Adeo non est mu-
 sa tua dōmus, vt non solum parietes,
 sed & cyathus loquatur aliquid. E v s.
 Quid tibi loquitur? T. Nemo, nisi à se-
 ipso læditur. E. Cyathus patrocinator
 vino. Nam vulgus febrim, aut capitis
 grauedinem è potu contractam, impu-
 tare solet vino, quam ipsi sibi malum
 accerferint immodice bibēdo. s. Meus,
 Græce loquitur, ἰν ὄνφ ἀλθεια. E. Ad-
 monet non esse tutū sacerdotibus, aut
 regū famulis indulgere vino, quòd vi-
 num ferè transferat in linguā, quicquid
 latebat in corde. s. o. Apud Ægyptios
 olim nefas erat sacerdotibus bibere vi-
 num, quum nondum illis mortales
 sua cōmitterent arcana. E v s. Nunc li-
 cet quidem omnibus bibere vinum, an

expediat, nescio. Eulali, quid libelli pro-
fers è crumena? perq̄ elegans videtur,
nam foris etiã totus aureus est. 1. Sed
idem intus plus q̄ gemmeus est. Sunt
epistolæ Paulinæ, quas vt vnicas deli-
cias meas semper mecũ circũfero, quas
ideo profero, quòd ex occasione sermo-
nis tui venit in mentem locus quidã,
quí me nuper diu torfit, nec adhuc fa-
tis sibi facit animus. Is est in epistolæ
prioris ad Corinthios capite sexto, Om-
nia mihi licet, sed nõ omnia expediũt,
Omnia mihi licet, sed ego sub nullius
redigar potestatem. Primũ si Stoicis
credimus, nihil est vtile, quod nõ idem
honestũ. Quomodo igitur Paulus dis-
tinguit id quod licet, ab eo quod expe-
dit? Certe scortari aut iebriari nõ licet,
quomodo igitur licet omnia? Quod si
Paulus de certo genere rerũ loquitur,
quarum omnium vult esse licentiã, nõ
possum satis ex ipso loci tenore diuina
re, quodnã sit illud genus. Ex ijs, que
mox huic loco subiiciuntur, conijcere
licet, eũ loqui de ciborũ delectu. Qui-
dam enim abstinabant ab idolothytis,
quidam à cibis per Mosen interdictis.
Et de idolothytis agit capite octauo,
Rursus capite decimo velut explicans
huius loci sententiã, ait: Omnia mihi
licent, sed non omnia expediũt: omnia
mihi licent, sed non omnia ædificant.
Nemo quod suũ est querat, sed quod al-
teri. Omne quod i macello venit, mā-
ducate, Hoc quod hic subiicit Paulus, cõ-
g. vj.

gruere videtur cum eo, quod supra dixerat, Esca ventri, & venter escis, & hūc & has destruet Deus. Quod autem respexit hic etiam ad Iudaicū ciborū delectum, indicat clausula decimi cap. Si ne offensione estote Iudæis & gētibus & ecclesiæ dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo: non quærēs quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant. Nā quod ait gētibus, pertinere videtur ad idolothytū: quod ait Iudæis, referrī videtur ad delectū ciborū: quod ait ecclesiæ Dei, pertinet ad infirmos, ex vtraq; gente collectos. Licet igitur vesci quibuslibet cibis. & omnia munda mūdis, sed incidit casus, vt nō expediat. Quod omnia licent, libertatis est euangelicæ, sed charitas vbiq; spectat, quid conducat ad salutē proximi, eoque frequenter abstinere & a licitis, malens obsecundare commodo proximi, quam sua vti libertate. Sed hic mihi gemin⁹ obstreperit scrupulus, primum quod in sermonis contextu nihil precedat aut sequatur, quod cū hoc sensu eohæreat. Nam obiurgarat Corinthios, q̄ essent seditiosi, quod scortationibus, adulterijs, atq; etiā incestis impuri, quod litigarent apud iudices impios. Cum his qui cohæret, omnia mihi licent, sed nō omnia expedit. Et in his, quæ sequuntur, redit ad causam impudicitie, quam repetierat & ante, intermisso negotio litium. Corpus autem, inquit, non fornicationi, sed domino, & dominus con-

pori. Verum hinc quoq; scrupulū possum vtcunq; discutere, quòd paulo superius in catalogo vitiorum meminisset & idololatriæ. Nolite errare, neque fornicarij, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri. Porro estis idolothytorū vergebāt ad speciem idololatriæ. Et ideo mox subdit, Esca ventri, & vēter escis, significās pro necessitate corporis, pro tempore licere vesci quibullibet, nisi aliud fuaserit charitas proximi, sed impudiciā semper & vbiq; detestandā esse. Quòd vescimur, necessitatis est, quæ tolletur in resurrectione mortuorum. Quòd libidinamur, malitiæ est. Sed alterū scrupulū nō queo dissolvere, quomodo ad hæc quadret illud: Sed ego sub nullius redigar potestātē. Ait enim sibi potestātē esse omnium, se tamē in nullius potestātē fore. Si is dicitur esse in potestātē aliena qui ne offēdat, abstinet, idē cap. 9. de se prædicat: Quū liber essem ab omnibus, omnium me seruū feci, vt omnes lucrifacerē. Hoc, opinor, offensus scrupulo sanctus Ambrosius, putat hunc esse germanū apostoli sensum, vt viā præstruat illi, quod agit cap. 9. sibi quoq; potestātē esse faciendi, quòd ceteri faciebāt, vel apostoli, vel pseudapostoli, surpendi victum ab his, quibus prædicabat euangelium. Sed ab hoc tamen si licebat, temperabat, quòd sic expediret Corinthijs, quos de tam multis & insignibus vitijs oburgabat. Porro quisquis accipit, sit

quodam modo obnoxius ei, a quo accipit, & aliquid decedit de vigore auctoritatis. Siquidem qui accipit, minus libere obiurgat: & qui dedit, non perinde fert obiurgari ab eo, cui benefacit. In hoc igitur Paulus abstinuit ab ijs que licebant, ut confuleret apostolicæ libertati: quam in hoc volebat nulli esse obnoxiam, ut liberior ac maiore cum auctoritate reprehenderet illorum vitia. Mihi sane non displicet Ambrosiana sententia. Attamen si quis mallet hunc locum ad cibos accommodare, mea sententia quod ait Paulus, Sed ego sub opus adigar potestatem, sic accipi posset: tametsi nonnunquam abstinence a cibus immolaticijs, aut lege Moisaica vetitis, ut consulam saluti proximi, ac profectui euāgelico. tunc animus meus liber est, qui scit sibi licere vesci cibus quibuslibet pro necessitate corpusculi. At pseudapostoli conabantur hoc per suadere, quosdā cibos per se impuros esse, nec abstinendum per occasionem, sed semper ab his temperandum, tanquā natura malis, nec aliter quā abstinēs ab homicidio & adulterio. Hoc quibus erat persuasum, redacti erāt sub alienam potestatem, & exciderant ab euangelica libertate. Solus, quod quidem meminerim, Theophylactus sententiam inducit ab his omnibus distansam. Licet vesci quibuslibet cibus, sed non expedit immodice. Nam ex luxu nascitur impudicitia. Hic sensus, quam

quam impius non est, tamen mihi non videtur huius loci germanus esse. Ostēdi quę me torqueant: vestrę charitatis erit, me ex his scrupulis eximere. **R V.** Næ tu probe tuo respondēs nomini. Qui sic nouit pponere quæstiones, non opus habet alio, qui dissoluat. Sic enim proposuisti dubitationem tuam, vt ego dubitare desierim. Tametsi Paulus in ea epistola, quoniã multa simul decreuit agere, sæpe ab vno argumento in aliud deuoluitur: & rursum quod in termiserat, repetit. **C H R Y.** Nisi vererer, ne vos mea loquacitate auocem à capiēdo cibo, & si crederem fas esse tam sacris colloquijs admiscere quicquam ex profanis authoribus, proponerem & ipse quiddam, quod hodie legentem me non torset, sed vnice delectauit. **R.** Imò profanum dici non debet, quicquid piū est, & ad bonos mores conducens. Sacris quidē literis vbi que prima debetur authoritas: sed tamen ego nonnunquam offerdo quędã vel dicta à veterib⁹, vel scripta ab Æthiopicis, etiam poetis, tam caste, tam sancte, tam diuinitus, vt mihi non possim persuadere, quin pectus illorum, cum illa scriberent, numen aliquod bonum agitauerit. Et fortasse latius se fundit spiritus **C H R I S T I**, quẽ nos interpretamur. Et multi sũt in cõsortio sanctorũ, qui non sũt apud nos in catalogo. Fateor affectũ meũ apud antiquos, non possum legere librum Ciceronis de senectute, de

amicitijs, de officijs, de Tusculanis quaestionibus, quin aliquoties exosculer codicem, ac venerer sanctū illud pectus, afflatum caelesti numine. Contra quā hos quosdā recentiores lego, de republica, oeconomica, aut ethica præcipientes, Deum immortalem, quā frigent præ illis, imō quā non videntur sentire quod scribunt, vt ego citius patiar perire totum Scotum cum aliquot suis similibus, quā libros vnus Ciceronis aut Plutarchi: non quod illos in totum damnem, sed quod ex his sentiā me reddi meliorem: quā ex illorum lectione surgam, nescio quomodo frigidius affectus erga veram virtutem, sed irritator ad contentionem. Quare ne verere, quicquid isthuc est proponere. c. Quū pleriq; libri M. Tulij, quos scripsit de philosophia, diuinitatis quōdam spirare vidētur, tū ille quē senex scripsit de senectute, planē mihi videt *κρίσιον καίμα*, quemadmodū Græcis est in prouerbio. Eū hodie relegi, atq; hæc verba, quoniam præ ceteris arridebāt, edidici. Quod si quis Deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascerem, & in canis vagiā, valde recusē nec vero velim, quasi decurso spatio, à calce ad carceres reuocari. Quid enī habet hæc vita cōmodi, quid nō potius laboris? Sed nō habeat sanē, habet certe tamen aut satietatē, aut molestiā. Nō libet enī mihi deplorare vitā, quod multi, & hi docti, sæpe fecerūt. Ne me vixisse poenit

tet, quoniã ita vixi, vt frustra me natũ non existimem. Et ex vita ista discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo. Cõmorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. O præclarum illum diem, quum ad illud animorum consilium, coetumque proficiscar, & quum ex hac turba & colluione discedam. Hactenus Cato. Quid ab homine Christiano dici potuit sanctius? Vtinã talia essent colloquia Monachorum omnia, vel cum sacris virginibus, quale fuit illud Ethnici senis colloquium cum Ethnicis adulescẽtibus. **B.** Iam aliquis causabitur colloquium esse confectũ a Cicerone. **C.** Istud me non magni refert, sine hoc laudis tribuatur Catoni, qui talia senserit, dixeritq; siue Ciceroni, cuius animus sententias tam diuinas cogitatione complexus sit, cuius calamus res egregias pari facundia depinxerit. Quamquam equidem arbitror & Catonem, etiam si non dixit eadem, tamen similia dicere solitum in colloquijs. Nec enim tam impudens erat M. Tullius, vt aliũ Catonem finxerit quã fuerit: & in dialogo parum meminerit decori, quod in primis spectandũ est in hoc scripti genere, præsertim quum eius viri memoria recens adhuc hæret animis eius ætatis hominum. **T.** Vehementer probabile est, quod narras: sed dicam, quid mihi venerit in mentem, te recitante. Sæpenumero mecum admiratus sum,

quum omnes optent longauitatem, & mortē exhorreant, tamen vix quenquā comperi tam felicem, non dico senem, sed prouectioris ætatis hominem, quin rogatus, an si detur, velit repuerascere, vsurus per omnia iisdem bonis ac malis, quæ illi iam contigissent in vita, responderit idem quod Cato dicit, præsertim si recolat animo, quicquid annis retroactis seu triste, seu lætū obtigisset. Nam frequēter & suauium rerum recordatio, vel cum pudore, vel cū conscientie molestia coniuncta est, vt animus ab his etiā recolendis non minus abhorreat, quā a tristibus. Id opinor nobis indicarunt sapientissimi poetæ, qui scribunt, cum demum animas capi desiderio corporum relictorū, posteaquam ex anthe Lethæo longa biberint obliuia. v r. Est isthuc profecto dignū admiratione, & mihi quoq; compertū in nonnullis. Verum illud quā mihi blandiebatur, nec me vixisse poenitet. At quotusquisq; Christianorū sic moderatur vitam suā, vt huius senis vocē sibi possit vsurpare? Vulgus hominum existimat se non frustra vixisse, si per fas, nefasq; cōgestas diuitias relinquāt morientes. At Cato ideo non putat se frustra natum, quōd integrum & sanctū ciuem præstiterit reipublicæ, quōd incorruptum magistratū, quōd posteritati quoque virtutis & industriæ suæ monumenta reliquerit. Iam illo quid dici potuit diuinius? Discedo tanquam

ex hospitio, non tanquam è domo. Ho-
 spitio tantisper vti licet, donec hospes
 subeat exire. E domo sua nullus facile
 pellitur. Et tamen hinc quoque sæpenum-
 mero propellit vel ruina, vel incendiū,
 vel alius casus quispiam. Vt horum ni-
 hil accidat, tamen senio collabens ædi-
 ficium admonet esse demigrādum. N.
 Non minus elegās est, quod apud Pla-
 tonem loquitur Socrates, animam hu-
 manam in hoc corpore velut in præsi-
 dio positam esse, vnde fas non sit dece-
 dere iniussu imperatoris, nec diutius in
 eo ināmorari, q̄ visum sit ei, qui collo-
 cavit. Illud significantius est in Plato-
 ne, quod pro domo dixerit præsidium:
 siquidem in domo tantum commora-
 mur: in præsidio, destinati sumus fun-
 ctioni, quam nobis delegavit Impera-
 tor noster, non abluens à nostris lites-
 ris, quæ vitam hominis nunc militiam,
 nunc certamen esse dicunt. V R. At mi-
 hi quidem oratio Catonis pulchre cō-
 gruere videtur cū oratione Pauli, qui
 scribens Corinthiis, cælestem mansio-
 nem, quam expectamus post hanc vi-
 tam, *οικον* vocat, & *διικτηριον*, hoc est,
 domum, siue domicilium. Cæterum
 hoc corpusculum appellat tabernacu-
 lum, Græce *σκηνη*. Nam & qui sumus,
 inquit, in hoc tabernaculo, ingemiscimus
 grauati. N E P. Nec abluat à ser-
 mone Petri, Iustum autem, inquit, arbi-
 tror, quamdiu sum in hoc tabernacu-
 lo, suscitare vos in commonitione, cer-

tus quòd velox est depositio tabernaculi mei. Quid autem aliud clamat nobis CHRISTVS, quàm vt sic viuamus ac vigilemus, tãquã ilico morituri? sic incumbamus honestis rebus, tanquam semper victuri? Iam illud quum audimus. O præclarum diem, nòme viderimur audire Paulum ipsum loquẽtem, Cupio dissolui, & esse cù CHRISTO. Quàm felices sunt, qui tali animo mortem expectant. Sed in oratione Catonis, quanquam præclara est, tamen fiduciam aliquis taxare posset, vt ab arrogantia profectam, quam multũ oportet abesse ab homine Christiano. Proinde mihi nihil vnquam legisse videor apud Ethnicos, quod aptius quadret in hominem vere Christianum, quàm quod Socrates paulopost bibiturus eicitam, dixit Critoni: An opera, inquit, nostra sit probaturus deus, nescio, certe sedulo conati sumus, vt illi placeremus. Est mihi tamen bona spes, quòd ille conatus nostros sit boni consulturus. Vir ille sic diffidit factis suis, vt tamen ob animi propensam voluntatem obtemperandi voluntati diuinæ bonã spera conceperit fore, vt Deus pro sua bonitate boni consulturus esset, quòd studuisset bene viuere. N. Profecto mirãdus animus in eo, qui CHRISTVM ac sacras literas non nouerat. Proinde quum huiusmodi quædam lego de talibus viris, vix mihi tempero, quin dicam, Sancte Socrates ora pro nobis. c. At ipse mi

hi sæpenumero non tēpero, quin bene
 ominer sanctæ animę Maronis ac Flac
 ci. **N E.** At ego quot vidi Christianos
 quàm frigide morientes? Quidam fi
 dunt his rebus, quibus nō est fidendū;
 quidam ob consciētiam scelerū & scru
 pulos, quibus indocti quidam obstre
 punt morituro, penē desperantes exha
 lant animam. **c.** Nec mirū eos sic mo
 ri, qui per omnem vitam philosophati
 sunt in ceremonijs. **N E.** Quid isthuc
 verbi est? **c.** Dicam, sed illud etiā atq;
 etiam præfatus, me non damnare, imō
 vehementer probare sacramenta & ri
 tus ecclesiæ, sed quosdā vel improbos,
 vel superstitiosos, vel, vt mollissime di
 cam, simplices & indoctos, qui docent
 populum hisce rebus fidere, prætermis
 sis his, quæ nos vere reddunt Christia
 nos. **N.** Nondum satis intelligo, quorū
 sum eas. **c.** Faxo vt intelligas. Si vul
 gus Christianorū spectes, nōne prora
 & puppis vitæ illis in ceremonijs est?
 In baptismo quāta religione represen
 tantur prisca ritus ecclesiæ? Commora
 tur infans extra fores templi, peragitur
 exorcismus, peragitur catechismus, sus
 cipiuntur vota, abiuratur satanas cum
 pompis & voluptatibus suis: tandem
 yngitur, consignatur, salitur, tingitur:
 datur negotium susceptoribus, vt pue
 rum curēt instituendū. Illi dato num
 mo redimunt libertatem. Et iam puer
 Christianus dicitur, & est aliquo mo
 do. Mox rursus yngitur, tandem discit

confiteri, sumit Eucharistiam, confuet
 scit quiescere diebus festis, audire sa
 crum, ieiunare nonnunquam, abstinere
 à carnibus. Et hæc si seruat, habetur ab
 solute Christianus. Ducit vxorem, acce
 dit aliud sacramētum: initiatur sacris,
 rursus ungitur & consecratur, mutatur
 vestis, dicuntur præces. Atq; hæc quidē
 omnia quod fiunt probō: sed quod hæc
 fiunt magis ex consuetudine quàm ex
 animo, nō probō: quod nihil aliud: adhi
 betur ad Christianismum, vehementer
 improbo. Siquidem magna pars homi
 num dum his fudit, nihilo secius inter
 rim per fas nefasque cōgerit opes, ser
 uit iræ, seruit libidini, seruit liuori, ser
 uit ambitioni: sic tandē venitur ad mor
 tē. Hic rursus ceremoniæ paratæ. Adhi
 betur confessio semel atq; iterum, ad
 ditur vnctio, datur Eucharistia, adsunt
 cerei sacri, adest crux, adest aqua sacra,
 adhibētur indulgētiæ, expromitur aut
 illic etiam emitur morienti diploma
 Pontificis, ordinātur parentalia magni
 fice celebranda, fit rursus stipulatio so
 lennis, adest qui clamat ad aurem mor
 rientis, imò nonnunquam occidit ante
 tempus, si contingat, vt sæpe fit, voca
 lior, aut bene potus. Hæc vt recte adhi
 bentur, præsertim quæ nobis tradidit
 ecclesiastica consuetudo: ita sunt alia
 quædam reconditiora, quæ nobis hoc
 præstant, vt cum alacritate spiritus, vt
 cū Christiana fiducia migremus hinc
 E V. Pie tu quidem ista verèq; concio

naris, sed interim nullus admouet manum cibis. Caveat quisque ne se fallat. Ego prædixi, nihil expectandum præter secundas mensas, easq; rusticanas, ne quis sibi promittat Phasides aues, aut attagenas, aut Attica bellaria. Hæc amoueto puer, & quod restat apponito. Videtis non copię sed inopię nostrę cornu. Hic est proventus hortulorum, quos vidistis. Ne parcite, si quid arridet. T I. Tanta varietas est, vt vel ipso recreemur aspectu. E V. Atqui ne planè contemnatis frugalitatem meã, hæc patina exhilarasset Hilarionē monachum euangelicum, comitatum vel centum monachis illius seculi. Paulo vero atq; Antonio, vel mensurus cōmeatus esse potuisset. T. Imò nec Petrus ille princeps apostolorum fastidisset, opinor, quum apud Simonē coriariū diuersaretur. E V. Imò nec Paulus opinor, cum coactus egestate futuriã nocturnis horis exerceret. T. Deberemus benignitati diuinæ. Sed ego malim esurire cum Petro ac Paulo, modo quod deesset corporis alimonie, abundaret in delicias animi. E. Imò discamus à Paulo, & abundare, & penuriã pati. Quum deerit, gratias agamus I H S V C H R I S T O, qui nobis suppeditet & frugalitatis & paciëntiæ materiã. Quū supererit, gratias agamus illius munificentiæ, qui nos sua liberalitate inuitet ac prouocet ad amorem sui, ac modice parcẽq; fruentes ijs, quæ largiter præ

buit diuina benignitas, pauperum mem-
 ores simus, quibus deus deesse voluit
 quod nobis superest, vt vtrisque per al-
 teros fit occasio virtutis. Siquidem nos
 bis largitur, vnde subuenientes egesta-
 ti fraternæ, misericordiam ipsius pro-
 mereamur: & illi nostra liberalitate re-
 creati, gratias agunt deo pro bona me-
 te nostra, nosque precibus suis illi com-
 mendant. Et recte venit in mentem.
 Heus puer, dic vxori, vt ex assis qua
 superant, mittat Gudulæ nostræ. Est vi-
 cina quædã grauida, tenui fortuna, sed
 animo beatissima. Matrus nuper de-
 cessit, homo profusus & ignauus, qui
 nihil vxori reliquit, præter liberorum
 gregem. T. CHRISTVS iussit dare
 omni petenti, id si facerem, intra men-
 sem ipsi mihi mendicandum esset. Nã
 Opinor CHRISTVM sentire de his,
 qui petant necessaria. Nã qui petunt imò
 qui flagitant, vel extorquent potius ma-
 gnas summas, quibus extruunt cœnatio-
 nes Lucullianas, aut quod peius est, qui-
 bus alant luxum ac libidinem suam, ijs ne-
 gare quod petunt, eleemosyna est imò
 rapina est, largiri malevferis, quod de-
 bebant presenti necessitati proximi. Vn-
 de mihi videntur vix excusari posse à
 peccato capitali, qui sumptibus immo-
 dicis aut extruunt, aut ornant monaste-
 ria seu templa, quum interim tot vici
 CHRISTI tēpla fame periclitentur,
 nuditate horreant, rerumque necessaria-
 rum inopia discruciantur. Quum essem

apud Britannos, vidi tumbā diuī Tho-
 me gēnis innumeris summiq; pretij
 ornata, præter alia miracula diuitiarū
 ego malim ista, quæ superflua sūt, elar-
 giri in vsus pauperum, q̄ seruare satras
 p̄s aliquādo semel omnia direpturis,
 ac tumbā ornare frondibus ac floscu-
 lis id, opinor, gratius esset illi sanctis-
 simo viro. Quū essem apud Insulres,
 vidi monasteriū quoddā ordinis Car-
 tusiani nō ita procul à Papia. In eo tē-
 plum est, intus ac foris, ab imo vsq; ad
 summum cādido marmore constructū,
 Et ferè quicquid inest rerum, marmo-
 reum est, velut altaria, cōlunnæ, tunc
 hæc. Quorsum autē attinebat tantū pec-
 uniarum effundere, vt pauci monachi
 solitarij canerent in tēplo marmoreo,
 quibus ipsis templū hoc oneri est, non
 vsu, quod frequēt̄ infestēt̄ ab ho-
 spitibus, qui non ob aliud eō se confer-
 rūt, nisi vt spectent templū illud mar-
 moreum. Atq; illic cognoui, quod stul-
 tū etiā est, illis legatā in singulos an-
 nos tria millia ducatorū in structurā
 monasterij. Et sunt, qui putent esse ne-
 cessariū, eam pecuniā in pios vsus auer-
 tere, præter mentē testatoris. malūtaq;
 demoliri quod instarent, quam non
 edificare. Hæc quoniā insignia sunt,
 vsus est cōmemorare, quanquā sunt
 passim in tēplis nostris exempla: p̄t̄
 multa similia. Hæc mihi videtur auer-
 bitio, non elemosina. Diuites ambifit
 sibi monumentum in templis, in quib;

bus olim nec ditius locus erat. Curât se
 sculpiendos ac pingendos, additis etiâ
 nominib⁹, ac beneficij titulo. Atq; his
 de rebus bonâ templi partē occupant,
 olim opinor postulaturi, vt ipsorū ca-
 dauera in ipsis reponâtur altarib⁹. Di-
 cet aliquis, An horum munificentiam
 existimas rejiciendam? Nequaquam, si
 templo dei dignum sit, quod offerant.
 Sed ego si sacerdos aut episcop⁹ essem,
 hortarer crassos illos aulicos, aut nego-
 tiatores, vt si vellent sua peccata redi-
 mere apud deum, ista clanculum effun-
 derent in subsidîū eorū, qui vere pau-
 peres sunt. Isti putant perire pecuniâ,
 quâ sic frustulatum & clanculū in pe-
 sentem egestatem tenuium subleuan-
 dam dissipatur, cuius nullū erit apud
 posteros monumentum. Ego puto nul-
 lam inelus collocari ea, quâ ipse Chri-
 stus sibi vult imputari, certissimis de-
 bitor. ¶ An non putas recte collocari,
 quod datur monasterijs? ¶ Et his
 viderem non nihil, si diues essem, sed da-
 rem ad necessitatē, non ad luxum, tum
 his, inter quos sentirem vigere studiū
 veræ religionis. ¶ Multi iudicant non
 tam modum belle collocari, quod datur
 istis mendicis publicis. ¶ Et illis nō
 nihil dandū est aliquādo, sed cum de-
 lectu. At mihi cōsulētū videatur, si sin-
 gule ciuitates suos alerent, nec ferren-
 tur erones huc & illuc circumcurritū-
 tes, præsertim validi, quibus op⁹ sup-
 peditandū sentio potius, q̄ pecuniâ. ¶

Quibus igitur potissimum dandum ces-
 ses, quantum, & quatenus? R. Hoc mihi
 ad unguem describere difficillimum sit.
 Primum, animum adesse oportet, qui
 cupiat omnibus subuenire. Deinde pro
 mea tenuitate quod possum impartio,
 quoties sese offert occasio, præsertim
 his, quorum & paupertas & integritas
 mihi nota est: hortor & alios ad bene-
 ficentiam, si me defecerint facultates. T.
 Sed permittisne nobis hic in tuo re-
 gno libere loqui? R. Imò liberius, quàm si
 domi vestre sitis. T. Nō probas in tē-
 plis sumptus immodicos, & has ædes
 multo minoris ædificare poteras. R. V.
 Equidē arbitror has intra mūdiciē cō-
 sistere, aut si mauis elegantiam, certe ab-
 sunt à luxu, ni fallor. Ædificāt magnifi-
 centius, qui mēdicato viuunt. Et tamē
 hi ipsi horti mei qualesquales sunt, ve-
 stigial pendūt egenis: & quotidie sum-
 ptibus aliquid detraho, in me meosq;
 frugalior, quō possim esse in pauperes
 munificentior. T. Si istum animū ob-
 tenerent omnes, permulti melius ha-
 berent, quos nunc egestas grauat indi-
 gnos: & ex aduerso multi min⁹ essent
 obesi, digni quos egestas doceat sobri-
 etatem ac modestiam. R. Fortasse sic res
 habet, sed vultisne vt hæc insipida bel-
 laria re quapiam suauis cōdiam⁹? T. Pl⁹
 satis est deliciarū. R. At ego hinc de-
 promam, q̄ ne saturi quidē fastidiatis.
 T. Quid est? R. Codex est euāgeliorū,
 vt quod lautissimū habeo, vobis depro-
 h. ij.

nam in fine conuiuij. Recita puer ab
 eo loco, vbi proxime destitisti. p. Ne
 mo potest duob⁹ dominis seruire. Aut
 enim vnum odio habebit, & alterū di
 liget: aut vnum sustinebit, & alterum
 contemnet. Nō potestis deo seruire &
 mammonæ. Ideo dico vobis, ne solici
 ti sitis animæ vestræ quid māducetis,
 neq; corpori quid induamini. Nōne
 anima plus est q̄ esca, & corpus plusq̄
 vestimētū? e. Redde codicem. In hoc
 loco mihi I E S V S C H R I S T V S vi
 detur bis idem dixisse. Etenī si pro eo
 quod pri⁹ dixit, odio habebit, mox po
 nit contemnet: & pro eo quod prius
 posuerat, diliget, mox vertit, sustine
 bit: cōmutatis personis, existit eadem
 sententia. τ. Nō fatis assequor quid
 velis. e. Demonstramus igitur ratio
 ne mathematica, si videtur. In priore
 parte pro vno pone A, pro altero B
 rursus in posteriore pro vno pone B,
 pro altero A, verso ordine. Aut enī A
 odio habebit, & B diliget: aut B susti
 nebit, & A contemnet. Nōne hic pa
 lam est, A bis odio haberi, & B bis di
 ligi? τ. Perspicuum est. e. Atqui hæc
 coniūctio, aut, præsertim repetita, ha
 bet emphasim sententiæ cōtrariæ, aut
 certe diuersæ. Alioqui, nōne absurde
 diceretur, Aut Petr⁹ me vincet, & ego
 cedā: aut ego cedam, & Petrus me vin
 det? τ. Lepidū, ita me deus amet, so
 phisma. e. At tū demū mihi videbit
 tur lepidū, si hoc ex vobis didicero. τ.

Animus somniat ac parturit mihi ne-
 scio quid: si iubetis, quicquid est, profe-
 ram in mediū, vos eritis vel oniropos
 li, vel obstetrices. **II.** Quāquam vulgo
 mali ominis habetur somniorum me-
 minisse in conuiuio, & parum sit vere-
 cundum, coram tot viris fortum eni-
 ti, tamen nos istud somnium siue ma-
 nis partum animi tui libēter excipie-
 mas. **III.** Mihi videtur i hoc sermoe
 ne res cōmutari poti⁹ quā persona.
 Et hanc vocem vnū & vnū non refer-
 ri ad A & B, sed vtraq; pars refertur
 ad vtrumlibet: vt vtrumcunq; delege-
 ris, ei iā opponatur, quod significatur
 per alterum. Quasi dicas: aut excludes
 A, & admittes B: aut A admittes, &
 excludes B. Hic videtis manente per-
 sona, rem esse translatam. Atq; hoc ita
 dictū est de A, vt nihil referat, si idem
 enūties de B, hoc pacto: aut B exclu-
 des, & admittes A: aut admittes B, &
 excludes A. **IV.** Sanè argute tu quidem
 problema nobis explicuisti, neq; quise-
 quam mathematicus melius depinxis-
 set in puluere. **V.** Illud me magis mo-
 uet, quòd hic prohibet esse sollicitos
 de crastino, quū Paulus ipse laborarit
 manibus victus parandi causa, atq; idē
 acriter increpet otiosos & ex alieno vi-
 uere gaudentes, admonens vt laborēt,
 ac manibus operentur quod bonū est,
 vt sit vnde tribuant aliquid necessita-
 tem patienti. An non pij sanctiq; la-
 bores sunt, quibus maritus tenuis alit

vxorem sibi charissimam, dulcisq; li-
 beros? T. Ista quaestio, mea sententia,
 varijs modis dissolui potest. Primum,
 vt ad illa tempora potissimum perti-
 neat, Apostolis ob euangelij prædica-
 tionem late vagantibus, eximenda erat
 sollicitudo victus vndecumq; suppeditandi,
 quibus non vacabat opera ma-
 nuaria cibum quaerere: praesertim cum
 nullam artem scirent, praeter piscatio-
 nem. Nunc alia ratio temporum est, &
 otium amplectimur omnes, laborem
 fugimus. Altera dissoluendi ratio est:
 CHRISTVS nō interdixit industriā,
 sed solitudinem. Et solitudinē in-
 telligit iuxta vulgarem hominum af-
 fectum, qui nulla de re magis anxij
 sunt, q̄ de parando victu, vt omnibus
 rebus omissis, hoc solū agant, huic vni
 curae sint addicti. Id propemodum in-
 dicat ipse dominus, cū negat eundem
 duobus dominis seruire posse. Seruit
 enī qui toto pectore addictus est. Pre-
 cipuam igitur curam vult esse euāge-
 lij propagandi, non solam. Ait enim,
 Primum quaerite regnum dei, & haec
 adijcientur vobis. Non dicit, solū que-
 rite: sed, primū quaerite. Ceterū, in vo-
 ce crastini, puto hyperbolen esse, quū
 significet in longinquum, qui mos est
 auaris huius mundi, vt posteris etiam
 anxie parent & quaerant. R V S. Acci-
 pim⁹ tuam interpretationem: sed quid
 sibi vult quod ait, Ne solliciti sitis ani-
 mae vestrae, quid edatis? Corpus veste

tegitur, at non edit anima. T. I. M. A. animam vt opinor, hic vitam appellat. Ea periclitatur, si cibum subduxeris: non item, si vestē detraxeris, quæ magis datur pudori, quàm necessitati. Et si quem affligit nuditas, nō statim occidit: at inedia certissima mors est. R. Nō satis video quomodo cohereat cū hac sententia, quod adiecit: Nōne anima plus est quàm esca? & corpus pl⁹ quam vestimentum? Nam si vita magni pretij est, tanto magis aduigilandum ne pereat. T. Hoc argumentum non adimit nobis sollicitudinem, sed auget. R. V. S. At nō hoc sentit CHR. B. P. S. T. V. S. quod interpretaris, sed hoc argumento nobis addit fiduciam de patre. Si pater benignus, gratis & de suo dedit id quod charius est, etiā adijciat id quod vilius est. Qui dedit animam, non negabit alimoniam: qui dedit corpus, adijciat alicūde vestem. Illius igitur benignitate freti, non est quod discruciemur sollicitudine curaq; rerum infimarum. Quid igitur superest, nisi vt vtentes hoc mundo, tanquam non vtamur, totam curam ac studium nostrum transferamus in amorem rerum caelestium, atque reiecto mammona, imò toto satana cū omnibus suis prestigijs, vni domino, toto & alacri pectore seruiamus; qui non destituet filios suos. Sed interim nullus attingit bellaria. His certè cum gaudio vesci licet, quæ non magna cura nobis

boni proueniunt. T. Abunde satiffa-
 tum est corpusculo. R. Vellens quidē
 & animo. T. Atq; vberius etiā animo.
 R. Hæc igitur tolle puer, ac labrū ap-
 pone. Lauem⁹ amici, aut si quid forte
 eōmissum est in hoc cōuiuio, purgati
 cānamus hymnū deo. Perficiā, si vider-
 tur, quod ceperam ex Chrysofthio.
 T. Rogamus. R. Gloria tibi domine,
 gloria tibi sancte, gloria tibi rex: quo-
 niā dedisti nobis tescas, imple nos gau-
 dio & lætitia in spiritu sancto, vt inue-
 niamur in cōspectu tuo acceptabiles.
 nec pudefiam⁹, quādo reddes vnicuiq;
 scēdū opera sua. R. Amen. T. Profe-
 cto pius & elegans est hymn⁹. R. Hūc
 diuus Chrysofthius non dedignatur
 etiam interpretari. T. Quoniam locos
 R. V. In Mattheum, homilia 56. T. R.
 Non omittam, quia hodie legam. Sed
 illud vnum interim ex te cupio discer-
 re, cur ter optamus Christo gloriam,
 idq; triplici cognomine, domini, sancti
 & regis? R. Quoniam illi debetur om-
 nis gloria, sed nobis triplici nomine
 potissimum est glorificāndus, quod suo
 sacrosancto sanguine redemerit nos à
 tyrannide diaboli, sibi que afferuerit,
 vnde & dominum illum vocamus. De
 inde quod non contentus gratis con-
 donasse nobis omnia peccata, per spū
 ritum suum contulit nobis & iustitiā
 suam, vt sectemur ea, quæ sunt sancti-
 moniæ. Atq; ob id sanctum eū voca-
 mus, q̄ sit sanctificator omnium. Por

stremo, q̄ ab eodē speramus premiū
 regni celestis, vbi ille iam sedet ad dex
 xteram dei patris, atq; hinc nobis rex
 dicitur. Atq; hanc totam felicitatē illi
 eius erga nos gratuita bonitati debe
 mus, quod pro domino vel tyrāno pos
 titus diabolo, dominū habem⁹ **I E S V S**
C H R I S T V S: pro inimicitia & for
 dibus peccatorum, innocētiā ac sancti
 moniam: pro gehenna, gaudia vitæ ce
 lestis. **T.** Pia profecto sententia. **R.** Quo
 niam nunc primum vos hic accēpi. cō
 uenio, nō dimittā vos absq; xenijs, sed
 talibus, qualis fuit apparatus. Heus pu
 er, profer apophoreta nostra. Siue for
 tiri placet, siue sibi quisq; malit deligē
 re, minimū refert, eiusdē ferē precij sūt
 omnia, hoc est, nullius. Non enim sunt
 fortes. Heliogabali, vt huic obuēnant
 equi centum, illi totidem musca. Sunt
 libelli quatuor, horologia duo, lucer
 nula, & theca cū calamis Mēphiticis.
 Hæc arbitror magis conuenire vobis
 q̄ opobalsamum, aut dentifricium, aut
 speculū, si vos noui satis. **T.** Adeo bella
 sunt omnia, vt nobis difficilis sit ele
 ctio. ipse magis pro tuo arbitrata dis
 tribuito, sic gratius etiā erit quicquid
 obtigerit. **R.** Hic libellus in mēbranis,
 habet prouerbia Solomonis, sapiētiam
 docet, & auro pictus est, quod aurū ha
 beat sapiētiae symbolū. Hoc dabit ca
 no. nostro, vt iuxta doctrinā euangelicā
 est, habēti sapiētia detur sapiētia & et
 uberet. **T.** Certe optabit vt min⁹ egeat
 h. v.

Sophronio congruet horologium, hunc
 ex extrema Dalmatia profectum, ut vel
 sic commendem munusculum meum.
 Noui enim quam ille sit parcus tempo-
 ris, quam nullam omnino portionem
 rei pretiosissimae, sinat abire sine fru-
 ctu. s. Imò pigri admones diligentiae.
 E. Hic libellus habet in membranis euā-
 gelium secundum Mathæum, gemma
 tegi merebatur, nisi nullum esset illi scri-
 nium aut theca charior quam pectus homi-
 nis. Illic igitur recondito Theophile,
 quo magis hoc sis, quod diceris. T. Effi-
 ciam, ne prorsus male collocasse videa-
 ris tuum munus. E. Hic sunt epistolae
 Pauli, quas tu libenter tecum circumfers
 Eulali, qui Paulum semper habere so-
 leas in ore: nec haberes in ore, nisi esset
 in pectore: posthac commodius erit etiā
 in manibus, oculisque. E. Istud non est
 dare munus, sed dare consilium. Porro
 bono consilio nullum est munus pretio-
 sius. E. Lucernula conveniet Chryso-
 stomo, anagnostae insatiabili, & ut M. Tul-
 lius inquit, librorum heluoni maximo.
 T. Bis habeo gratias: Primum pro munere
 non vulgariter eleganti: deinde quod
 somniculosum admones vigilantiae. E.
 Theca calamaria debet Theodidactis,
 felicissime ~~...~~ atque calamos et
 ego felicissimos esse iudico, quibus cele-
 brabitur gloria domini nostri IESU
 CHRISTI, tali praesertim artifice. T.
 Utinam & pectus suppeditare possit,
 quomodo admodum suppeditas instrumenta

ta. B. Hic codex habet aliquot Plutarchi libellos de moribus, sed selectos, & à quodam Græcæ literaturæ peritissimo non in scite descriptos, in quibus tantum reperio sanctimoniam, ut mihi prodigio simile videatur, in pectus hominis ethnici tam euangelicas potuisse venire cogitationes. Hic dabitur Vranio iuueni & ΦΙΛΙΑΛΗΝ. Superest horæ logium, id cedat nostro Nephelio, patricissimo temporis dispensatori. N. Habemus gratiam, non solum pro munusculis, verumetiam pro testimonijs. Nam isthuc non tam est distribuere xenia quam elogia. B. Imò ego vobis habeo gratiam duplici nomine: Primum quòd nostram exilitatem boni confusulitis: Deinde quòd eruditè iuxta ac pijs sermonibus refecistis animum meum. Ego vos quomodo acceptos dimittam nescio, certe ego vos relinquam melior ac doctior. Scio vobis non esse vordì fistulas, aut moriones, ac multo minus aleam. Quare, si videtur, fallemus horulam spectandis reliquis regiam meam miraculis. T. Isthuc eramus abs te flagitaturi. Z. Apud bonæ fidei promissorem non est opus flagitare. Hanc aulam æstiuam, opinor vos iam satis contemplatos. Habet triplicem prospectum, & quoquo versum deflectis oculos, occurrit viror hortorum gratissimus. Vitreis fenestris volubilibus, si videat, licet excludere celum, si nebulis aut vepis sit incommodius: licet & deus vale

nis foris admotis ac tenuib⁹ intus ex-
 cludere solē, si quid offendat cętus. Hic
 quā prandeo, videor in horto prādere,
 nō in domo. Nam & parietes virētes,
 suos habent insperfos flosculos, sunt &
 picturæ nō iuenuitę. Hic CHRIS TVS
 supremā comotationē agitāt cū ele-
 ctis discipulis. Hic natalitia celebrat
 Herodes funesto cōiuiuo. Hic euāgeli-
 cus ille diues epulatur splendide, mox
 descensurus ad inferos: Lazarus repel-
 litur à foribus, mox excipiendus sinu
 Abrahę. T. Hoc argumentū non satis
 agnoscimus. B. Cleopatra est cū Anto-
 nio luxu decertās: iā vnionē ebibit, al-
 teri manū admouit detractura. Hic pu-
 gnāt Lapithę. Hic Alexāder Magnus
 hasta trāsuerberat Clitum. Hęc exēpla
 nos admonēt sobrietatis in cōiuiuo, &
 à crapula luxūq; deterrēt. Nūc ad eam⁹
 bibliothecā, non illam quidem multis
 instructam libris: sed exquisitis. T. Lo-
 cus hic planē diuinitatem quandā prę-
 se fert, adeo nitēt omnia. B. Hic videte
 præcipuam partem opum mearū. Nā
 in mensa nihil vidistis nisi vitreum ac
 stanneum, nec est in tota domo vas vl-
 lum argenteum præter vnum poculū
 inauratum, quod ob amorem eius, qui
 dono dedit, religiose seruo. Hęc sphæ-
 ra pensilis totum orbem ponit ob ocu-
 los. Hic in parietibus singulæ regio-
 nes fusiore spatio depictę sunt. In reli-
 quis parietibus videtis insignium au-
 thorum imagines. Nam omneis depin-

gere fuerat infinitum. CHRISTVS
 primum habet locum, porrecta manu
 sedens in monte. Capiti imminet pa-
 ter, dicens, Ipsum audite, Spiritus san-
 ctus expansis alis, multa luce comple-
 ctitur illum. T. Opus, ita me deus bene
 amet, Apelle dignum. E. Adiunctum est
 bibliothecæ museon quoddam angustum,
 sed elegans: quod submota tabula, ostē-
 dit foculum, si quid offenderit frigus.
 In æstate videtur solidus paries. T I.
 Hic mihi gēmea videntur omnia. Est
 & mira odoris gratia. E. Hoc mihi præ-
 cipue studio est, vt niteat domus, & be-
 ne oleat. Vtraq; res minimo constat.
 Habet bibliotheca suum ambulacrum
 pensile spectans in hortum, & huic ad-
 hæret sacellum. T. Locus numine di-
 gnus. E. Nunc adeamus illa tria ambu-
 lacra, quæ imminent ijs, quæ vidistis
 ad hortum domesticum spectantia. In
 his superioribus utroq; prospectus est,
 sed per fenestras, quæ possunt ocludi,
 præsertim in his parietibus, qui nō spe-
 ctant hortum interiorem, quo domus
 sit tutior. Hic ad læuam, quia plus est
 lucis, & paries raris fenestris interrup-
 ptus, ordine depicta est tota vita I E-
 S V ex narratione quatuor euangelista-
 rum vsq; ad missum spiritum sanctum, &
 primam prædicationem apostolorum ex A-
 ctis. Additæ sūt & locis notæ, vt agno-
 scat spectator iuxta quod stagnum, aut
 in quo monte res gesta sit. Additi sunt
 tituli, paucis verbis subnotantes totum

argumentum, velut illud quod dicitur
 a I E S V, Volo, mundare. Ex aduerso
 respondent figuræ, & vaticinia veteris
 testamenti, præsertim è prophetis &
 psalmis, qui nihil aliud habent quàm
 C H R I S T I vitam & apostolorū, alie
 ter narratam. Hic nonnunquam obam
 bulo mecum fabulans, & animo cōtem
 plans illud ineffabile consiliū Dei, quo
 per filium suū restituere voluit genus
 humanum. Nonnunquā adest vxor co
 mes, aut amicus quispiā, qui rebus pijs
 delectetur. T. In hac domo cui posset
 obrepere tedium? N. Nulli qui didicerit
 secum viuere. In summa ora picturæ,
 velut extra ordinem, addita sunt capita
 Pontificum Romanorum cum suis ti
 tulis. Ex aduerso capita Cæsarū ob me
 moriam hystoriæ. In vtroq; cornu pro
 minet pensile cubiculum, vbi liceat in
 terquiescere, & vnde spectare licet pos
 marium & auiculas nostras. Hic in ex
 tremo angulo prati videtis aliud ædifi
 cium, vbi cœnamus nonnunquā estiuis
 mensibus, & vbi curatur, si quem forte
 è familiaribus corripuerit morbus ob
 contagium formidabilis. T. Quidā ne
 gant huiusmodi morbos esse vitādos.
 E. Cur ergo vitant foueā, aut venenū?
 An hoc minus timent, quia nō vidēt?
 Nec basilisci venenum videtur, quod
 afflat oculis. Vbi res poscat, non dubi
 tem pro necessarijs venire in vitæ dis
 crimen. Sine causa subire vitæ pericu
 lum, temeritas est: alios in vitæ pericu

lum adducere, crudelitas. Sunt & alia
quædã non iniucunda spectatura: ea mãm
dabo vxori, vt ostēdat. Manete hic vel
totum triduum, & hanc domũ putate
esse vestram. Pascite oculos, pascite ani
mos. Nam me negotia quædã aliò voc
cant. Est equitandum in pagos aliquot
vicinos. T. Ob rem pecuniariã. B. Ego
tales amicos non relinquerem pecunię
gratia. T. Fortassis venatio parata est
alicubi. B. Planē venatio est: sed aliud
venor quãni apros aut seruos. T. Quid
igitur. B. Dicam. In vno pago decubit
amicus quidam nō sine periculo vitę.
Nam corpori metuit medicus: ego ma
gis metuo animę illius. Nam mihi vl
detur parum recte compositus ad emi
grandum, sicut dignum est Christiano:
huic adero meis hortatibus, vt si
ue moriatur, siue reualescat, bono ipsi
us fiat. In altero dissidium acrē natum
est inter duos, non malos quidem il
los, sed tamē peruicacis ingenij viros.
Quod si exasperetur, vereor, ne plures
secum trahat in cōfortium similitatis.
Admitar totis viribus, vt hos redigam
in gratiã. Nã vtriq; sum veteri necessi
tudine iunctus. Hęc sunt, quę venor.
Quod si venatio successerit ex animi sē
tētia, si ual hic celebrabimus. T. T. T. T. T.
T. Pia venatio, p̄fecamur vt tibi. D. De
lia c h r i s t i y s aspiret. B. Hęc prædã
ego malĩ, q̄ obuenire mihi hereditate
bis mille ducatos. T. Mox rediturus. B.
Nō nisi tētatis omnibus. Quare certũ

APOTHEOSIS

tempus non possum prescribere. Vos interim meis perinde ac vestris fruamini, & valete. T. Dominus I. E. S. V. S. te feliciter deducat ac reducat.

CONVIVII RELIGIOSI

FINIS.

FOMPILIUS, BRASSICANVS.

De incomparabili heroe Ioanne Reuchlino in diuorū numerum relato.

VNde nobis petasatus BERAS. E Thubingua. P. Nihilne isthic rei nouat B. Equidem demiror vsque adeo morales omnes teneri isti quadam rerum nouarum. At ego Loqanij Camelum quendam audiri concionantem, fugiendum quicquid esset nouum. P. Vocem Camelo dignam. Dignus erat homo, si tamen homo fuit, qui nunquam mutet veteres calceos, aut putre subligat, semper vescatur putribus ouis, nec plud bibat quāuis vapam. B. At idem, ne scis inscis, nō vsque adeo delectatur rebus veteribus, vt malitius pridianum, quā secus. P. O. Sed omisso Camelo, dic siquid adfers noui. B. R. Adfero quidem, sed, vt ille siebat, malum. P. Q. Atqui isthuc ipsum olim erit vetus. Ita fieri necesse est, vt si omnia vetera sint bona, omnia noua mala: quæcūq; nūc bona sūt, fuerint olim mala, & quæ nūc sūt mala, fiat olim futura bona. B. Ita videtur iuxta decretū Cameli. Imò cōsequitur, vt qui olim adulescens fuit malus fatuus, quia recens

idem nūc sit bonus fatuus, quia senuit.
 P. O. Sed age, prome quicquid est. B. R.
 Egregi⁹ ille trilinguis eruditionis phoe-
 nix Ioānes Reuchlinus vita defunctus
 est. P. Rem certam narras? B. Certior
 rem quā vellem. P. Sed quid isthuc
 mali, relicta posteris honestissimi no-
 minis immortalī memoria, ab huius
 vitæ malis demigrare in cōfortiū bea-
 torum? B. Quis isthuc tibi indicauit?
 P. Res ipsa. Nec enim potest aliter mo-
 ri, qui sic vixit. B. R. At magis etiam
 isthuc diceres, si scias, quod ego. P. O.
 Quidnam obsecro? B. Non est fas re-
 ferre. P. Quamobrē? B. Quia qui cre-
 didit, stipulatus est arcani silentium. P.
 Eadem lege cōmitte & mihi. Recipio
 tibi silentium optima fide. B. Quan-
 quā ista fides me iam saepenumero fe-
 fellit, tamen age cōmittam, præsertim
 quum res sit eius generis, yt expediat
 etiam esse notam bonis omnibus. Est
 Thuringæ quidam instituti Franciscas-
 ni, vir omnibus habitus eximię sancti-
 moniæ, præterquam ipsi. P. Magnum
 dicis argumentum veræ sanctimonie.
 B. Agnosceres homines, & fatereris ve-
 rum, si nomen æderem. P. Quid si di-
 uinem? B. Licet. P. Admoue aurē. B.
 Quid opus, quū simus soli? P. Ita mos
 est. B. Is ipse est. P. Est homo certissi-
 mæ fidei. Mihi Sibyllæ foliū erit, quic-
 quid ille dixerit. B. Audi igitur totum
 dialogum bona fide. Ægrotabat noster
 Reuchlinus, satis quidem periculose,

sed ita, vt bona spes esset, fore vt reualesceret, vir dignus qui nunquam fessisset, ægrotaret, aut moreretur. Mane uisebam meum Franciscanū, vt animi mei molestiā oratione sua leniret. Nā ægrotabam vnā cum ægrotantē amico, quem amabam vt patrē, P. Phyl, quis illum usquam non amauit, nisi vir pessimus? B. Hic Franciscanus meus, Brasficane, inquit, emoue penitus ex animo moerorem omnem. Reuchlinus noster desijt ægrotare. Quid, inquam, an subito reualuit? Nam ante biduum nō admodum læta promittebāt medici. Tū ille, Reualuit, inquit, sed ita, vt posthac non sit illi formidanda valetudo aduersa. Noli flere (nam uidebat erumpentes lachrymas) prius quā audias rē omnem. Sex dies sunt quōd hominem nō inuiseram, sed tamen quotidianis precibus illius salutem domino commendabam. Hodierna nocte quū me à matutinis hymnis in strato cōposuissem, blādus quidam, minimēq; grauis somnus obrepfit. B. Nescio quid læti mihi præfagit animus. FR. Nō est tibi læus mēs. Uisus sum mihi cōsistere ad ponticulum quendam, per quem transitus erat in pratum quoddam longe amoenissimus. Adeo blādiebatur oculis graminum & frondium plus quām smaragdinus uiror, sic arridebant incredibili colorū uarietate flosculorum stellulæ: sic spirabāt omnia, vt quod erat prætorum citra riuū, quo dirimebatur fe-

licissimus ille campus, nec viuere, nec
 virere videretur, sed mortua, inamoer-
 na, putidâq; omnia. Atq; interim dum
 totus sum in eo spectaculo, cōmodum
 præterierat Reuchlinus, præteriēs, He-
 braice precatus est pacem. Iam mediū
 pontis transferat prius q̄ sentirem, pa-
 rantem accurrere, respiciēs vetuit. Nō
 dum fas, inquit, Quinto abhinc anno
 nos sequeris. Interim eorū quæ agun-
 tur, testis ac spectator assistito. B. His
 ego Nudus erat, inquā, Reuchlinus, an
 vestitus: solus, an comitat⁹? R. Vestitū
 nihil habebat, præter vnam candidissimam,
 Damascenā esse dixisses, candore
 mire lucido: ponē sequebatur puer in-
 credibili specie, alatus: suspicabar illius
 esse genium bonum. P. Sed nullūne
 comitabatur genius malus? B. R. Imō
 aliquot, vt Franciscanus ille arbitraba-
 tur. Procul, inquit, à tergo sequebātur
 aues aliquot, pennis cætera nigris, nisi
 quòd explicatu alarū, giluas verius, q̄
 candidas plumas ostenderent. Picae, in-
 quit, videri poterant colore & voce, ni-
 si quòd singulæ sedecim picas æquarēt
 magnitudine corporis, nihilo minores
 vulturibus, cristā gestantes vertice, ro-
 stris & vnguibus aduncis, vêtre promi-
 nente, Harpyiæ videri poterant, si tres
 modo fuissent. P. Quid moliebantur
 istæ furiæ? B. Procul, inquit, obstrepebāt
 heroi Reuchlino, & impetituræ vide-
 bātur si licuisset. P. Qui minus licuit?
 B. R. Quia versus Reuchlinus obiecta

manu crucis imaginē exprimēs: Abite,
 inquit, quò dignū est, malæ pestes. Sa-
 tis sit vobis negotium facessere morta-
 libus: in me iam immortalibus ascri-
 ptum, nihil habet iuris vestra demen-
 tia. Vix ea dixerat, inquit Frāciscanus,
 mox abierant foedissimæ volucres, sed
 relicto foetore, ad quem collatum ole-
 tum videri posset sanfucinū, aut folia-
 tum. Deierabat se citius vel ad inferos
 descensurum, quàm sustineret iterum
 afflari tali thymiamate. P. Male sit il-
 lis pestibus. B R. Sed audi cætera quæ
 narrauit mihi Franciscanus. Dum hæc
 intentus contemplor, inquit, iam ponti-
 vicinus erat diuus Hieronymus, qui
 Reuchlinū hisce verbis compellabat.
 Salue collega sanctissime, Datum est
 hoc mihi negotium, vt te exceptū de-
 ducam in cōfortium cælitū, quod tuis
 sanctissimis laboribus destinauit diui-
 na benignitas. Simūlque vestem protu-
 lit, qua Reuchlinum induit. Tum ego.
 Dic, inquā, mihi quo cultu, quæve spe-
 specie videbatur Hieronymus? Erātne
 tam senilis, quàm illum pingūt, aut cu-
 cullam habebat, aut galerum ac palliū
 Cardinalitium, aut leonem comitem?
 Ad hæc ille. Nihil, inquit, istiusmodi.
 Species erat amœna, quæ sic ætatē tes-
 tabatur, vt nihil haberet squaloris, di-
 gnitatis plurimam. Quorsum autem
 illic opus erat comite leone, quem illi
 pictores adiunxerunt? Vestem gerebat
 ad talos vsq; demissam, crystallum di-

ceres pellucidū . Eiusdem erat formæ,
quam Reuchlino tradidit. Tota vndiq;
picta erat linguis, triplici colorum va-
rietate . Quædam pyropum præ se fe-
rebant, nonnullę smaragdū, tertię sap-
phirum. Pellucebāt omnia, nec medio-
crem gratiam addebat ordo. P. O. Con-
iunctio id fuisse insigne trium linguarū,
quas calluerunt. B. R. Non est dubium.
Nam & fimbriæ, trium linguarum li-
teris, triplici colore distinctis viseban-
tur inscriptæ . P. O. Num incomitatus
aderat Hieronymus? B. Incomitatus,
inquis? Totus ille campus obsidebatur
myriadibus Geniorū, nec aliter opple-
uerāt aerem totum, quàm videmus in
solis radijs volitare minuta corpascu-
la, quæ vocant *ατομα*, si tamen à re tam
humili huc ducēda est cōparatio. Neq;
cælum videre licuisset, neque campum,
nisi pellucerent omnia . P. Euge Reu-
chlino gratulor. Quid deinde factum
est? B. R. Hieronymus, inquit, honoris
gratia cōplexus dextrum Reuchlinū,
deduxit in medium pratum . Ibi col-
lis erat in medio prominens . In hu-
ius vertice vterque alterum blando os-
culo complexus est. Atque interea va-
sto hiatu cælum superne diduxit sese,
maiestatē quandam inenarrabilem ex-
hibens, sic vt ad eam speciē cætera pe-
ne sorderēt, quæ tamen antea videban-
tur esse mirifica . P. Nō possis aliquam
imaginem nobis depingere? B. R. Qui
possim ego, qui non vidi? Is qui vidit

negavit se ullis vocibus, vel somnium rei posse depingere: tatum hoc aiebat, se vel millies mori parum, si liceat iterum eo spectaculo quamlibet exiguo momento frui. P. O. Quid tandem? B. Exhiatu cæli demissa est ingens columna igne pellucida, sed amœno: per eam in complexu duæ sanctissimæ subiectæ animæ sunt in cælum, choris angelicis tanta melodia delinientibus omnia, ut Franciscanus neget se unquam eius voluptatis meminisse posse, quin erupât lachrymæ. Sequuta est mira fragrantia. Vbi somnus reliquit hominẽ, si tamen ille somnus dicendus est, erat dementi similis non credebat sese esse in cellula sua, requirebat pontem ac pratum suum, nec aliud loqui, nec aliud cogitare poterat. Seniores eius collegij, ubi senserunt rem nõ esse fabulosam (nam compertum est eadem hora terris excessisse Reuchlinum, qua visio viro illi sanctissimo apparuit) concordibus animis egerunt gratias Deo, qui benefacta piorum præmijs amplissimis remuneratur. P. O. Quid igitur superest, nisi ut sanctissimi viri nomen ascribamus calendario sanctorum? B. Id ego facturus erã, etiam si nihil tale vidisset Franciscanus: & quidem aureis literis proxime diuum Hieronymum. P. Emoriar, nisi idem facturus sum codice meo. B. Quin & in meo larario, stabit aureus inter diuos selectos. P. Stabit & in meo vel gemmens, si suppetat animo faculo

tas. B. Ponetur & in bibliotheca Hieronymo proximus. P O M. Addetur & meæ. B. Imò si grati volent esse, idem facient omnes, qui colunt & amant linguas, ac bonas literas, præsertim sacras. P O. Dignus est videlicet. Sed nihil te mouet ille scrupulus, quòd nondum relatus est in numerum diuorum auctoritate Romani pontificis f. B R. Quis canonizauit. (sic enim vocant) diuum Hieronymum? quis Paulum? quis Virginem matrem? Vtrorù memoria sanctior apud pios emneis, horù quos insignis pietas, quos ingenij vitæ q3 monumenta cõmendant affectibus omnium an Catinæ Senensis, quam in diuarù numerum retulisse fertur Pius, eius nominis secundus, in gratiam ordinis & vrbis? P. Vera prædicas. Ille demù verus cultus est, qui sponte celo dignis meritis defunctorù exhibetur, quorum beneficia perpetuo sentiuntur. B. Quid igitur, putas tu huius viri mortem deplorandã? Dixit vixit, si quid ea res facit ad felicitatem hominis. Reliquit nunc quam intermissura virtutis suæ monumenta. Benefactis cõsecrauit nomen suum immortalitati. Nunc exemptus malis, celo fraitur, & cum Hieronymo confabulatur. P. At multa passus est in vita. B R. Sed plura passus est diuus Hieronymus. Felicitas est ob bona pati à malis. P O. Fateor certe, ob optima à pessimis multa perpeffus est Hieronymus. B R. Quod olim fecit satis

nas per scribas & phariseos in domo
 num I E S U M, hoc & nunc facit per
 phariseos quosdam in optimos quos
 que viros, ac de genere mortalium suis
 vigilijs bene merentes. Nunc ille me
 tit optimam messem pro semine, quam
 fecit. Interim nostrae partes erunt, illius
 memoriam habere sacrosanctam, illius
 nomē ferre laudibus, ac subinde illum
 salutare verbis huiusmodi, O sancta
 anima, sis felix linguis, sis felix lingua
 rum cultoribus, faueto linguis sanctis,
 perdito malas linguas, infectas veneno
 gehennae, p. Ita faciam, ac sedulo pra
 dicabo ceteris vt idem faciant. At non
 dubito multos futuros, qui precatione
 culam aliquam desiderent, quando quis
 dem hoc receptum, qua sanctissimi her
 rois memoriam celebrent. B R. Hoc di
 cis, quod isti collectam appellant? R.
 Scilicet. B R. Hanc paraueram & ante
 mortem, p. Recita quae so. B. Amator
 humani generis deus, qui donum lin
 guarum, quo quondam apostolos tuos
 ad Euangelij praedicationem per spiri
 tum tuam sanctum calitus instruxeras,
 per electum famulum tuum I O H A N N E M
 Reuchlinum munda tenuisti, da vt
 omnibus linguis omnes vbique predi
 cent gloriam filij tui I E S U, vt cofun
 das linguas pseudapostolorum, qui con
 iurati substruunt impiam turrim Babel,
 tuam gloriam obscurare conantes, dum
 suam student attollere: quam vni tibi
 debeat omnis gloria cum I E S U filio

tuo domino nostro, & spiritui sancto
in æterna secula, Amē. P. Elegās pro-
fecto & pia precatio: dispereā nisi mihi
hi quotidie dicetur. Et hunc occursum:
mihi felicē duco, qui sem tam latam
ex te didicerim. B R A. Isto gaudio diu
fructuere, ac vale. P O M. Vale tu quoq;
B. Valebo, sed non coctius.

PROCI ET PVLLAE. P A M.

Salve crudelis, salve ferrea, salve ad-
Santantina. M A R I A. Salve tandem
& tu Pamphile, quoties & quantum vo-
les, & quocūq; libet nomine. Sed inter-
rim mihi videris oblit⁹ nominis mei;
Maria vocor. P. At Martiā dici oportu-
tuit. M. Quid ita queso? Quid mihi
cum Marte? P. Quis quædammodum
illi deo pro ludo est, homines interfla-
cere, ita & tibi: nisi quod tu Marte cru-
delior occidis etiam amantem. M. Bo-
na verba. Vbinam strages ista mortu-
lium, quos ego occidi? Vbi sanguis in-
terfectorum? P. Vnum cadaver vides
exanime, si modo me vides. M. Quid
ego audio? Mortuus loqueris & obam-
bulas? Vtinam mihi nunquam occur-
rant umbrę formidabiliores. P. Ludis
tu quidem, tamen interisti miserū ex-
animas, & crudeli⁹ occidis, quā si cō-
foderes telo. Nunc longo cruciatu ex-
carnificor miser. M. Eho dic, quot gra-
vidæ ad tuum occursum abortierunt?
P. Atqui pallor arguit exanguem mā-
gis quā vlla sit umbra. M A R. Atqui
iste pallor tinctus est viola. Sic palles,

ut densum maturefcens, aut vus pur
 purascēs. P. Satis proaciter rides mi
 ferum. M. Atqui si mihi nō credis, ad
 motie speculū, P. Non optarim aliud
 speculū, nec arbitror esse clarius vllū,
 q̄ in quo nūc me cōtēplor. M. Quod
 speculū mihi narras, P. Oculos tuos.
 M A. Argutator, vt semper tui similis
 es. Sed vnde doces esse exanimum tes
 Ancibum capiunt vmbrae? P. Capiūt,
 sed insipidum, qualem ego. M. Quib⁹
 igitur vescuntur? P. Maluis, porris &
 lupinis. M. Atqui tu nō abstines à ca
 pis & perdicibus. P. Verum, sed inter
 rim nihilo plus sapiunt palato meo,
 quam si maluis vescerer, aut betis abs
 que pipere. M A. O te miserum, & ta
 men int̄rim obesulus es. An & loquū
 tur exanimes? P. Sic vt ego, voce per
 quam exili. M. Atqui nuper cum au
 direm te conuiciantem rivali tuo, vox
 non erat admodum exilis. Sed obsecro
 te, num etiam ambulat vmbrae? num
 vestiūtur? num dormiunt? P A. Etiam
 coeunt, sed suo more. M A. Næ tu sua
 vis nugator es. P A M. Sed quid dices,
 si argumētis Achilleis euincam, & me
 esse mortuum, & te esse homicidam?
 M. Absit omen Pamphile, sed aggre
 dere sophisma. P A M. Primum illud
 mihi donabis, opinor, mortem nihil a
 liud esse, quam abductionem animæ à
 corpore. M A. Largior. P A. Sed ita,
 vt ne reposcas quod dederis. M A. Nō
 fiet. P A M. Tum haud inficiaberis, eū

qui alteri adimit animam, homicidam
 esse. M A. Accedo. P A M. Concedes &
 illud, quod à grauissimis authoribus
 dictum, tot seculorum suffragijs com-
 probatum est, animam hominis non il-
 lic esse vbi animat, sed vbi amat. M A.
 Istuc explana crassius, non enim satis
 assequor, quid velis. P A. Et hoc sum
 infelicior, quòd isthuc non eque sentis
 atque ego. M A. Fac vt sentiam. P A.
 Eadē opera fac vt sentiat adamas. M.
 Equidem puella sum, nō lapis. P A M.
 Verum, sed adamante durior. M. Sed
 perge colligere. P A M. Qui corripit-
 tur afflatu diuino, nec audiunt, nec vi-
 dent, nec olfaciunt, nec sentiunt etiam
 si occidas. M A. Audiui sanē. P. Quid
 coniectas esse in causa? M A R. Dic tū
 philosophe. P A. Nimirum quoniā a-
 nimus est in cælis, vbi habet quod ve-
 hementer amat, & abest à corpore. M.
 Quid tum postea? P A M. Quid tum
 dura? Illud cōsequitur, & me esse mor-
 tum, & te esse homicidam. M A. Vbi
 est igitur anima tua? P A. Illic vbi a-
 mat. M A. Quis autem adimit tibi a-
 nimā? Quid suspiras? Dic libere, dices
 impune. P A M. Crudelissima quædam
 puella, quam ego tamen ne mortuus
 quidē odisse possum. M. Humanū in-
 geniū. Sed cur illi vicissim non adimis
 suā animā, par pari, quod aiūt, referēs?
 P. Nihil me felicius, siquidē liceat fa-
 cere permutationē, sic vt illius anim-
 vicissim demigret in pectus meū, quò-

admodū meus animus totus demigra-
 vit in corpus illius. M. At, licetne mi-
 hi tecū vicissim paulisper sopherā age-
 res? P. Sophistriā. M. Nū fieri potest,
 vt idem corpus sit animatum, & exa-
 nimes? P. Non, eodem quidem tempo-
 re. M. Quum abest anima, tum more-
 tuum est corpus? P. Est. M. Nec ani-
 mat, nisi quum adest? P. Esto sanē. M.
 Qui fit igitur, vt cum ibi sit vbi amat,
 animet tamen corpus, vnde demigra-
 uit? Quod si animat, etiā cū amat ali-
 bi, quomodo vocatur exanime corpus,
 quod animatum est? P. Argutare tu
 quidem satis sopherice, sed me talibus
 pedicis non capies. Anima quæ mode-
 ratur vtcunq; corp^o animātis, improp-
 rie dicitur anima, cum reuera sint te-
 nues quædam animæ reliquię, non ali-
 ter quā odor rosarum manet in ma-
 nu, etiam rosa submota. M. Difficile
 est, vt video, vulpē capere laqueo. Sed
 illud respōde, Nonne agit qui occidit?
 P. Maxime. M. Et patitur, qui occidi-
 tur? P. Scilicet. M. Qui fit igitur, vt cū
 qui amat, agat: quæ amatur, patiatur:
 occidere dicatur, quæ amatur, cū amās
 potius occidat seipsum? P. Imò con-
 trā, qui amatur patitur, quæ amat agit.
 M. Istuc nūquam euinces apud Aree-
 pagitas grammaticos. P. A. M. At eum
 tam apud Amphictyones dialecticos.
 M. Verum, ne graueris & illud respon-
 dere: volens amas, an nolens? P. A. Vo-
 lens. M. A. Cū igitur liberum sit non

amate, videtur homicida sui quisquis amat, præterque ius accusat puellam: P. Atqui puella nō ideo occidit, quod amatur, sed quod non amat mutuum. Occidit autē, quisquis seruare potest, nec seruat. M. Quid si iuuenis amet incōcessa, hoc est, vxorem alienam, aut virginem Vestalem? num illa amabit mutuum, vt seruet amantem? P. Sed hic iuuenis amat, quod amare fas piūq; est, atq; etiam æquum & bonū, & tamen occiditur. Quod si leue est homicidij crimen, & veneficij reā peragam. M. Istuc prohibeant superi. An Circeæ quampiam ex me facies? P. A. Aliquid & ista crudelius. Nam porcus aut vrsus esse malim, q̄ id quod nunc sum, exanimis. M. Quo tandem veneficij genere perdo homines? P. Fascino. M. A. An igitur vis, vt posthac abs te deflectā noxios oculos? P. A. Bona verba. Imō magis afflecte. M. Si mihi sunt oculi fascinatores, qui sit, vt non contabescant & cæteri, quos obtueor? Itaq; suspicor, fascinū istud esse in tuis oculis, non in meis. P. A. Non sat tibi erat iugulare Pamphilum, ni insultes insuper? M. O lepidum mortuum. Sed quando parabuntur exequiæ? P. Opinione tua celerius, ni tu succurras. M. Egon rem tantā possum? P. Potes vel mortuum ad vitam reuocare, idq; minimo negotio. M. Si quis mihi porrigat panacē. P. Nihil opus herbis, tantum redama. Quid autem facili⁹ simō

P R O C I E T

quid æquius? Non aliter absolueris ab homicidij crimine. M A. Apud quod tribunal peragar reas? Areopagitarum? P A M. Non, sed apud tribunal Veneris. M A. Aiunt deam esse placabilem. P A. Imò nullius ira perinde formidabilis. M A. Habet fulmen? P A. Non. M A. Habet tridentem? P A. Nequaquam. M A. Habet hastam? P. Minime, sed est dea maris. M A. Non nauisgo. P A. Sed habet puerum. M A. Non est formidabilis ætas. P A. Vindicem ac peruicacem. M A. Quid is mihi faciet? P A. Quid faciet? Prohibeāt omnes superi. Nolim enim illi malū omninari, cui bene volo. M A. Tamen effare, nulla mihi superstitio est. P. Dicā ergo. Si hunc spreueris amantem, non omnino mutuo indignum amore, nisi fallor, ille fortasse iussu matris immittet tibi pessimo veneno tinctum iaculum, vt in fordīdam aliquē depereas, qui te tamen nō redamet. M. Supplicium narras abominandū. Ego sanè vel mori præoptarim, quàm perditè amare deformē, nec amore mutuo respondentem. P A. Atqui nuper huius mali fuit exemplū insigniter editū in puellam quandā. M. Vbi locorum? P. Aureliæ. M. Quot anni sunt? P A. Quot anni? Vix sunt mēses decem. M. Puellæ quod erat nomen? Quid hæres? P. Nihil, noui tanq̄ te. M A. Quin igitur ædis nomen? P. Quia nō placet omē. Vtinā alio quouis nomine dicta fuisset

set. Idem habebat nomē quod tu. M.
Pater quis erat? P. Viuit adhuc, inter
iurecōsultos præcipui nominis, re splē
dida. M. Adde nomē. P. Maurici^o. M.
Cognomen. P. Aglaius. M. Viuit ne
mater? P. Nuper reliquit superos. M.
Quo morbo periit? P. A. Quo morbo
rogas? moerore. Et pater, tametsi vir cū
primis fortis, periclitabatur. M. Licēt
ne scire matris quoq; nomē. P. Maxi
me, Sophronā nemo nō nouit. Sed qd
sibi vult ista percōtatio? An me putas
apologū cōminisci? M. Egon' de te su
spicarer hoc? Hæc suspicio pronior est
in sexum nostrū. Sed narra, quid acci
derit puellæ. P. A. Puella erat honesto
loco nata, vt dixi, re lauta, forma perq̄
elegantis: quid multis? digna principe,
marito. Huius nuptias ambiebat pro
cus quidā illi non dissimilis. M. Quo
nomine? P. Hei mihi, offendor omine,
Pāphilus & ille dict^o est. Illa nihil nō
tentatē pertinacissime spreuit. Iuue
nis, dolore contabuit. Nec ita multo
post, illa deperire coepit in quendā, si
miū. verius q̄ hominē. M. Quid ais?
P. Adeo perditæ, vt satis dici nō queat.
M. Tam elegans puella tam deformē?
P. Vertice acuminato, raro capillitio,
etq; lacero & impexo, surfure ac lēdi
bus oppleto, plerāq; cranij cutē nuda
nerat alopecia, oculis refugis, narib^o si
mais ac sursum hiantib^o, ore sparso, dē
dib^o putridis, balbutiēte lingua, mēto
scabioso, scapulas deformabat gibbus,

veter prominul⁹, crura vara. M. Ther-
 siten quēpiam mihi depingis. P. Imò
 aiunt illi non fuisse nisi vnam auricu-
 lam. M. Altera perierat illi fortasse in
 bello. P. Imò in pace. M. A. Quis hoc
 ausus est? P. Dionysius carnifex. M. A.
 Fortasse formę infelicitatem pensabat
 res ampla domi. P. Imò decoxerat, ac
 plus quàm animam debebat. Cum hoc
 marito tam insignis puella nūc degit
 ætatem, ac subinde vapulat. M. Rem
 miserā narras. P. Sed verā. Sic visum
 est Nemesei iuuenis spreti contumeliā
 vlcisci. M. Ego citius optarim extin-
 gui fulmine, q̄ talē ferre maritum. P.
 Ergo ne prouoca Nemesim, & amara-
 tem redama. M. Siquidē isthuc fatis
 est, redamo. P. Sed optarim istū amo-
 rem esse perpetuū ac propriū: coniu-
 gem ambio. nō amicam. M. Neq; me
 id fugit, sed diū deliberandū est in eos
 quod semel coeptū rescindi nō potest.
 P. Apud me quidem nimiū diū deli-
 beratū est. M. Vide autē ne tibi impo-
 nat amor, nō optimus consultor. Nam
 cæcum esse ferunt. P. Sed oculatus est,
 qui ex iudicio nascitur. Non ideo mihi
 talis videris, quòd amem te: sed ideo te
 amo, quòd talē te cōspexerim. M. At
 vide ne nō satis me perspectā habeas.
 Si calceū induisses, tū demū sentiret,
 qua parte te vrgeret. P. Iaciēda est a-
 lea, quāq; ego multis augurijs colligo
 rem meli⁹ cessurā. M. Etiā augur est
 a. Sū. M. Quib⁹ igitur augurijs collis-

gist Anvolauit noctua? P. Illa volat stultis. M. An à dextris aduolauit iugū colūbarū? P. Nihil istiusmodi. Sed mihi iā annis aliquot perspecta est pbitas tuorum parentum: ea primum auis est nō pessima, è bonis prognatam esse. Neq; me clam est, quā salubribus monitis, quā sanctis exēplis apud hos sis instituta. Et plus est bene institui, q̄ bene nasci. Habes alterum augurium. Adhæc meis maioribus non omnino malis, ni fallor, iam olim cū tuis amicitia non vulgaris intercedit: quin & nos inter nos à teneris, quod aiunt vnguiculis noti sumus, nec male cōuenit genijs nostris. Iam ætas inter nos, res, dignitas, nobilitas, inter vtriusq; parētes penē paria sunt. Demum, quod est in amicitia præcipuum, tui mores mihi videntur non pessime quadrare, ad meum ingenium. Potest enim per se præclarū esse, quod tamē nō fit aptū. Quā mei vicissim tuo congruant, ne scio. Hæ videlicet aues, mea lux, mihi promittunt fore inter nos felix, perpetuum, ac lætum iucandūmq; cōnubiū, modo ne tuus animus mali ominis cætionem mihi occinat. M. Quam cantiulenam optas? P. Ego præcinam, sum tuus: tu succine, sum tua. M. Breuis quidē cantiuncula, sed longum habet epiphonema. P. Quid refert quā longū, modo lætum? M. Adeo mihi es iuuisus, vt nolim te committere, cuius in posterum poeniteat. P. Desine male ominari.

M. Fortassis alia tibi videbor, vbi mor-
 bus aut ætas hanc formam immutave-
 rit. P. Nec hoc corpus, ô bona, semper
 erit æque succulentum, sed ego non cõ-
 templor tantum istud vndique florens
 & elegans domicilium, hospitem ma-
 gis adamo. M. Quem hospitẽs P. Anis-
 mum istum tuum, cuius decor semper
 cõ ætate crescet. M. Næ tu plus quàm
 Lynceus es, si istum perspicis per tot
 tectoria, P. Animum animo perspicio.
 Ad hæc, in communibus liberis sub-
 inde repubescemus. M. Sed interim pe-
 nit virginitas. P. Verum. Sed eho, dic
 mihi, si tibi esset elegans pomarium,
 optares illic nihil vnquam gigni præ-
 ter flores: an malle delapsis floribus,
 videre arbores maturis pomis grauis-
 das? M. Vt argutatur. P. Saltem illud
 responde, vtrum est elegantius specta-
 culum, vitis humi iacens & compute-
 scens: an amplexa palmam aut viminum,
 eamque purpureis vuis degrauians? M.
 Responde tu mihi vicissim, vtrum spe-
 ctaculum amoenius, rosa nitens & la-
 ctea in suo frutice, an decerpta digitis,
 ac paulatim marcescens? P. Ego rosam
 existimo feliciorẽ, quæ marcescit in
 hominis manu, delectans interim &
 oculos & nares, quàm quæ senescit in
 frutice. Nam & illic futurum erat vt
 marcesceret, quæadmodum felicius est
 vinum, quod bibitur antequàm acescat.
 Quanquam non statim marcescit flos
 puellæ: si nupserit, imò video multas,

quæ ante nuptias pallebant, languebant, ac velut extabescebant, ex congressu viri sic enituisse, ut tum demum florere cœperint. *M.* Attamen favorabilis ac plausibilis apud omnes est virginitas. *P.* Elegans quidem res puella virgo, sed quid prodigiosius anu virginem? Nisi matri tuæ defluxisset flos ille, nos istum flosculum non haberemus. Quod si, ut spero, non sterile fuerit nostrum coniugium, pro vna virgine multas dabimus. *M.* Attamen aiunt, rem deo gratissimam esse castitatem. *P.* Et ideo castam puellam mihi cupio nubere, ut cum illa caste viam. Magis erit animorum quam corporum coniugium. Gignemus reipublicę, gignemus **C H R I S T O**. Quantulum aberit hoc matrimonium à virginitate? Et fortasse olim sic conuiuemus, quemadmodum vixit cum Maria Ioseph. Sed interim discemus virginitatē. Nō enim statim peruenitur ad summum. *M.* Quid ego audio? Violanda virginitas, ut discatur? *P.* Quid nisi? Quēadmodum paulatim bibendo vinum parcius, discimus esse abstemij. Vter tibi videtur tēperantior, qui in medijs delicijs accumbens abstinet, an qui semotus ab his quæ prouocant intemperantiā? *M.* Arbitror eū fortius temperantem, quem parata copia non potest corrumpere. *P.* Vtri verius debet laus castitatis, ei'ne qui semet execat, an qui mēbris integris, tamē abstinet à Venere? *M.* Equidem posteriori, meo

calculo tribuerim laudē castitatis, prior
 i dementiam . P. At qui voto astricti
 abjurāt matrimonium; nōne quodā
 modo execant sese? M. Videtur. P. Iam
 non est virtus non coire. M. An nō est?
 P. Sic accipe. Si per se virtus esset, non
 coire, vitium esset coire. Nunc incidit
 vt vitium sit, nō coire, coire virtus. M.
 Quādo hoc incidit? P. Quoties ab vxo
 re ius suum petit maritus , præsertim
 si prolis amore quærit complexum. M.
 Quid si lasciuiat, non est fas negare? P.
 Fas est monere, vel rogare potius blā
 dius, vt temperet, pernegare instāti fas
 non est. Quanquā hac quidem in par
 te raras audio querelas maritorum de
 suis vxoribus. M. At dulcis est libertas.
 P. Imò grauis est sarcina virginitas .
 Ego tibi rex ero, tu mihi regina: impe
 rabimus familiæ nostro arbitrato. An
 tibi videtur ista esse seruitus? M. Vul
 gus cōiugium capistrum vocat. P. Sed
 ipsi vero capistro digni sunt, qui sic vo
 cant. Dic mihi quæso, an non animus
 tuus est alligatus corpori? M. Videtur.
 P. Non aliter quàm auicula caueæ. Et
 tamen consule illum, an cupiat esse li
 ber. Negabit opinor. Quāobrē? Quia
 libenter est alligatus. M. Res est vtrin
 que modica. P. Tāto tutior. Eam tu do
 mi augebis parsimonia , quæ non sine
 causa dicta est magnum vestigal , ego
 foris industria. M. Innumeras curas se
 cū adferunt liberi. P. Sed ipsē innume
 ras voluptates , ac sepe numero multo

cuta foenore reponunt parentibus offi-
 cium. M. Misera quædam res est orbis
 tas. P. An nunc orba non es? Quid autē
 opus in re dubia, male ominari? Dic
 mihi vtrum malles, nunquam nasci, an
 nasci moritura? M. Equidem malim na-
 sci moritura. P. Sic miseriore est orbitas,
 quæ prolē nec habuit, nec habitura est
 quemadmodum feliciores sunt, qui vi-
 xerunt, quàm qui nec nati sunt, nec na-
 scentur vnquam. M. Qui sunt isti, qui
 non sunt, nec erunt? P. Quanquam qui
 recuset ferre casus humanos, quib⁹ om-
 nes ex æquo sumus obnoxij, siue ple-
 bei sumus, siue reges, is è vita migret
 oportet: & tamē quicquid acciderit, tu
 nō feres nisi dimidium, ego maiorem
 portionem in me transferā. Ita si quid
 acciderit læti, gemina fiet voluptas: si
 quid mali, societas adimet dimidium
 ægritudinis. Mihi vero, si fata vocent,
 dulce fuerit vel immori tuis cōplexi-
 bus. M. Facilius ferunt homines, quod
 iuxta communes naturę leges accidit:
 sed video, quanto plus molestiarū adfe-
 runt nōnullis parētibus liberorū mo-
 res, quàm mortes. P. Istius rei ne quid
 accidat, maxima ex parte in nobis sitū
 est. M. Qui sic? P. Quoniam ferè boni
 nascuntur ex bonis, quod ad indolem
 attinet. Neq; enim è columbis nascun-
 tur miluij. Dabimus igitur operam vt
 ipsi boni simus. Deinde curabimus li-
 beros nostros ab ipso statim lacte san-
 ctis præceptis & opinionibus imbuens

dos. Plurimum refert, quid infundat
 rudi testulæ. Ad hæc curabimus, vt do-
 mi habeant exemplum vitæ, quod imi-
 tentur. M. Difficile est quod narras. P.
 Nec mirum, quia pulchrum est, atque
 ob hoc ipsum tu quoq; difficilis es. At
 tanto studijs acrioribus huc enitemur.
 M. Habebis sequacem materiam, tu vi-
 de, vt me formes fingasq;. P. Sed inte-
 rim pronuntia tria verba. M. Nihil fa-
 cilius. sed verba simulatq; semel euo-
 larint, non reuolant. Dabo consilium
 vtriq; commodius. Ages cum tuis ac
 meis parentibus, vt vtrorunq; volun-
 te res transigatur. P. Ambire me iubes,
 tu potes tribus verbis rem certam red-
 dere. M. An possim nescio, mei iuris non
 sum. Nec sine maiorum authoritate,
 olim coibat coniugia. Verum vtcunq;
 est, arbitror auspicius fore nostrum
 coniugium, si parentum authoritate co-
 eat. Et vestrum est ambire, nobis deco-
 rum non est. Gaudet enim rapi virgini-
 tas, etiam si nonnunquam vehementius
 amemus. P. Non pigebit ambire, modo
 ne me frustretur tuum vnus suffragi-
 um. M. Non frustrabitur, bono animo
 esto mi Pamphile. P. Tu mihi hic reli-
 giosior es quam vellere. M. Imò tu tuum
 ipsius suffragium apud te prius expen-
 de. Nec affectum istum tuum adhibe
 in consilium, sed rationem. Quod affe-
 ctus decernit, temporarium est: quod
 autem dicitur ratio, perpetuo solet pla-
 cere. P. Næ tu pulchre philosopharis,

itaque parere certum est tuis consilijs.
M. Non poenituerit obsequij. Sed heus
tu, incidit interim scrupulus, qui meū
animum male habet. P. Valeant scrup
puli. M. Vin' me nubere mortuof P A.
Nequaquam, sed reuixero. M. Amouit
sti scrupum. Bene vale mi Pamphile.
P. Isthuc tu cura. M. Precor tibi lætam
noctem. Quid suspiras? P. Lætam nos
ctem ais? Vtinam largiaris quod pre
caris. M. Ne quid præpropere, adhuc
tua messis in herba est. P. Nihil'ne tui
mecum auferam? M. Hunc pastillum,
qui tibi cor exhilaret. P. Adde saltem
osculum. M. Cupio tibi virginitatem
integram & illibatam tradere. P A M.
An osculum aliquid decerpit virginis
tatis? M. Vis igitur vt alijs quoque lar
giar oscula? P. Nequaquam, mihi serua
ri volo mea oscula. M. Tibi seruo. Quā
quam est aliud, quur in præsentia nec
ausim dare osculum. P. Quid isthuc?
M. Ais tuum animum penè totum de
migrasse in corpus meū, in tuo quàm
minimum superesse: vereor itaque ne
in osculo hoc ipsum quod in te super
est, transiliat in me, tūque iam totus
fias exanimis. Accipe igitur dextram,
mutui amoris symbolum, ac bene va
le. Tu gnauiter rem gere. Ego interim
C H R I S T V M comprecabor, vt quod
agitur, vtrique nostrum velit esse fe
lix ac faustum.

VIRGO ΜΙΣΟΓΑΜΟΣ.

EVBUVS, CATARINA.

GAudeo tãdem finitam esse coenã,
 vt liceat hac frui deambulatione,
 qua nihil amœnius. c. Et me iam tãde
 bat sessionis. E. Quãm vernat, quãm ar
 ridet vndiq; mūdus. Hęc nimirum est
 illius adolescentia. c. Sic est. E. At cur
 tuum ver non æque arridet? c. Quãm
 obrem? E. Quia subtristis es. c. An via
 deor alio vultu quãm soleo? E. Vis ostē
 dam te tibi? c. Maxime. E. Vides hanc
 rosam, sub imminētem noctem folijs
 cōtractioribus? c. Video. Quid tū post
 ea? E. Talis est vultus tuus. c. Bella col
 latio. E. Si mihi parū credis, in hoc fon
 ticulo contemplare teipsam. Quid sibi
 tandem volebant & inter coenandum
 ista tam cerebra suspiria? c. Desine per
 contari, quod tua non refert scire. E.
 Imò mea refert maxime, qui non pos
 sum esse hilaris, nisi te quoque videam
 hilarem. Ecce autem iterū suspirium,
 hui quãm ex imo pectore ductum. c.
 Est quod angat animum, sed effari nō
 est tutum. E. Mihi nō dices, qui te cha
 riorē habeo sorore propria? Mea Ca
 tarina, ne verere quicquid est rei, tuto
 depones his auribus. c. Vt tuto dicam,
 vereor ne frustra dicam non auxiliatur
 ro. E. Qui scis? Si non re ipsa, fortassis
 consilio, consolandōque iuvero. c. Non
 possum eloqui. E. Quid isthuc est rei?
 odisti me? c. A. Sic odi, vt mihi minus
 charus sit meus germanus: & tamen

animus nō fert vt eloquar. E. Pateberis
 igitur si diuinaro? Quid tergiverfaris?
 Promitte, alioquin non omittam vrge
 re. C A. Age, promitto. E V. Primum
 ego non video quid tibi desit ad sum
 mam felicitatem. C A T. Utinam vera
 prædicares. E. Primum adest ipse flos
 ætatis. Nam, nisi fallor, agis annū iam
 decimū septimū. C. Sic est. E. Non
 dum igitur, opinor, discrutiat te metus
 senectæ. C. Nihil minus. E. Adest for
 ma nulla parte non felix, est & istud
 præcipuum dei donum. C. De forma
 qualis qualis est, nec gloriōr, nec que
 ror. E. Tum color & habitudo corpo
 ris indicat te esse prospera valetudine,
 nisi quid est morbi occultioris. C A. Ni
 hil istiusmodi, gratia deo. E. Fama est
 integra. C. Ita confido. E. Adest inge
 nium isto dignum corpore, felicissimū,
 & quale mihi optem ad liberales disci
 plinas. C. Si quod est, dei manus est. E.
 Nec deest morū amabilis gratia, quam
 in felicissimis etiam formis non raro
 desideramus. C. Optarim equidem mo
 res me dignos. E. Multorum animos
 deicit generis infelicitas: tibi parentes
 sunt & bene nati, & probi, & re lauta,
 & tui amantissimi. C. Hinc nihil que
 ror. E. Quid multis? Ego mihi ex om
 nibus puellis, quas habet hæc regio, nō
 delegerim aliam sponsam, q̄ te, si quod
 sidus mihi prōsperum affulgeret. C A.
 Nec ego mihi deligerem alium spons
 sum, si placeret vllum coniugiū. E. Et

tamen magnū quiddā esse debet, quod sic discrutiat animū tuum. c. Est omnino non leue. E. Non ægre feres, si diuinem? c. Iam pollicita sum. E. V. Expertus noui, quanta crux sit amor. Age fateri nunc, promissisti. c. Amor est in causa, sed non eius generis, cuius tu suspicari. E. V. Quod genus tu mihi naras? c. Diuina. E. Equidem consumpsi omnem diuinationem meā. Et tamen non omittam hāc manū, donec extorsero quid sit. c. Vt violentus es. E. Depone in sinum meum, quicquid isthuc est curæ. c. Quando sic urges, dicam. Iam inde à teneris annis me mirus quidam affectus habebat. E. V. Quis obsecro? c. Vt adiungerer collegio sacrarū virginū. E. Vt fieres monacha? c. Sic habet. E. Hem, pro thesauro carbones. c. Quid ais Eubule? E. Nihil, mea lux, tussiebam. Sed perge dicere. c. A. Huic animo meo semper pertinacissime resistere parentes. E. Audio. c. Ego contra precibus, blāditijs, lachrymis oppugnabam parentum pietatē. E. Res mirra. c. Tandem cum ego nullum facerē finem orandi, obsecrandi, obtestandi, lachrymandi, polliciti sunt, vbi peruenissem ad annum decimumseptimum, sese obtēperaturos volūtati meæ, si modo tum idem perstaret animus. Venit is annus, manet idem animus, parētes tamen contra promissum pernegant, hoc est quod discrutiat animū meum. Aperui morbum meum, tu nunc medi

cum age, si quid potes. E. Primum illud
 dabo consilium, suauissima virgo, ut mo-
 dereris affectibus tuis, & si id non con-
 tinget quod vis, id velis quod possis.
 c A. Emoriar, nisi quod volo assequar.
 E V. Et unde concepisti istum fatalem
 affectum? c A. Olim admodum puella
 ducta sum in quoddam virginum col-
 legium, circumducebamur, ostendeban-
 tur omnia, placebant virgines vultibus
 nitentibus, videbantur angelæ, in tem-
 plo nitebant omnia, atque etiã fragra-
 bant, nitebant horti cultissimi. Quid
 multis mihi non arridebat, quocumque
 vertebam oculos. Accedebant ad hæc blã-
 dissima virginum colloquia. Vnã atq;
 alteram illic reperi, qui cum olim in-
 fantula lusitare consueui. Ex eo tẽpore
 coepit animus ardere eius vitæ deside-
 rio. E V. Nõ sum improbaturus sacra-
 rum virginum institutum, quanquam
 non omnia conducunt omnibus, sed hæ-
 bita tui genij ratione, quem mihi vi-
 deor ex vultu, moribûsq; tuis collegisse,
 suaferim, ut nubas marito tui simili,
 tuæq; domi nouum instituas collegi-
 um, cuius maritus agat patrem, tu ma-
 trem. c A. Emoriar citius, quàm virgi-
 nitatis propositum deseram. E V. Res
 est egregia virginitas, si pura sit, sed ni-
 hil necesse est, ut hac gratia dedas te in
 collegium, unde non possis postea exi-
 mi. Licet apud parentes virginitatem
 tueri tuam. c A. Licet, at non perinde
 tutõ. E. Imò ut ego arbitror, aliquan-

to tutius, quàm apud illos, crassos, semper
 per cibo distētos monachos. Nec enim
 castrati sunt, ne tu sis insciens. Patres
 vocantur, ac frequenter efficiūt, vt hoc
 nomen vere cōpetat in illos. Olim nusquam
 quā virgines honestius viuebāt quàm
 apud parentes, nec alium habebant pa-
 trem quàm episcopū . Sed obsecro dic
 mihi, quod tibi collegium ex omnibus
 delegisti, cui te addicas in seruitutem?
 c. Chryserciū. E. Agnosco, ædibus pa-
 ternis vicinū . c. Recte. E. Atqui pul-
 chre noui totū hoc sodalitiū, dignū
 vero ob quod patrem ac matrē, & cog-
 natam tibi honestāmq; familiam re-
 pudies. Nam ille patriarcha iam pridē
 & ætate, & vino, & natura delirus est,
 nec illi quicquam iam sapit præter vi-
 num. Habet duos sodales se dignos, Io-
 annem & Iodocum: quorum Ioannes,
 vt fortasse vir malus non est, ita nihil
 habet viri, præter barbam, eruditionis
 ne pilum quidem, prudentiæ non mul-
 to plus . Iodocus adeo stupidus est, vt
 nisi veste sacra commendaretur, obam-
 bularet publicitus in cuculla fatui cum
 auriculis ac tintinnabulis . c. Mihi vi-
 dentur viri boni. E. Melius istos noui
 quàm tu, mea Catarina. Isti fortasse sunt ti-
 bi patroni apud parentes, vt efficiāt te
 profelytam suā. c. Iodocus maxime fa-
 uet. E. O fautorem: sed fac isthic nunc
 esse viros doctos ac bonos, cras erūt in-
 docti ac mali: & quicumq; obtigerint,
 tibi erunt ferendi. c. Offendunt me in

ædibus paternis crebra conuiuia, nec
 semper virginea sunt quæ illic dicuntur
 inter coniugatos. Et aliquoties fit, vt
 osculum negare nō possim. B. Qui vis
 tare studet quicquid offendit, is ē vita
 migret oportet. Ita sunt aures assuefa-
 ciendæ, vt audiāt omnia, nec tamen ni-
 si bona transmittāt in animū. Parētes,
 opinor, permittūt tibi cubiculū pecu-
 liare. c. Maxime. E. Eō te subducas li-
 cebit, si quod conuiuū acciderit turbu-
 lētius: & dū illi potant ac nugantur, tu
 cōfabulare cū spōso tuo CHRISTO,
 ora, psalle, gratias age. Non te inquina-
 bit domus paterna, sed tu reddes eam
 puriorem. c. A. Attamen tutius est esse
 in sodalitiū virginum. E. Non impro-
 bo castum sodalitiū, nolim tamen te
 falli falsa imaginatione. Vbi illic versa-
 ta fueris aliquandiu, vbi propius inspe-
 xeris, fortassis nō perinde nitebunt om-
 nia, vt tibi quondam nitere videbātur.
 Nec omnes virgines sunt, mihi crede,
 quæ velum habent. c. Bona verba. E.
 Imō bona verba sunt, quæ vera sunt,
 Nisi fortasse elogiū, quod nos hacten⁹
 iudicauimus esse virgini matri propri-
 um, ad plures transijt, vt dicantur & à
 partu virgines. c. Abominor. E. Quin
 insuper, nec alioquin inter illas virgi-
 nes sunt omnia virginea. c. Nō? Quā-
 obrē, obsecro? E. Quia plures inueniū-
 tur quæ mores æmulentur Sapphūs, q̄
 quæ referant ingenium. c. Istuc quid
 sit, non satis intelligo. B. V. Atq; ideo

hæc verba facio ; ne quando intelligas
 mea Catarina. c. At tamen animus eò
 fertur, atq; hinc colligo hūc spiritum
 à deo proficisci , q̄ tot iam annis per
 seuerat, & in dies fit acrior. E. Imò mi
 hi hoc nomine suspectus est iste tuus
 spiritus, quòd sic repugnant optimi pa
 rentes. Afflasset & illorum animos de
 us, si piū esset quod moliris. Sed istum
 spiritū hausisti ex illis nitoribus, quos
 admodum puella vidisti, ex blādis vir
 ginum alloquijs, ex affectu erga vete
 res sodales, ex cultu sacro, ex ceremo
 nijs sanè quàm speciosis, ex improbis
 hortatibus stultorum monachorū, qui
 in hoc te venantur, vt largius potent.
 Sciunt patrem esse liberalem ac benig
 num, aut illum habebunt conuīam,
 sed hac lege, vt secum adferat vinum,
 quod decem strēnuis potoribus sat sit,
 aut ipsi potabunt apud illū. Quare ti
 bi fuerim author, ne quid noui tentes
 inuitis parentibus, in quorum potesta
 te nos deus esse voluit. c A. In hoc ne
 gotio piū est contemnere patrem &
 matrem. E. C H R I S T I causa piū est
 alicubi negligere patrē & matrē, neq;
 enim pie faciat, qui Christianus patrē
 Ethnicum , cuius omne vitæ præsidū
 pendeat à filio, deserat, sinātque perire
 fame. Si nondum esses professa C H R I
 S T V M in baptismo, & parentes veta
 rēt te baptizari, pie faceres, si C H R I V
 S T V M præferres impijs parentibus.
 Aut si nunc parentes adigerent ad imū

pietatem aut turpitudinē, contemnenda esset illorum authoritas. Sed quid hoc ad collegium? Et domi **C H R I S T V M** habes. Natura dicitur, deus approbat, Paulus hortatur, leges humanæ sanciant, ut filij obediant parentibus: & tu te subduces ab authoritate patrum optimorum, ut pro vero patre, te dedas factitio, & pro vera matre, tibi asciscas alienam: aut potius, ut pro parentibus tibi dominos, ac dominas asciscas? Nam parentibus, ita es obnoxia, ut tamen te liberā esse velint. Unde & liberi vocantur filij familiās, quod absint à conditione seruorum. Nunc te pro libera tēdis vltro seruam reddere. Christiana clementia maxima ex parte submouit omnem illam veterū seruitutē, nisi quod in paucis regionibus adhuc resident vestigia. At inuentum est sub prætextu religionis nouum seruitutis genus. Nihil ibi licebit, nisi ex præscripto: quicquid obuenerit tibi, illis accrescet: si quò pedem moueris, retraheris è fuga, perinde quasi parētem veneno necaueris. Quòq; sit euidentior seruitus, commutant vestem, quā dedere parentes, & ad exēplum priscū eorum, qui olim seruos essent mercati, commutant nomen in baptismo inditum, ac pro Petro, siue Ioanne, vocant Franciscum, aut Dominicum, aut Thomā. Petrus dedit nomen **C H R I S T O**. & Dominico initiandus vocatur Thomas. Si militaris seruus abijciat ve

ſtē à domino datā, videtur abdicaffe do-
 minū: & nos applaudim⁹ illi, qui veſtē
 accipit, quam CHRIS TV S omniū do-
 minus non dedit: & ob hanc mutatam
 grauius punitur, quā ſi centies abij-
 ciat veſtem imperatoris ac domini ſui
 quæ eſt mentis innocentia. c A. Atqui
 hoc ipſum aiunt eximiſ meriti, ſi quis
 ſe ſponte dedat in hanc ſeruitutem. E.
 Iſta vero doctrina phariſaica eſt. Pau-
 lus contra docet, vt qui liber vocatus
 ſit, ne veſit fieri ſeruus: ſed potius ope-
 ram det, vt fiat liber. Atque hoc infelio-
 cior eſt ſeruitus, quòd & pluribus do-
 minis tibi ſeruiendum ſit, & incertis,
 ac ſubinde nouis. Illud mihi reſponde,
 Emanciparunt te leges à iure parentū
 c. Nequaquam. E. Licetne igitur tibi
 emere aut vendere fundum inuitis pa-
 rentibus? c A. Minime. E. Vnde igitur
 tibi ius, vt teipſam dedas neſcio qui-
 bus, inuitis parentibus? An non tu il-
 lis chariſſima, maximèque propria eſt
 poſſeſſio? c A. In negotio pietatis ceſ-
 ſant naturæ leges. E. Negotium pieta-
 tis agitur in baptiſmo: hic tantum agi-
 tur de veſte mutanda, deq; genere vi-
 tæ, quod per ſe neq; bonum eſt, neque
 malum. Iam illud mihi conſidera, quā-
 tum commoditatum ſimul amittas cū
 libertate. Nunc tibi liberum eſt in tuo
 cubiculo legere, orare, pſallere, quantū
 & quando gratū eſt animo tuo. Quod
 ſi tædet cubiculī, licet audire cātionē
 eccleſiaſticas, ad eſſe ſacris, audire ſacra

concionas: & si quam videris matronam aut virginem egregie probam, ex eius colloquio fieri meliorem: si quem virum insigni probitate praeditum, ex eo discere, quod te reddat meliorem: licebit & concionatorem deligere, qui purissime CHRISTUM doceat. Has res omnes, ex quibus praecipuus est profectus ad veram pietatem, amittis semel ad dicta collegio. c. Sed iterum non ero monacha. e. Adhuc te mouent nomina: Rem ipsam perpendito. Illi iactant obedientiam. Num ea laus tibi deerit, si obedias parentibus tuis, quibus deus iubet obediri: si episcopo tuo, & pastori tuo? Num paupertatis, cum in parvum manibus sint, omnia? Quamquam olim in sacris virginibus praecipue laudabatur a sanctis viris, liberalitas in pauperes, eam praestare non poterant, si nihil possidebant. Porro castitati tuae nihil decedet, etiam si viuas apud parentes. Quid igitur superest? Velum, linea vestis ex intima versa in extimam, ceremoniae quaedam, quae nihil faciunt ad pietatem, neque quemquam commendant oculis CHRISTI, qui spectat animi puritatem. c. Noua praedicas. e. Sed varissima. Quum non sis emancipata a iure parentum, quum tibi ius non sit vendendi vestem aut agrum, quomodo tibi ius facis dedendi te in seruitutem alienam? c. Ius parentum, ut aiunt, non impedit ingressum religionis. e. In baptismo, nonne professa est religionem? c.

k.j.

Sum. E. Nōne religiosi sūnt, quicūq;
 sequuntur præcepta **C H R I S T I C A**.
Maxime. E. Quæ est igitur ista noua
 religio, quæ facit irritū, quod & naturæ
 lex sanxit, & vetus lex docuit, & euang-
 gelica lex comprobauit, & apostolica
 doctrina confirmauit? Est huc decretum
 non est à deo proditum, sed in mona-
 chorum senatu repertum. Sic definiūt
 quidā & matrimoniū esse ratum, quod
 inscijs, aut etiā inuitis parentib⁹ inter
 puerū & puellā per verba de presenti,
 sic enim illi loquūtur, contractum est.
 Atqui istud dogma nec naturæ sensus
 approbat, nec veterū leges, nec Moses
 ipse, nec Euāgelica aut Apostolica do-
 ctрина. **c.** An igitur putas mihi nō es-
 se fas nubere **C H R I S T O**, nisi cōpro-
 bantibus parētibus? **E.** Iam, inquā, nu-
 pisti **C H R I S T O**, & illi nupsim⁹ om-
 nes. Quæ bis nubit eidē viro? Tantū
 agitur de loco, de veste, de ceremonijs.
 Ob has res nō arbitror esse contēnen-
 dum ius parētū. Et videndū est, ne dū
 paras nubere **C H R I S T O**, nubas alijs.
c. At isti prædicāt nihil esse sancti⁹, q̄
 hic contemnere parentes. **E. V.** Ab istis
 igitur Theologis exige, vt proferant
 aliquē è sacris libris locū, qui hoc do-
 ceat: quod si non poterunt, iubeto eos
 ebibere calicē vini Belnēsis: hoc pote-
 rūt. **c.** Damnas igitur hoc totum vitæ
 institutū? **E.** Nequaquā. Verū quem⁹
 admodū nemini suadere velim, vt quæ
 se in hoc vitæ genus cōiecerit, lucretur

emergere: ita non dubitem hortari puellas omnes, præsertim indolis generose, ne se temere eò præcipitent, vnde post sese non possint explicare. c. Virges tu quidē multis ac magnis argumentis, tamē hic affectus meus eximī non potest. E. Si non persuadeo, quod tamē optarim, saltem illud fac memineris, Eubulum monuisse. Interim pro meo in te amore precor, vt tuus iste affectus felicior sit meo consilio.

E V B U L U S, E T C A T A R I N A .

TAles iantrices mihi semper optarim. c. Et ego semper tales pulsatores. E. Sed vale Catarina. c. Quid ego audio? Valebo prius quam salueās? E. Nō huc veni, vt te viderem lachrymantem. Quid sibi vult, quod protin⁹ me conspecto lachrymis suffusi sunt oculi? c. A. Quò fugis, mane, mane inquam, fumam alium vultum, & ridebimus affatim. E. Quas aues hic video? c. A. Est illius collegij patriarcha. Ne subducito te, iam perpotarūt: accumbe paulisper, illo digresso cōfabulabimur nostro more. E. Age, obtēperabo tibi, quæ mihi noluisti. Nūc soli sum⁹, narra totam fabulā, malim enim ex te cognoscere. c. Ex tot amicis, quos putabam sapere plurimū, nūc sentio nullū fuisse, qui mihi prudentius ac senilius cōsiliū dederit, q̄ tu omnium natu minimus. E. Dic, quomodo expugnasti parentum affectū? c. Primum improbis hortatib⁹ monachorū ac monacharū,

k. ij.

deinde etiam meis precibus ac blandi-
 mentis labefactatus est matris animus:
 pater nullo pacto quibat percelli. Tã-
 dem omnibus admotis machinis, & hic
 victus, & oppressus est potius quã assen-
 sit. Id factum est inter pocula: minita-
 bantur homini malũ exitiũ, si **C H R I-
 S T O** suam sponsam pernegaret. **E V.**
O improbitatẽ stolidorũ. Quid fit de-
 inde? **c.** Seruor triduo domi clam: in-
 terim semper aderat mulieres aliquot
 eius collegij, quas illi cõuersas vocant,
 hortatibus suis addẽtes animũ, vt per-
 sisterem in sancto proposito, ac solici-
 te cauentes, ne qua cognatarũ aut sode-
 lium adiret me, quæ mẽtem videretur
 mutatura. Interim adornabantur ve-
 stes, aliãq; quæ ad conuiuium attinea-
 bant. **E V.** Tibi quid interim erat ani-
 mi? num vacillabas? **c.** Non, sed passa
 sum quiddam tam horrendum, vt ma-
 lim emori decies, quã iterum perpe-
 ti. **E.** Quæso, quid isthuc erat? **c.** Non
 possum effari. **E.** Quod mihi dixeris,
 amico tuo dixeris. **c.** Promittis silen-
 tium? **E.** Id præstaturus eram, etiam si
 nulla fuisses stipulata. Quasi vero me
 nondũ noris. **c A.** Apparuit mihi spe-
 ctum horribili specie. **E.** Is nimirum
 erat genius tuus malus, qui te eò insti-
 gabat. **c.** Prorsus opinor fuisse cacode-
 monẽ. **E.** Dic mihi, quæ species erat?
 Est'ne talis qualis pingitur? rostro ad-
 unco, longis cornibus, harpyiarum vno
 quibus, prælonga cauda? **c.** Tu ludis.

At ego malim mihi terram dehiscere,
quam denuo tale videre spectrum . E.
Interim aderāt illæ mulieres hortatri-
ces? c. Non , nec vnquam illis indica-
ui, tametsi valde sciscitātibus quid es-
set mali , cum me totam exanimatam
offenderent. E. Vis tibi dicā quid fue-
rit? c. Siquidem potes. E. Illæ mulie-
res incantauerant te, vel potius excan-
tarāt tibi cerebrū. Sed interim tu per-
sistebas in sententiā? c. Maxime, nam
siebant id multis accidere, qui se cōse-
crant C H R I S T O , verum si primo
illo cōgressu superetur tentator, post,
tranquilla fore omnia. E. V. Qua pon-
pa producta es? c. Adornant me toto
mundo meo, demittunt capillos: itaq;
non aliter q̄ nuptura sponso. E. Cras-
so monacho, hem, male sit huic tussi.
c. Ex ædibus paternis clara luce deducor
ad collegiū, multis ad spectaculum
concurrētibus. E. O scitos histriones,
vt norunt agere suas fabulas simplici
populo. Quot dies egisti in illo sancto
virginum collegio? c. Fermè duode-
cim. E. Sed quæ res verterat animum
tuū tam pertinacem? c. Non dicā quid
sit , sed aliquid magni fuit . Post sex
ab ingressu dies , accerso matrem, ob-
testans, obsecrans, si me viam vellet,
vt me eximeret ab eo collegio. Illa re-
luctatur animo meo, & hortatur ad cō-
stātiā. Post, accerso patrem. Ille etiā
obiurgabat, addēs se ægre vicisse suos
affectus, vt vicissim nunc vincerē ani-

mum meū, nec hoc dedecus conſiliare
 ſibi, quod reſiliſſem ab inſtituto. Tan-
 dem vbi video me nihil proficere, re-
 ſpondeo parentibus, me, ſi ita iubeant,
 in gratiam illorū morituram. Nā hoc
 mihi certū eſſe, niſi maturē eximerer.
 Hoc audito, reduxerunt domū. E. Be-
 ne habet quod mature reſilieris, prius
 quam ſeruitutē æternā eſſes profeſſa.
 Sed nondū audio, quæ res mutarit ani-
 mum tuū tam ſubito. c. A. Hoc nemo
 mortalium ex me ſcit haſtenus, nec tu
 ſcies. E. Quid ſi diuinēſ. c. Nec diui-
 nabis, ſat ſcio: & ſi diuines, nō dicā. E.
 Tametſi cōiecto. Verū interim periſt
 ſumptus. c. Plus q̄ quadraginta coro-
 nati. E. O cōmeſſatores. Gaudeo tamē
 periſſe pecuniam te nobis incolumi-
 poſthac auſculta meliorib⁹ cōſilijs: c.
 Ita faciā, & cū piſcatore, iſta ſapiam.

CONIUGIVM.

EVLALIA, XANTHIPPE.

Salue multum exoptatiſſima mihi
 Xanthippe. x. Salue tantundē mi-
 hi chariſſima Eulalia. Videre mihi ſo-
 lito formoſior. E. Itāne ſtatim me ſcō-
 mate excipis? x. Non profeſto, ſed ita
 mihi videris. E. V. Fortaſſe noua veſtis
 commendat formam. x. Recte conie-
 ctas. Nihil iam dū vidi elegantius. Su-
 ſpicor pannum eſſe Britannicum. E. V.
 Lana Britannica eſt, tinctura Veneta.
 x. A. Mollities byſſum ſuperat. Quā
 vero blandus purpuræ color! Vnde ti-

bi tam egregium munus? E. Vnde des-
 cet honestas matronas accipere, nisi à
 maritis suis? x. O te felicem, cui talis
 contigit sponsus. At ego vellē me nu-
 pisse fungo, quum meo nuberem Ni-
 colao. E. Quid ita quæso te? tam cito
 male conuenit inter vos? x. A. Nec vn-
 quam cōueniet cum tali. Vides quā-
 sim pannosa, sic patitur vxorem suam
 incedere: dispereā, nisi sæpe pudet me
 prodire in publicū, cum video q̄ cultæ
 sint aliæ, quæ multo pauperiorib⁹ nu-
 ptere maritis. E. Matronarū ornatus
 non est in vestibus, aut reliquo corpo-
 ris cultu, quēadmodū docet diuus Pe-
 trus apostolus (nam id audiui nuper in
 concione) sed in castis ac pudicis mori-
 bus, & in ornamentis animi. Meretria-
 ces coluntur oculis multorum. Nos fa-
 tis cultæ sumus, si placeamus vni ma-
 rito. x. Sed interim ille bon⁹ vir, tam
 in vxorē parcus, strennuē prodigit do-
 tet, quam ex me non mediocrē acce-
 pit. E. Quibus rebus? x. Quibus ipsi
 visum fuerit, vino, scortis, alea. E. Bon-
 na verba. x. Atqui sic res habet. De-
 inde cū mihi temulentus ad multam
 noctē redit domū, diu expectatus, des-
 stertit noctē totā, nōnunquam & lectū
 conuomens, vt ne quid addam. E. St-
 te ipsam dehonestas, cū dehonestas ma-
 ritum. x. Emoriar, nisi mallē dormi-
 re cum scropha, quā cum tali mar-
 ito. E. Nō tu tum illū excipis iurgios⁹
 x. A. Ita vt dignus est, sentit me non

esse mutam. E. Quid ille contrasit x A.
 Initio reclamabat seuerissime, credens fore
 re vt me seuis verbis protelaret. E V.
 Nunquã ne rixa incruduit vsq; ad ver
 bera? x. Semel duntaxat eò incaluerat
 vtrinq; contetio, vt minimũ res abfue
 rit à pugna. E. Quid ego audios? x A.
 Librabat fustẽ, seuis interim clamoris
 bus intonans, ac dira minitans. E. Nõ
 ibi metuebas tu? x. Imò vicissim ego
 corripiebã tripodẽ. si cõtigisset me di
 gito, sensisset mihi non deesse manus.
 E. Nouum clypei genus. Deerat colus
 lancee vice? x. Sensisset sibi cũ viragi
 ne rem esse. E V. Ah mea Xanthippe,
 non ita decet. x A. Quid decet? Si ille
 me non habet pro vxore, nec illũ habi
 tura sum pro marito. E. At Paulus doc
 cet, vxores oportere subditas esse viris
 cum omni reuerentia. Et Petrus nobis
 exemplũ proponit Saræ, quæ maritũ
 suum Abraham dominum appellabat.
 x A N. Audiui ista. Sed idẽ Paulus doc
 cet, vt viri diligant vxores suas, sicut
 C H R I S T V S dilexit sponsam suam
 ecclesiã. Meminerit ille officij sui, ego
 ineminero mei. E. Sed tamen vbi res
 in eum statum deuenit, vt alteri cedẽ
 dum sit, equum est vxorem marito ces
 dere. x A. Si modo ille maritus est ap
 pellãdus, qui me habet pro ancilla. E.
 Sed dic mihi mea Xanthippe, post, des
 sijn minitari verberas? x. Desijt, & su
 puit, alioqui vapulãffet. E. Sed tu non
 desijsti rixari cũ illo? x. Nec desinã. E.

Quid ille interea? x. Quid? Nōnunquā
dormit somniū hominis, interdum ni-
hil aliud quām ridet, aliquoties arripit
testudinē, in qua vix tres habet fides,
eam quantum potest pulsans, mihi vo-
ciferanti obstrepit. E. Ea res male vrit
te? x. Sic, vt dici vix possit. Aliquando
vix tēpero à manibus. E. Mea Xanthip-
pe, permittis mihi vt liberius loquar
apud te? x. Permitto. E. Idem ius erit tibi
apud me. Hoc certe postulat nostra
necessitudo, ab ipsis penē incunabulis
inter nos inita. x. Vera narras, nec vlla
sodalium vnquam charior fuit anīmo
meo. E. Qualis qualis est tuus maritus,
illud cogita, non esse ius permutandi.
Olim immedicabilibus diffidijs reme-
dium extremum erat diuortium: nunc
hoc in totum ademptum est: vsque ad
extremum vitæ diem ille tuus fit ma-
ritus oportet, & tu illius vxor. x. Super-
ri male faxint, qui ius hoc nobis ade-
merunt. E. Bona verba, sic visum est
CHRISTO. x. Vix credo. E. Sic habet.
Nunc nihil supereft, nisi vt vterq; ad
alterius mores & ingenium accommo-
dando sese, concordiaē studeatis. x. An
ego possum illum refingere? E. Non
minimum momenti est in vxoribus,
quales sint mariti. x. Pulchre conuenit
tibi cum tuo? E. Nunc tranquilla omē-
nia. x. Ergo turbarum nōnihil erat in-
itio? E. Nihil vnquam tempestatis, sed
tamen, vt fit inter homines, nonnun-
quam nubeculae quaedam oboriebātur,

k.v.

quæ poterant gignere tempestatem, nisi
 si commoditate morum fuisset occur-
 sum. Habet suos quisque mores, & est
 sua cuique sententia: & si verum fate-
 ri volumus, sunt sua cuique vitia: quæ
 si vsquam, certe in matrimonio nouis-
 se oportet, non odisse. x. Recte mones.
 E. Fit autem frequenter, vt dissiliat be-
 neuolentia mutua inter maritum & u-
 xorem, antequam alter alteri satis no-
 tus sit. Id est in primis cauendum. Se-
 mel enim orta simultate, ægre sarcitur
 gratia, præsertim si res ad atrociam con-
 uicia processerit. Quæ glutino cõmit-
 tuntur, si statim concutias, facile distra-
 huatur: cæterum vbi siccato glutino
 semel cohæserint, nihil firmitus. Proinde
 de in initio nihil non faciendum, vt in-
 ter uxorem & maritum coalescat, com-
 firmeturque beneuolentia. Id maxime
 sit obsequio, morumque commoditate.
 Nam beneuolentia, quæ sola formæ gra-
 tia cõciliatur, ferme temporaria est. x.
 Sed narra nobis obsecro, quibus artibus
 pertraxeris maritum ad tuos mo-
 res. E. Dicam in hoc, vt imiteris. x. A.
 Si queam. E. Facillimum erit si velis,
 nec adhuc seruum est. Nam & ille iuue-
 nis est, & tu puella, ac nondum annus
 opinor expletus est à nuptiis. x. Vera
 prædicas. E. Dicam igitur, sed taciturnæ.
 x. Maxime. E. Illa prima mihi cura fuit,
 vt in omnibus essem iucunda marito,
 ne quid esset quod illius animũ ob-
 fenderet, obseruabam affectum ac sensu

sum illius, obseruabam & tempora, & quibus rebus deliniretur, quibus irrita retur, quemadmodum facere solent ij, qui elephantes ac leones cicurant, aut similia animantia, quæ vi cogi nō possunt. x. a. Tale animal mihi domi est. E. V. L. Qui adeunt elephantes, non gestant vestem candidam: nec puniceam, qui tauros, quòd his coloribus comper tum sit ea animantia efferari. Quem admodum, & tigres tympanorum sonitu sic aguntur in rabiem, vt seipsas dilanient. Et qui tractant equos, habent voces, habet popismata & palpū, aliāque quibus ferocientes mitigent. Quanto magis decet nos, his artibus vtī erga maritos, quibus cum nobis velimus nolimus per omnē vitā est tectū ac lectus cōmunis? x. Perge quod cœpi sti. E. His animaduersis, attemperabam me illi, cauens ne quid offensæ nasceretur. x. Quinam id poteras? E. Primum in cura rerum domesticarum, quæ peculiaris est prouincia matronarum, ad uigilabam, non solum cauens, ne quid esset prætermissum, verum etiam vt omnia congruerent ad illius sensum in rebus etiam minutissimis. x. Quibus? E. Puta, si maritus hoc aut illo cibo peculiariter delectetur, si cibus placeat hoc aut illo modo coctus, si lectus hoc aut illo modo stratus. x. At quo pacto attemperares te ei, qui domi non esset, aut esset ebrius? E. Mane, isthuc ibā. Si quādo maritus videbatur admodū tri-

stis, nec esset appellādi tempus, nequaquam ridebam ac nugabar, quēadmodum nonnullæ mulieres solent, sed sumebam & ipsa vultū submoestū ac sollicitum. Quemadmodum enim speculum, si probū est, semper reddit imaginem intuentis: ita decet matrem familiās ad affectum mariti congruere, ne sit alacris illo moerente, aut hilaris illo commoto. Quod si quando cōmotior erat, aut blando sermone leniebā, aut silentio concedebā iracūdiæ, donec ea refrigerata, tempus se daret vel purgandi vel admonendi. Idem faciebam, si quando plus æquo potus redibat domum: nec id temporis, nisi iucunda loquebar illi: tantum blāditijs pertrahebam ad lectum. x. Infelix vero vxorū conditio, si iratis, ebrijs, & quicquid libet patrantibus maritis, tantum obsequentur. B. Quasi vero hoc nō sit mutū obsequium. Cogūtur & illi multa ferre in moribus nostris. Est tamē tempus, quū in re seria fas est vxori mone re virū, si quid est alicuius momēti, nā ad leuia præstat cōnuere. x. Quod tandem? B. Quū erit animo vacuo, nec cōmotus, nec sollicitus, nec potus, tū absque testibus blande monendus, vel rogāsus potius, vt in hoc aut illo melius consulat rei, aut famæ, aut valetudini suæ. Atq; hæc ipsa admonito leporib⁹ ac facecijs erit condienda. Nōnūq̄ præfatione ab illo stipulari soleo, ne mihi succenseret, si quid stulta mulier admo

nerem, quod ad alius honorem, aut va-
letudinē, aut salutem facere videretur.
Vbi monuissem quæ volebā, amputa-
ui sermonem illum, & ad alia iucūdio
ra deflectebam. Est enim ferè hoc nos-
trum vitiū, mea Xanthippe, vt semel
exorsæ loqui, finem facere nequeamus.
x. Aiunt. E. Illud in primis cauebā, ne
præsentibus alijs maritum obiurgarē,
aut ne quid querelarum domo efferrē.
Facilius sarcitur si quid inter duos cō-
missum est. Quòd si quid extiterit ei⁹
generis, vt nec ferri possit, nec vxoris
admonitiōe sanari, ciuilius est, vt vxor
querelam deferat ad parētes & cognat-
os mariti, quàm ad suos, & ita quere-
lam temperet, ne videatur odisse mari-
tum, sed vitium potius mariti. Nec ta-
men effutiat omnia, vt hic quoq; taci-
tus agnoscat, & amet vxoris ciuilitatē.
x. Philosopham esse oportet, quæ ista
præstet. E. Imò talibus factis maritos
ad similem ciuilitatē inuitabimus . x.
Sunt quos nulla ciuilitate corrigas. E.
Equidem non arbitror, sed fac esse. Pri-
mum illud cogita, maritus ferèdus est,
qualis qualis est. Præstabilius igitur
est ferre vel sui similem, vel paulo cō-
modiorem factum nostra ciuilitate, q̄
nostra sēuitia peiorem indies. Quid si
proferam maritos, qui simili ciuilitate
correxerunt sponsas suas? Quanto ma-
gis decet nos idem præstare aduersus
maritos? x. Narrabis igit̄ exēplū meo
marito dissimillimum. E. Est mihi fa-

miliaritas cum homine quodam nobili, docto, singulariq; morum dexteritate. Is duxerat puellam virginem, annos natam decem & septem, ruri in parentum ædibus perpetuo educatã, vt nobiles ferè gaudent habitare ruri, ob venatum & aucupiũ. Rudem volebat ille, quò facilius illam ad suos mores fingeret: coepit eã instituere literis ac musica, paulatimq; assuefacere, vt redderet ea quæ audisset in concione, cæterisq; rebus formare, quæ post essent vsui futuræ. Hæc quoniam erãt noua puellæ, quæ domi suæ fuerat in summo otio, & inter famulorũ colloquia lusûsq; educata, coeperunt esse tædio. Detrectabat obsequiũ, & quum maritus vrgeret, illa sine fine flebat, nonnunquã & in terram abiciebat sese, occipitium illidens solo, quasi mortẽ optãs. Earum rerum cum nullus esset finis, maritus dissimulato stomacho, inuitabat vxorẽ, vt animi relaxandi gratia vnã proficiscerentur rus ad eðes soceri. Ibi lubens obtẽperabat vxor. Eò quum ventum esset, maritus reliquit vxorem apud matrẽ, & sorores: ipse cũ socero prodibat venatum. Ibi submotis testibus, denarrat socero, se sperasse iucũdam vitæ sociã, nunc habere perpetuo lachrymantẽ ac sese discruciantẽ, nec vllis monitis sanabilem, orat vt sibi adsit in medendo filia morbo. Socer respondet, se semel illi tradidisse filiam, quòd si non obtẽperaret verbis, vteretur suo iure, & ver

beribus eam emendaret. Tū gener: No
 ui, inquit, ius meū, sed malim eam tua
 vel arte vel authoritate sanari, q̄ ad hoc
 extremum remediū venire. Socer pol
 licitus est se curaturū. Post vnum atq;
 alterum diem captat tempus, ac locū,
 vt solus esset cum filia: ibi vultu ad se
 veritatem composito, incipit comme
 morare, quā illa esset infelici forma,
 q̄ non amabilibus moribus, quā sæ
 pe metuisset, ne nullum illi posset inue
 nire maritum. Et tamen ego meo ma
 ximo labore, inquit, talem inveni tibi,
 qualē nulla nō optaret sibi, quantūuis
 felix. Et tamen tu non agnoscēs quid
 pro te fecerim, nec intelligēs te talem
 habere maritum, qui nisi esset huma
 nissimus, vix te dignaretur habere in
 ancillarum numero, rebellas illi. Ne lō
 gum faciam. Sic incanduit patris ora
 tio, vt vix videretur manibus tempe
 rare. Est enim vir ingenio mire vafro,
 qui circa personam omnem, posset quā
 uis agere comœdiam. Ibi puella par
 tim metu, partim veritate commota,
 accidit ad patris genua, rogans vt præ
 teritorum vellet obliuisci, se in poster
 rum memorē fore officij sui. Ignouit
 pater, pollicitus se quoq; fore patrem
 amantissimū, si quod polliceretur præ
 staret. x. Quid deinde? E. Puella digres
 sa à colloquio parentis, redit in cubi
 culū, offendit maritū solū, accidit illi
 ad genua, & ait, Marite, hætenus non
 noui neq; te neq; meipsam, posthac vi

debis me aliam factā, tantū obliuiscere superiorum. Hanc vocē maritus excepit osculo, & omnia pollicitus est, si illa persisteret eo animo. x. Quid? persistit? E. Vsque ad mortem. neq; quicq; erat tam humile, quod illa non alacris ac volens obiret volente marito. Tantus amor inter eos natus est & confirmatus. Post annos aliquot puella crebro sibi gratulata est, quod contigisset tali marito nubere: qui nisi cōtigisset, eram, inquit, omnium mulierū perditissima. x. Talium maritorum non minus rara est copia, quā alborum coronorum. E. Iam si molestum non est, referam tibi quiddam, quod nuper accidit in hac ipsa ciuitate. x. Nihil est quod agam, & perquam grata mihi est tua confabulatio. E. Est vir quidam nō postremę nobilitatis: is, vt solet hoc hominum genus, plerunq; venabatur: rursi incidit in puellam quandam pauperimę mulierculę filiam: in eam cōepit deperire, homo iam prouectioris ætatis. Atq; huius gratia frequenter pernoctabat foris. Prętextus erat venatio. Vxor huius, mulier insigni probitate, nescio quid suspicās, peruestigauit furta mariti sui, & eo pfecto nescio quō, adiit casam illam rusticanam, expiscata est de toto negotio, vbi dormiret, vnde biberet, quis esset apparatus cōiuij. Nihil erat ibi supellectilis, sed mera paupertas. Abijt matrona domū, ac mox redijt, secū adducēs lectum com

modum & apparatus, vasa aliquot argentea, addidit pecuniam, admonēs vt si quando rediret ille, tractarēt eum ciuilius, dissimulās interim sese vxorem esse, ac sororem esse simulans. Post dies aliquot redit eò furtim maritus, videt auctam supellectilem, & apparatus lautio-
 tiorem. Rogat, vnde is nitor insolitus, aiunt matronā quandam honestam illi cognatam hæc aduexisse, ac mandasse vt honestius posthac acciperetur. Ilico tetigit animum illius suspicio, vxoris hoc esse factum. Reuersus domum, rogat, num illic fuisset illa nō negat. Rogauit & quo tandem consilio misisset eò supellectilem. Mi vir, inquit, assuetus es vitæ commodiori. Videbam illic te durius accipi, putabā esse officij mei, vt quādo ita tibi cordi est, lautius illic habereris. x. O matronā nimium bonā. Ego citius pro lecto substrauissem illi fasciculum vrticarum, aut tribulorum. E v. Sed audi finē. Vir, perspecta tantā probitate, tantāque mansuetudine coniugis suæ, nunquam deinde vsus est furtiuo concubitu, sed domi semet oblectauit cum sua. Scio tibi notū esse Gilbertum Batauum. x. Noui. E. Is, vt scis, florēti ætate duxit vxorem iam prouectiorem ac vergenti ætate. x. A. Dotem fortasse duxit, non vxorem. E. Sic est. Is fastidians vxoris, adamabat mulierculam, cum qua se subinde oblectabat foris. Raro domi prandebat aut coenabat. Quid tū hic eras factura? x.

Quid? Ego illi adamatae inuolassem in
 capillos, & maritum exeuntē ad illam
 perfudissem lotio, vt sic vnctus iret ad
 conuiuium. B. At quanto hęc prudens
 tuis? Inuitabat mulierculam domum
 suam, comiter accipiebat. Ita maritum
 quoque sine veneficijs domum pertra
 xit. Et si quando foris cœnabat cū illa,
 misit eò missum aliquem elegantiorē,
 iubens vt suauiter viuerent. x A. Ego
 malim mori, q̄ esse lena mei mariti. B.
 Verū interim rē ipsam expende. Nō
 ne hoc multo satius erat, q̄ si scuitia
 sua prorsus alienasset maritū, ac totam
 ætatem in iurgijs exegisset? x. Fateor
 minus esse mali, sed ego non possem. B.
 Vnum adijciam, atq; ita discedam ab
 exēplis. Hic vicinus noster, vir probus
 & integer, sed paulo iracundior, quodā
 die pulsauerat vxorem suam, foeminā
 laudatissimam. Ea se recepit in intimū
 conclaue, atque illic lachrymans atque
 singultiens decoquebat animi ægritu
 dinem. Aliquanto post per occasionem
 eodem ingressus est maritus, reperit
 vxorem flentem. Quid, inquit, hic la
 chrymas ac singultis, puerorum more?
 Tum illa prudenter. Quid, inquit, an
 non hoc satius, vt hic deplorē malum
 meum, quā si in via vociferer, quem
 admodū solent aliæ mulieres? Hoc di
 cto tam vxorio fractus ac victus homi
 nis animus, data dextra pollicitus est
 vxori, se posthac nunquā in illam con
 iecturum manus, nec fecit. x A. Ego

idem impetraui à meo diuersa ratione.
 E. Sed interim est inter vos bellū per-
 petuum. X A N. Quid igitur velles me
 faceres E V. Primum mussanda est tibi
 omnis iniuria mariti, & animus illius
 officijs, comitate, mansuetudine paulatim
 est cōciliandus : aut vinces tandē,
 aut certe multo commodiore vteris, q̄
 nūc vteris. X. Ille ferocior est, quā vt
 vllis officijs māsuescat. E V. Eia, ne dis-
 xeris. Nulla est fera tam immanis, quin
 officijs cicuretur: ne desperes de homi-
 ne. Fac periculum menses aliquot, me
 accusa, nisi senseris consilium hoc tibi
 fuisse bono. Sunt etiam quædam vitia,
 ad quæ tibi conuiendum est. Illud an-
 te omnia tibi cauendum cēseo, ne quid
 rixæ moueas in cubiculo, aut in lecto,
 sed curandum est, vt illic omnia sint fe-
 stina ac iucūda. Etenim si is locus, qui
 diluendis offensis, farciendæ' q; gratiæ
 cōsecratus est, lite aut ægritudine quas-
 piam profanetur, iam sublatum est om-
 ne remedium beneuolentiæ recōcilian-
 dæ. Sunt enim foeminae quædam tam
 morosæ, vt in ipso etiam coitu queran-
 tur ac rixētur, eamq; voluptatem, quæ
 diluere solet ex animis virorū si quid
 inerat molesti, morum fastidio red-
 dant insuauem, pharmacum ipsum vis-
 tiantes, quum licuisset mederi offensis.
 X A N. Istud mihi frequenter accidit.
 E V L. Atqui tametsi semper est cauē-
 dum vxori, ne qua re molesta sit viro,
 tamen id maxime studere debet, vt

in eo congressu se viro præbeat modis
 omnibus commodam & iucundam. x.
 Viro, mihi cum belua res est. E. Mitte
 male loqui, ferè nostra culpa viri mali
 sunt. Sed vt ad rem redeam, qui versan-
 tur in priscis fabulis poetarum, narrât
 Venerem (eam faciunt deam connubij
 præsidem) habere cestum arte Vulcani
 confectum: in eo intextû esse quicquid
 est amatorij medicamenti, eo se cingit,
 quoties congressura est cum marito. x.
 Fabulam audio. E v. Verum, sed audi,
 quid sibi velit fabula. x. Dic. E. Illud
 docet, vxorem omnem curam adhibere
 oportere, vt in congressu connubiali
 iucûda sit marito, quo recalescat ac re-
 dintegretur amor ille maritalis, & dis-
 cutiatur ex animo si quid erat offen-
 sionis aut tædij. x. Sed vnde nobis ces-
 tus ille? E v. Nihil opus veneficijs aut
 incantamentis. Nullum incantamentû
 efficacius, quàm morum probitas cum
 suauitate coniuncta. x. Ego tali mari-
 to blandiri non possum. E. At hoc tua
 refert, vt desinat esse talis. Si Circes ar-
 tibus posses maritum vertere in suam
 aut vrsûm, faceres? x. Nescio. E v. Nes-
 cis? An malle habere suam maritû,
 quàm hominem? x. Equidem malim
 hominem. E v. Age, quid si Circes ar-
 tibus, posses ex temulento reddere sob-
 brium, ex prodigo frugalem, ex cessa-
 tore diligentem, nõnne faceres? x. Pla-
 nè facerem, sed vnde mihi istę artes? E.
 Atqui istas artes habes in te, si modo

Velis adhibere. Tuus, velis nolis, sit oportet. Quo meliorem eū reddideris, hoc magis consulueris tibi. Tu tantum oculos habes defixos in illius vitia, eaque tibi exaggerant odium, & hac ansa tantum arripis illum, qua teneri nō potest. Illa potius cōtemplare, quæ bona sunt in illo, & hac ansa prehendere illum, qua teneri potest. Ante quā illi nuberet, tempus erat expendendi, quid haberet malorum. Oportebat enim nō oculis solum, verū etiam auribus maritum deligere: nunc medendi tempus est, non accusandi. x. Quæ mulier vnquam auribus cæpit maritum? E. Oculis capit, quæ nihil aliud spectat, quā corporis formam: auribus, quæ diligenter obseruat, quid fama de illo prædicet. x. Pulchre mones, sed sero. E. At non serum est studere corrigendo marito. Ad eam rem conducet si quid pignoris ex te natum fuerit viro: x. Iam natum est. E. Quando? x. A. Iam pridem. E. Quot menses sunt? x. Ferme septem. E. Quid ego audio? Tu nobis trimestris foetus iocum renouas? x. A. Nequaquam. E. Ita necesse est, si tempus à nuptiarum die supputas. x. Imò ante nuptias fuerat mihi cum eo colloquium. E. An ex colloquio nascuntur pueri? x. Forte solam nactus, coepit aludere, titillās axillas ac latera, quo me prouocaret ad risum. Ego non ferens titillationē, me resupinabam in lectū, ille incumbens, figebat oscula, nec satis

scio quid egerit præterea: certe paucis
 post diebus vterus coepit intumescere.
 E. I nunc, & maritum contemne, qui si
 lusitās gignit liberos, quid faciet cum
 serio rem aget? x. Suspikor, & nūc me
 gravidam esse. E. Euge, contigit felici
 fundo bonus cultor. x a. Hac in parte
 plus præstat, quàm vellem. E v l. Ista
 querela tibi cum paucis vxoribus est
 communis. Sed iam inter vos interces-
 serat pactum connubiale? x. Intercesse-
 rat. E v. Leuius igitur peccatum est.
 Est'ne proles mascula? x a. Est. E. Illa
 vos rediget in gratiam, si tu vel paulu-
 lum temet accommodes. Quid alij præ-
 dicāt de tuo marito, sodales, & quibus
 cum habet cōmercium foris? x. Præ-
 dicant eum esse moribus commodissi-
 mis, comem, liberalem, amicū amico-
 ev. Et ista mihi bonam spem faciunt,
 illum fore qualem volumus. x. At mi-
 hi vni talis non est. E v. Sed tu te illi
 præbeto, qualem dixi, meq; pro Eula-
 lia voca Pseudolaliam, nisi tibi quoq;
 talis esse coeperit. Quin & illud cogi-
 ta, illum adhuc iuuenem esse, nondum
 opinor egressum ānos vigintiquatuor,
 nondū nouit, quid sit esse patremfami-
 liās. Iam nō est tibi cogitandum de di-
 uortio. x. At frequenter cogitauit. E v.
 Verum ea cogitatio si quando tibi in-
 ciderit in mentem, primum reputa te-
 cum, quàm nihili res sit foemina diuul-
 sa à viro. Summum decus matronæ est,
 morigeram esse suo coniugi. Ita natu-

ra comparatum est, ita voluit Deus, ut
 mulier tota pendeat à viro. Tantū co-
 gita id quod res est, maritus est, alius
 nō potest obtingere. Deinde veniat in
 mentem puellus ille duobus commu-
 nis. Quid de illo statues? Auferes tecū?
 fraudabis maritum sua possessione. Re-
 linques apud illum? spoliabis te ipsam
 eo, quo nihil habes charius? Postremo
 dic mihi, habēsne quę tibi male velint?
 x. Habeo nouercam germanam, præ-
 terea socrum huic simillimā. B. Adeo
 tibi male volunt? x A. Cuperent extin-
 ctam. B. Et istę tibi fac ut in mentem
 veniant. Quid enim illis possis facere
 gratius, quā si videant te diuisam à ma-
 rito, viduam, imō plus quā viduā vi-
 uere? Nam viduis licet alteri nubere,
 x. Equidem probo tuum cōsiliū, sed
 tædet diutini laboris. B v. At reputa
 quantum laborum sumpseris, prius quā
 hunc psitacū docueris quædam huma-
 na verba sonare. x. Plurimum profes-
 cto. B. Et piget operam sumere in fin-
 gendo marito, qui cum perpetuo sua-
 uiter degas ætatem? Quantum laboris
 sumunt homines, ut equū sibi commo-
 dum reddant? & nos pigebit ad labora-
 re ut maritis utamur cōmodioribus? x.
 Quid faciam? B v. Iam dixi, Cura, ut
 domi nitęant omnia, ne quid sit mole-
 stia, quod illum exigat ex ædibus. Tu
 te illi comem præbe, semper interim
 memor reuerentię cuiusdam, quam v-
 xor debet marito. Absit tristitia, sed ab-

Et & petulantiam nec putida sis, nec lasciuia. Sit apparatus domi lautus. Nosti palatum mariti. Quod illi suauissimum est, id coquito. Quinetiam ijs, quos ille amat, comem & affabilem te præbeto. Hos frequenter ad conuiuium voca. In conuiuio facito, vt læta plenaque hilaritatis sint omnia. Deniq; si quando ille vino lætior pulsabit suam testudinem, tu voce accinito, Sic assuefacies maritum manere domi, & minues impensas. Sic enim ille cogitabit tandem, Næ ego insigniter insanio, qui foris magna rei famæ que iactura victitum scorto, quum domi habeam vxorem multo lepidiorem, meique amantio-rem, apud quam nitidius ac lautius accipi liceat. x. An credis successurum, si tentes. Me vide. Ad me recipio. Interim & maritum tuum aggrediar, ad monebo & illum sui officij. x. Laudo consiliu, at vide ne quid huius rei suboleat ipsi, misceret calum terræ. E v. Ne metue. Ita per ambages temperabo sermonem, vt ipse mihi narret, quid inter vos sit barbarum. Hoc facto, meo more tractabo illum blandissime: & vt spero, tradam eum tibi comodiorum. De te per occasionem mentiar, quæ amantius de illo sis loquuta. x. CHRISTVS bene fortunet quod agimur. E. Aderit, modo ne desis tibi.

Salue mi frater. **C. A. R.** Salue & tu
 Germane charissime. **M.** Vix te ag-
 nosco. **C.** Adeo me conserui intra bi-
 ennium? **M.** Non, sed caput rasum, noua
 vestis faciunt, vt mihi videaris aliud
 quoddam animal. **C.** Itane non agnos-
 ceres vxorem tuam, si tibi occurreret
 induta noua veste? **M.** Non, si tali. **C. A.**
 At ego te probe agnosco, cui non solu
 vestis mutata est, verum etiã facies, to-
 tãsq; corporis habitus. Quot colorib;
 pictus es? Nulla quis æque variat plu-
 mas suas. Tum q̄ omnia secta, q̄ nihil
 iuxta naturã aut morem cõmune. Ad-
 de tonsam verticem, barbã semirã-
 sam, syluam quæ supra labrũ superius
 est perplexam, nec aliter hinc & hinc
 prominentem, q̄ solent in felibus pili
 longiores. Nec una cicatrix foedauit
 vultum, vt Samius quispiam literatus
 videri possis, de quo iocus est prope-
 rbi. **M.** Sic decet redire è bello. Sed dic
 mihi, erat hic tanta bonorũ medicorũ
 inopia? **C.** Quam ob rem? **M. I.** Quia
 nulli cõmiseris sanandũ cerebrũ tuum
 prius, q̄ in hanc seruitutẽ te præcipitẽ
 dares. **C. A.** Itane videor insanisse? **M. I.**
 Maxime. Quid erat necesse hic te sepe-
 liri ante tempus, quum esset vnde cõ-
 mode viueres in mũdo? **C.** An nũc nõ
 videor tibi in mũdo viueres? **M.** Non,
 per Iouẽ. **C.** Dic quã ob rẽ? **M.** Quia
 nõ licet ambulare quò velis. Huic loco

velut caueæ includeris. Adde rasuram, ve-
 stem prodigiosam, solitudinem, piscium
 perpetuum elum, ut miser te ipsum non
 verti in piscem. & Si venteretur homi-
 nes in omnia quibus vescitur, tu iam pri-
 dem porcus esses. Nam si illa soles de-
 lectari. M. Non dubito, quin iam du-
 dum peniteat te inilitati: paucos enim
 cõperio, quos non explat penitudo. c.
 Hoc illis vsu venit, qui se in hoc vite
 genus velut in puteum precipitant: ego
 descendi sensim & cõsulto, prius explo-
 rato meipso, perspectaq; tota huius vite
 ratione, iam annos natus viginti octo,
 qua etate sibi quisq; nat⁹ esse potest.
 Quod ad locum attinet, tu quoq; loco
 angusto cõcluderis, si totius mundi cõ-
 sideres amplitudinem. Nec refert quod spa-
 tiosus sit locus, modo nihil desit ad vi-
 tæ cõmoditatē. Multi raso, aut nūquā
 exeūt ciuitatē, in qua nati sunt: qui si
 veteretur exire, magnopere sibi displic-
 berēt, & inceseret illis mira libido re-
 linquēdæ ciuitatis: hic affect⁹ vulgaris
 est, quo ego careo. Imaginor hic totū
 esse mundū, & hæc tabula mihi totam
 terrarū orbē representat, quæ ego, cogi-
 tatione incindius simul & tutius per-
 ambulo, quod is qui nauigauit ad nouas
 insulas. M. I. Hic tu propemodū dicis
 verū. c. Rasuram damnare non potes, qui
 volēs tōdearis, utiq; cõmoditatis gra-
 tia. Mihi rasura, si nihil aliud, certe red-
 dit caput purius, ac fortasse salubrius.
 Venetia quod multi patritij totū etiā cõ-

put radit? Quid autē habet, prodigiosum vestis? Nonne tegit corp⁹? Ad duplicē usum adhibētur vestis, vt. depeletur iniuria oculi: eaq; velet, quā pudor iubet tegi. An non hos usus præbet hæc vestis? Sed offendit color, quia color magis decet omnes Christianos, q̄ is qui dat⁹ est omnib⁹ in baptismo. Dicitū est tibi quoq;, Accipe vestē candidam. Hæc itaq; vestis admonet me, quid promiserim in baptismo, nimirū innocentie perpetuū studiū. Porro solitudinē si vocas turbæ fugā, hoc exemplum est nō nostrū, sed veterū prophetarum, atq; etiā philisophorum ethnicorum, & quibuscunq; bonæ mentis cura fuit: imò poeta, astrologi, ac similibus artib⁹ dediti, quoties aliquid magni ac supra vulgus hominū moluntur, secessum quærere solent. Quis autem voces hanc solitudinem? Vnius animalis confabulatio pellit solitudinis tedium. Hic habeo: sodales omnium rerum pl⁹ quàm sedesim. Ad hæc interassunt amici crebrius quàm vellē, aut expedit, & tibi videor in solitudine vivere. M. At non semper licet cū his confabulari. c. A. Nec semper expedit. Atque hoc iucundius est confabulatio, quod voluptatis gratiam augeat in corrupta copia. M. I. Non pessime coniectas. Nam mihi quoque suauiores sunt carnes reuoluto pascha post quadagesimā. c. Nec interim tamē, quā maxime videor solus, desunt mihi.

confabulones, longe festiuiores ac suauiores istis vulgaribus congerronibus. **M.** Vbi sunt? **c.** Vides hic codicem euangelicum. In hoc mecum fabulatur ille, qui olim addit⁹ facidus comes in via duobus discipulis proficiscentibus in Emmaum, effecit ut non sentirent itineris laborē, sed sentirent dulcissimum cordis ardorē, inhiātes mellitis illius sermonibus. In hoc mihi loquitur Paulus, in hoc Esaias, ceterique prophete. Hic mecum cofabulatur dulcissimus ille Chrysostomus: hic Basilius: hic Augustinus: hic Hieronymus: hic Cyprianus: ceterique non minus eruditi quam facidi doctores. An nosti ullos tam amoenos confabulones, quos cum his conferas? An in tali sodalitia, quod mihi nunquam non adest, reputas obrepere posse solitudinis tedium? **M.** Mihi frustra loqueretur non intellecturo. **c.** Iam quid refert, quibus rebus hoc corpusculum alatur seu minimo satis sit, si iuxta naturam viuamus? Vter nostrum habitior, tu qui vesceris perdicibus, fasilis, scapulis, an ego qui viuo piscibus? **M.** Si tibi esset vxor, ut mihi est, minus haberes succi. **c.** Et ideo sufficit quilibet eibus & quantumuis exiguus. **M.** Sed interim agitas vitam Iudaicā. **c.** Bonae verba, Christianam si non assequimur, certe sequimur. **M.** In veste, cibo, preculis, ceterisque ceremonijs ponitis fiducia, neglecto studio pietatis euangelice. **c.** Quid alij faciāt, non est mentum:

iudicare: ego his rebus nequaquã cõfido, minimumque triduo, sed in animi puritate & in CHRISTO colloco fiduciam. M. Cur igitur obseruas? c. Vt mihi pax sit cũ fratribus meis, & ne cui quoquo modo sim offendiculo. Nolim autẽ offendere quenquã ob huiusmodi res leuiculas, quas nihil est negotij seruare. Vt fumus homines quacunque veste tecti, minutissimarũ etiam rerũ similitudo aut dissimilitudo cõciliat aut dirimit concordiam. Rasum caput, aut vestis color, non commendat me Deo. Sed quid diceret populus, si comã alerem, aut tuã istam vestẽ fumerẽ? Reddidisti tibi rationem mei consilij, nunc quaeso vt mihi vicissim tui consilij rationẽ reddas, dicãsq; vbi cessarint omnes boni medici, quom relicta domi vxore iuuenicula & liberis, proficisceris in militiam, vili salario cõductus ad iugulandos homines, idq; tui quoque capitis periculo. Neq; enĩ tibi res erat cum fungis aut papaueribus, sed cum armatis viris. Vtrum vero putas infelicis, iugulare Christianũ hominẽ ob mercedulã, à quo nunquã sis lesus, an teipsum simul & corpus & animã in æternũ exitiũ mittere? M. I. Fas est occidere hostẽ. c. Fortassis est, si impetat patriã tuã. Tum priũ videri potest, pugnare p̄ liberis & vxore, pro parẽtibus & amicis, pro aris & focis, pro tranquillitate publica. Quid isthuc ad tuã militiã mercenariã? Ego, si perisses

in hoc bello, non redemiffem animam
 tuam vitiofa nuce. M. I. Nonſ c. Non,
 ita me CHRISTVS bene amet. Iam
 vtrum exiſtimas durius, obedire bono
 viro, quem nos Priorem vocamus, qui
 vocet ad preces: ad ſacram lectionem,
 ad doctrinam ſalutarem, ad pſallendū
 Deo: an obedire barbaro cupiam Cen-
 turioni, qui ſæpe magnis ac nocturnis
 itineribus vocet quò lubet, ac reuocet
 qui bōbardarū ictibus obijeat, qui iu-
 beat te ſtare loco, aut occiſurum, aut
 occidēdum. M. I. Minus narraſ, quā
 res habeat malorum. C. A. Si quid ego
 deflexero à diſciplina huius inſtituti,
 poena eſt admonitio, aut aliud leue
 quiddam: tibi, ſi quid committas ad-
 verſus legēs imperatorias, aut penden-
 dum eſt, aut nudo inter intentatis in-
 te lancearum cuspides eundum. Nam
 plecti capite, beneficium eſt. M. I. Nō
 poſſum refragari veris. C. A. Iam cul-
 tus iſte fatiſ indicat te non multū nū-
 morum referre domum. M. I. Num-
 morū mihi iam pridem ne pilus qui-
 dem fuit, imō multum aeris alieni cō-
 ſtanti. Proinde huc deflexi, vt me inſtru-
 as viatico. C. Vtinam huc deflexiſſes,
 quum properares in ſcleratam iſtam
 militiam. Sed vnde tanta nuditas? M.
 Rogas vnde? Quicquid ex ſalario, quic-
 quid ex prædationibus, ſacrilegijs, ra-
 pinis, furtis parare licuit, id totum ab-
 ſumebatur in vīna, ſcorta, & aleam. C.
 O te miſerum. Et interim vxorcula,

cuius gratia deus iussit relinquere patrem
 & matrem, domi moreretur deserta cum
 parvis liberis. Et interea tibi videbaris
 vivere, in tantis miserijs, in tantis sceleribus? M I. Hoc fallebat sensum ma-
 lorum, quod innumeros haberem ma-
 lorum socios. C A. Quin illud vereor,
 ne vxor te non agnoscat. M. Qui sic?
 C A. Quia sic cicatrices pinxerunt tibi
 nouam faciem. In fronte quam fossam
 habes? Videtur tibi exectum fuisse cor-
 nu. M I. Imo si rem nosset, gratularer-
 ris mihi hanc cicatricem. C A. Quam
 ob rem? M I. Minimo minus aberat
 quin perierim. C A R. Quid erat malum?
 M I. Cuidam tendenti rupta est balista
 chalybea, eius fragmentum insilijt in
 frontem. C. Et in bucca cicatricem ha-
 bes palmo longiorem. M I. Hoc vul-
 nus accepi in pugna. C A. Bellicus? M I.
 Non inter aleam ortum est dissidium,
 C A. Iam & in mēto video nescio quid
 gemmarum. M I. Nihil est. C. Suspicio
 tibi contractam scabiem, quam vocant His-
 panicam. M. Recte diuinas mi frater.
 Tertium ea laboravi usque ad vitæ peri-
 culum. C. Vnde hoc mali accidit tibi, vt
 sic incuru⁹ incedas, quasi esses nonage-
 nari⁹, aut quasi messor quispiam, aut qua-
 si delubatus esses fustes? M. Morbus ita
 contraxit neruos. C. Næ hic magnificam
 passus es metamorphosin. Antehac eras
 eques, nunc ex Cetauro factus es animal
 semireptile. M. Hæc nimirum est alea
 Martis. C. Imo hæc est insania tuæ mē-
 l.iiij.

tis. Quas vero manubias yxari tuę, li-
 berisq; tuis referes domũ leprę? Nam
 ista scabies nihil aliud est, q̃ leprę spe-
 cies: nisi quod ideo non vitatur, quia
 multorũ est cõmunis, præcipue nobi-
 liũ: at ob hoc ipsum magis debebat vi-
 tari. Nũc isthuc malũ affricabis ijs, qui
 tibi debuerant esse charissimi: & ipse
 per omnẽ vitã putre cadaver circũfe-
 res. M. Quæso te frater vt desinas, sa-
 tis malorũ est, etiam si nõ accedat ob-
 iurgationis molestia. c. Quotã autem
 malorũ partẽ cõmemorauisti? Ista corpo-
 ris duntaxat sunt. Iam animam vero
 qualẽ reportas, quanta scabie putrem,
 quot vulneribus sauciã? M. Tam purã
 refero, q̃ est cloaca Parisijs in via, quę
 dicitur vulgo Malberti, aut latrina pu-
 blica. c. Vereor ne multo peius oleat
 apud Deũ & angelos eius, M. Sed iam
 nixæ, satis est, dic aliquid de sarcicodo-
 viatico. c. A. Mihi nihil est quod dem,
 experiar quid velit. Prior. n. 1. Atqui
 si quid daretur, essent tibi paratę ma-
 nus: nunc multę obstant difficultates,
 quando numerandũ est aliquid. c. A. R.
 Quid alij faciãt ipsi viderint, mihi nec
 ad accipiendũ, nec ad dandum sunt
 manus. Verum de his à prandio, nunc
 tempus monet vt accumbamus.

PSEUDOCHEI ET PHO

LETYMI.

VNde tibi scatet tanta mēdaciortũ
 vis? P. S. Vnde suppetunt anones

filia? P H. Non est igitur artis, sed natura?
 P S. A natura profecta sunt semina,
 ars & vsus auerere facultatem. P H. Nō
 te pudet? P S. Non, magis quā coccy-
 cem suae cantionis. P H. At tibi in ma-
 nu est mutare cantionem tuam, & in
 hoc est homini data lingua, vt vera prę-
 dicet. P S. Imō vt conducibilia. At non
 semper expedit vera dicere. P H. Ita nō
 nunquam conducit habere manus fu-
 races. Et hoc vitium esse tuo cognatū.
 testatur etiam populare prouerbiū.
 P S. Vtrunq; vitium honestis nititur
 authoribus: illud habet Vlysem tanto-
 pere laudatum ab Homero, hoc Mer-
 curium etiam Deum, si poetis credis-
 mus. P H. Cur igitur vulgus execratur
 mendaces, fures etiam subiguntur in
 crucem? P S. Non ideo quōd mentian-
 tur, aut furentur: sed quōd inscite mē-
 tiantur aut furētur, vel quia præter na-
 turam, vel quia non satis callentes ar-
 tem. P H. Est ne scriptor quispiam, qui
 tradit artem meptiendi? P S. Bonam ar-
 tis partem monstrauere tui rhetores,
 P H. Hi quidem tradunt artē bene di-
 cendi. P S. Verum, sed bona pars bene
 dicendi, est scite mentiri. P H. Quid est
 scite mentiri? P S. Vis definiam? P H. Vo-
 lo. P S. Est ita mentiri, vt lucro sit, nec
 deprehendi possis. P H. At quotidie de-
 prehendantur multi. P S. Isti non sunt
 artifices absoluti. P H. Es igitur tu ab-
 solutus artifex? P S. Propemodum. P H.
 Experire an me possis mētiēdo fallere.

P s. Et te quoq; possim, vir optime, si
 libeat. P H. Dic igitur aliquod menda-
 cium. P s. At iam dixi. Non deprehēdi-
 sti? P H. Non. P s. Age, fac sis attentus.
 Nunc incipiam mentiri. P H. Sum attē-
 tus, dic aliquid. P s. At iam iterū men-
 titus sum, te non deprehendente. P H.
 Equidem nihil adhuc audio mendacij.
 P s. Audisses, si calleres artem. P H. Pro-
 inde commonstra tu. P s. Primum ap-
 pellavi te virū optimū. An non isthuc
 est insigne mēdacium, quum ne bonus
 quidem sis & si bonus esses, optimus
 dici non possis, quum sint innumeri te
 meliores? P H. Hic planē fefelleras. P s.
 Iam fac periculum, an possis alterum
 mendacium ex te deprehendere. P H.
 Nō possum. P s. Hic desidero ingenīū,
 quod alibi prestas. P H. Fateor, ostende
 tu. P s. Quum dicerem, nunc incipiam
 mentiri, nōne magnifice mentiebar,
 quum tot annos assueverim mētiri, &
 paulo ante quā hoc dicerem, essem
 mentitus? P H. Mirum prestigium. P s.
 Sed nunc saltem monitus, arrige au-
 res, vt deprehendas mentientem. P H.
 Arrexi. Dic. P s. Imō iam dictum est,
 & tu meum mendacium es imitatus.
 P H. Tu mihi persuadebis, quod nec au-
 res habeam, nec oculos. P s. Quum ho-
 mini sint aures immobiles, vt nec arri-
 gi possint, nec demitti, mentiebar te ar-
 rectorum aures. P H. Talibus menda-
 cijs plena est omnis hominū vita. P s.
 Non talibus tantū, o bone. Nā hac la-

dicra sunt, sunt quæ rem adferant. P H. Turpius est lucrū ex mendacio, q̄ ex lotio. P S. Verū est, inquā, sed ijs qui mētiendi nesciunt artem. P H. Quam igitur tu calles artem? P S. Non æquū est, vt te gratis doceam, numera & audies. P H. Non emo malas artes. P S. Donas igitur gratis fundum tuum? P H. Non sic insanio. P S. At ego ex hac arte mea certiores capio fruct⁹ q̄ tu ex tuo fundo. P H. Manebit tibi ars tua, tātū profer specimē, vt intelligam non omnino vanum esse quod dicis. P S. Accipe igitur specimē, Multis multorū negotijs memet admisceo, emo, vendo, recipio, famo mutuo, accipio depositum. P H. Quid tum postea? P S. Atq; hic potissimū capto eos, à quibus nō facile deprehēdar. P H. Quos? P S. Stupidos, obliuiosos, incogitantes, lōge semotos, & mortuos. P H. Certum est mortuos neminē redarguere. P S. Si quid cui vendo in diem, diligenter annoto in libellis rationū. P H. Quid deinde? P S. Vbi reddēda est pecunia, plus imputo mercium emptori, q̄ acceperit. is si incogitās est aut obliuiosus, mihi certū est lucrum. P H. Quid si deprehēdat? P S. Profero librū rationalē. P H. Quid si is doceat & euincat, se nō accepisse quod imputas? P S. Reclamo q̄tū possū. Nā in hac arte prorsus inutilis est pudor. Deniq; extrema ancora est, vt aliqd cōminiscar. P H. Quid palām deprehēsus? P S. Nihil est facilius; errauit famul⁹, aut ipse lapsus

sum memoria. Scitū est multas simul
 miscere rationes, hic facilius est impo-
 nere. Exempli causa. Sunt quaedā dis-
 puncta, quod soluta sit pecunia: sunt
 alia, pro quibus nihil numeratum est.
 Hæc in posteriorib⁹ codicillis misceo,
 sic vt nihil dispungā. Vbi supputatur,
 contendimus, & vinco plerunque, vel
 perituro. Est & hoc artis, ferè rationē
 in eo cū accincto ad iter & imparato.
 Nā mea mihi semper parata sunt. De-
 ponitur aliquid apud me, seruo clam
 apud me, nec reddo. Longum est prius
 quam resciscat ille, ad quem res missa
 est. Tandem si non licebit inficiari, dis-
 co mihi perijisse, aut cōtendo me misisse
 se quod non missi, incuso aurigas. Pos-
 tremo si vitare nō possum, quin red-
 dā, reddo accisum. p h. Bella vero ars.
 p s. Nonnunquam eodem nomine bis
 accipio pecuniam, si liceat: Primū do-
 mi, deinde illic quò proficiscor: & nus-
 quam non sum. Interim tempus indu-
 cit obliuionem, cōfunduntur rationes,
 aliquis moritur, aut suscipit lōginquā
 peregrinationem: vt omnia pessime ca-
 dant, saltem interim vsus sum aliena
 pecunia. Nonnullos etiam capto spe-
 cie benignitatis, vt faueant mentienti,
 sed semper de alieno: de meo nec matri
 darem teruncium. Quanquam autem
 in singulis videatur lucrum exiguum,
 ex multis tamē (multis enim memet,
 vt dixi, misceo) nascitur aceruus haud
 quaquam pernitendus. Porro ne depre-

hendar, quum multę sunt technę, tum illa præcipua: omnes omnium epistolę, quas possum, intercipio, refigno ac lego. Si quid obfuturum suspicioor, premo: aut si reddo, reddo suo tempore. Ad hæc inter longo semotos intervallo, mēdacijs meis sero simultatem.

P H. Quis isthinc vsus? P S. Geminus. Primum, si non præstatur quod alterius nomine promissi, & quo nomine munus etiam accipi, nam fumos huiusmodi magno vēdo, fingo per illum aut illum stetisse, quo minus perfectū fit.

P H. Quid si neget ille? P S. Is procul abest, puta Basileę, ego polliceor in Angliā: deinde fit, vt orta simultate, neuter alteri credat, si quid incuset. Habes specimen artis.

P H. At istam artē nos crassiores solemus vocare furtum, qui ficum vocamus ficum, & scapham scapham.

P S. O hominem iuris Cæsarei rudē. An licet intendere actionem furti ei qui suppressit depositum, aut qui abiurat mutuum, aut simili technā imposuit? P H. L. Oportuit.

P S. Proinde vide prudentiam artificum. Ex his plus est lucri, aut certe tantundem, & minus est periculi.

P H. Male sit tibi cum tuis technis ac mendacijs. Non enim libet dicere, vale.

P S. Turingere cum tua pannosa veritate, ego interim suauiter agam cū meis furtis ac mendacijs, dextro Vlyssē ac Mercurio.

ANTONIUS, ADOLPHVS.

Horrēda narras. Est isthuc nauiga
res Prohibeat Deus, ne mihi quic
quam vnquam tale veniat in mentem.
A D. Imò quod hactenus memorauī, lu
dus merus est præ his quæ nūc audies.
A N. Plus satis malorū audiui: inhon
resco te memorante, quasi ipse pericu
lo. intersim. A D. Imò mihi iucūdi sunt
acti labores. Ea nocte quiddā accidit,
quod magna ex parte spem salutis ad
emit nauclero. A N. Quid obsecro? A D.
Nox erat sublustris, & in summo ma
lo stabat quidam ē nautis in galea, sic
enim vocant opinor, circumspectans, si
quam terram videret, huic coepit assi
stere sphaera quædam ignea: id nautis
tristissimum ostentū est, si quando soli
tarius ignis est: felix, quū gemini. Hos
vetustas credidit Castorem & Pollucē.
A N. Quid illis cum nautis, quorū alter
fuit eques, alter pugil? A D. Sic visum
est poetis. Nauclerus qui clauo asside
bat, socie, inquit (nā eo nomine se mu
tuo compellant nautæ) vidēsne, quod
sodalitium tibi claudat latus? Video, re
spondit ille, & precor vt sit felix. Mox
globus igneus delapsus per funes de
uoluit sese vsq; ad nauclerū. A N. Num
ille exanimatus est metu? A D. Nautæ
assuevere monstris, Ibi paulisper com
moratus, voluit se per margines totius
nauis: inde per medios foros dilapsus
evanuit. Sub meridiem coepit magis
ac magis incrudescere tempestas. Vis

distine vnquam Alpes! A N. Vidi. A D. Illi montes, verrucæ sunt, si conferatur ad vndas maris. Quoties tollebamur in altum, licuisset lunâ digito cōtingere: quoties demittebamur, videbamur dehiscente terra rectâ ire in tartara. A. O infanos, qui se credunt mari. A D. Nautis frustra luctantibus cū tempestate, tādē nauclerus totus pallēs nos adijt. A N. Is pallor prælagit aliquod magnū malum. A D. Amici, inquit, desij esse dominus nauis meę: vicere venti, reliquū est, vt spem nostrā collocemus in Deo, & quisq; se paret ad extrema. A N. O vere Scythicā concionem. A D. In primis autē, inquit, exonerāda est nauis. Sic itebee necessitas, durum telū: præstat consulere vitæ dispendio rerum, q̄ simul cum rebus interire. Persuasit veritas: proiecta sūt in mare plurima vasa plena pretiosis mercibus. A N. Hoc erat vere iacturam facere. A D. Aderat Italus quidam, qui legatum egerat apud regem Scotiæ, huic erat scrinium plenum vasis argenteis, anulis, panno, ac vestimentis sericis. A N. Is nolebat decidere cum mari! A D. Non, sed cupiebat aut perire cū amicis opibus suis, aut simul cū illis seruari. Itaq; refragabat. A N. Quid nauclerus! A D. Per nos, inquit, liceret tibi cū tuis perire solū, sed æquū nō est, vt nos omnes tui scrini causa periclitemur, alioq; te vnâ cū scrinio dabimus in mare præcipitem. A N. Orationem vere nauticā. A D. Sic Italus

quoq; iacturam fecit, multa mala precans & superis & inferis, quod suam vitam elemento tam barbaro credidisset. **A N.** Agnosco vocem Italicam. **A D.** Paulo post venti nihilo mitiores facti nostris muneribus, rupere funes, disiecerunt vela. **A N.** O calamitatem, **A D.** Ibi rursus nos adit nauta, **A N.** Cōcionaturus. **A D.** Salutat. amici, inquit, tempus hortatur, ut unusquisq; Deo se cōmendet, ac morti se pręparet. Rogatus a quibusdam nauticę rei non imperitis, ad quot horas se crederet posse tueri navem, negavit se posse polliceri quior quam, sed yltra tres horas non posse. **A N T O.** Hęc concio etiam durior erat. **A D.** Hęc ybi locutus est, iubet incidi funes omnes, ac malū vsq; ad thecam, cui inseritur, incidi serra, ac simul cū antēnis deuolui in mare. **A N.** Cur hoc? **A D.** Quoniā sublato aut lacte, yelo erat oneri nō vsui, tota spes erat in clauo. **A N.** Quid interea vectores? **A D.** Ibi vidisses miserā rerū faciē, nautę canentes: Salue regina, implorabant matrem virginē, appellantes eam stellam maris, reginam cęli, dominam mūdi, portū salutis, alijsq; multis titulis illi, blādiētes, quos nusq; illi tribuunt sacre, litere. **A N.** Quid illi cum mari, quę nūq; opinor nauigauit? **A D.** Olim Venus agebat casā nautarū, quia nata credebatur ex mari, ea quoniam desijt curare, suffecta est huic matri non virgini virgo mater. **A N.** Indis. **A D.** Nō

nulli procumbentes in tabulas, odorabant mare, quicquid erat olei effundentes in vndas, nō aliter illi blandientes, quān solemus irato principi. A. Quid aiebant? A. D. O clementissimum mare, o generosissimum mare, o ditissimū mare, o formosissimum mare, mitesce, serua. Huiusmodi multa occinebāt surdo mari. A. Ridicula superstitio. Quid alij? A. D. Quidā nihil aliud quān vomebāt, pleriq; vota nuncupabant. Ad erat Anglus quidam, qui promittebat montes aureos Virgini Vuelsamgamice, si vitus attigisset terram. Alij multa promittebāt ligno crucis, quod esset in tali loco, alij rursus quod esset in tali loco. Idem factum est de Maria virgine, quæ regnat multis in locis, & putant votum irritum, nisi locum exprimas. A. Ridiculum, quasi diui non habitent in cælis. A. D. Erant qui se promitterēt fore Carthusianos. Erat vnus, qui polliceretur se aditurum diuum Iacobum, qui habitat Compostellæ, nudis pedibus & capite, corpore tantum lorica ferrea tecto, ad hæc cibo emendicato. A. Nemo meminit Christophori? A. D. Vnum audiui non sine risu, qui clara voce, ne non exaudiretur, polliceretur Christophoro, qui est Lutetiæ in summo templo, mons verius quān statua, cereum tantū quātus esset ipse, Hæc quān vociferans quantum poterat, identidē inculcaret, qui forte proximus assidebat illi notus, cubito tetis

git eum ac subtrouit: Vide quid pollicearis: etiã si rerũ omnium tuarũ auertionem facias, nõ fueris soluendo. Tũ ille voce iam pressiore, ne videlicet exaudiret Christophorus: Tace, inquit, fate, an credis me ex animi sententia loqui? Si semel contigero terram, non daturus sum illi candelam sebaceam. A N. O crassum ingenium, suspicor, fuisse Bætaurum. A D. Non, sed erat Zelandus. A N. Miror nulli in mentem venisse Paulum apostolum, qui ipse olim nauigauerit, & fracta nauis desilierit in terram. Is enim haud ignarus mali, didicit miseris succurrere. A D. Pauli nulla erat mentio. A. Precabantur interim? A D. Certatim. Alius canebat Salue regina, alius Credo in deum. Erant qui peculiare quosdam preculas habebant, non dissimiles magicis, aduersus pericula. A N. Vt afflictio facit religiosos: rebus secundis, nec deus, nec diuus quisquam nobis venit in mentem. Quid tu inter ea? Nulli diuorum nuncupabas vota? A D. Nequaquam. A N. Cur ita? A D. Quia nõ paciscor cum diuis. Quid est enim aliud quam contractus iuxta formulam? Do, si facias: aut, faciam si facias: dabo eereum, si enatem: ibo Romam, si serues. A N. At implorabas licuius diui præfidiũ? A D. Ne id quidem. A N. Quamobrem autem? A D. Quia spatiosum est cælum. Si cui diuo commendaro meam salutem, puta sancto Petro, qui fortasse primus au-

diet, quod adstet ostio, prius quam ille conueniat deum, prius quam exponat causam, ego iam periero. A N. Quid igitur faciebas? A D. Rectè adibam ipsius patrem, dicens: Pater noster qui es in cælis. Nemo diuorum illo citius audit, aut libentius donat quod petitur. A N. Sed interea non reclamabat tibi conscientia? Non verebaris appellare patrem, quem tot sceleribus offenderas? A D. Vt ingenue dicam, deterebat nonnihil conscientia, sed mox recipiebam animum, ita mecum cogitans: Nullus est pater tam iratus filio, quin si videat eum periclitantem in torrente aut lacu, capillis arreptum eijciat in ripam. Inter omnium, nullus se tranquillius agebat, quam mulier quædam, cui erat infantulus in sinu, quem lactabat. A N. Quid illas? A D. Sola nec vociferabatur, nec flebat, nec pollicitabatur: tantum complexa puellum precabatur tacite. Interea dum nauis subfunde illideretur vado, nauclerus meus tuens ne tota solueretur, rudentibus eam circum à prora & à puppi. A N. O misera præsidia. A D. Interim exoritur quidam sacrificus senex, annos natus sexaginta, nomen erat Adamus. is abiectis vestibus vsque ad indusium, abiectis etiam ocreis & calceis, iussit vt omnes itidem pararemus nos ad natandum. Atque ita stans in medio nauis, concionatus est nobis ex Gersonis quinque veritates de utilitate confiten

di, hortatus omneis, vt se quisque præ-
 pararet & vitę & morti. Aderat & Do-
 minicanus quidam : his confessi sunt
 qui volebant . A N . Quid tu SA D . Ego
 videns omniã plena tumultus, tacite
 confessus sum deo , damnans apud
 illum meam iniustitiam, & implorans
 illius misericordiam . A . Quò migrat-
 urus, si sic perisses? A D . Hoc commit-
 tebam iudici deo . Neq; enim volebam
 esse mei ipsius iudex; tamen bona quę-
 dam spes interim habebat animũ meũ.
 Dum hæc aguntur, redit ad nos naua
 lachrymabundus. Paret, inquit, se quis-
 que, nam nauis non erit nobis vsui ad
 quartam horę partem. Iam enim locis
 aliquot conuulsa, hauriebat mare. Pau-
 lo post naua renũtiat nobis, se videre
 procul turrim sacram, adhortans, vt di-
 ni, quisquis esset eius templi præses, au-
 xilium imploraremus. Procumbũt om-
 nes, & orant ignotum diuum . A N . Si
 nomine cõpellassetis eũ, audisset . A D .
 Erat ignotum. Interim nauclerus quã-
 tum potest eò nauim dirigit iam lace-
 ram, iam vndiq; combibentem vndas,
 ac planè dilapsuram, ni rudẽtibus fuis-
 set subcinãta . A N . Dũra rerum condi-
 tio . A D . Eò prouecti sumus, vt eius lo-
 ci incolę prospicerent nos periclitan-
 tes, ac procurrẽtes cateruatim in extre-
 mum littus, sublatis togis & galeris in
 lanceas, inuitabãt ad sese, ac iactatis in
 cælum brachijs significabant se deplo-
 rare nostram fortunam . A N . Expecto

quid eveniret. A D. Jam mare totū nauim occuparat, vt nihil tutiores essemus futuri in nauī quā in mari. A N. Hic ad sacram ancoram cōfugiendum erat. A D. Imò admiseram. Nautæ scapham exonerant aqua, ac demittunt in mare. In hanc omnes sese conantur cōijcere, nautis magno tumultu reclamātibus, scapham non esse capacem tantæ multitudinis, arriperet sibi quisque quod posset, ac nataret. Res non patiebatur lenta cōsilia, alius arripit remū, alius contum, alius alneum, alius situlam, alius tabulam, ac suo quisq; præsidio nitentes, committunt se fluctibus. A N. Quid interim accidit illi mulierculæ quæ sola nō eulabat? A D. Illa omnium prima peruenit ad littus. A. Qui potuit? A D. Imposueramus eam repā dæ tabulæ, & sic alligaueramus, vt non facile posset decidere: dedimus illi tabellam in manū, qua vice remi uteretur: ac bene precātes, exposuimus in fluctus, cōto protrudentes, vt abesset à nauī, vnde erat periculum. Illa læua tenēs infantulum, dextra remigabat. A N. O viraginem. A D. Quum iam nihil superesset, quidam auulsit lignēā statuā virginis matris, iam putrem atque excauatam à foricibus, eamq; complexus coepit natare. A. Scapha peruenit incolumis? A D. Nulli prius periire. Porro triginta sese in eam coniecerant. A N. Quo malo fato id factū est? A D. Prius quā posset se liberare à magna na

us, illius vacillatione subuersa est. A N. O factum male. Quid tum? A D. Ego dum alijs cōsulo, penē perieram. A N. Quo pacto? A D. Quia nihil supererat aptum natationi. A N. Illic subera fuissent vsui. A D. In eo rerū articulo maluisse vile suber, q̄ candelabrum aureum. Circumspicienti tandem venit in in mentem de ima mali parte: eā quoniam solus eximere non poteram, ascie suo fociū: huic ambo innixi, committimus nos mari, sic vt ego dextrū cornu tenerem, ille læuū. Dum sic iactamur, sacrificus ille cōcionator nauticus, medū iniecit se in humeros nostros. Erat autem ingenti corpore. Exclamamus, quis ille tertius? Is perdet nos omnes. Ille contra placide. Sitis, inquit, bono animo, sat spatij est, deus aderit nobis. A N. Cur ille tam sero cœpit esse natator? A D. Imò futurus erat in scapha vnā cū Dominicano. Nam omnes hoc honoris illi deferebant: sed quanquam erāt inuicē confessi in nauis, tamen obliiti nescio quid circūstantiarū, rursus ibi in ora nauis confitentur, & alter alteri manū imponit, interim scapha perit, nam hæc mihi narrauit Adamus. A N. Quid actum est de dominicano? A D. Is, vt idem narrabat, implorata diuorū ope, abiectis vestibus nudum se cōmisit natationi. A N. Quos diuos invocabat? A D. Dominicum, Thomam, Vincentiū, & nescio quem Petram, sed in primis fidebat Catarina Senensī. A N.

CHRISTVS illi non veniebat in mentem? A D. Ita narrabat sacrificus, A N. Melius enataffet, si nō abiecisset sacrā cucullam: ea deposita, qui potuit illum agnoscere Catarina Senensis? Sed perge narrare de te. A D. Dum adhuc volueremur iuxta navim, arbitrio fluctuū huc & illuc se voluentē, alius illisus, fregit femur eius qui tenebat laevū cornu. Sic ille reuulsus est, sacrificus precatus illi requiem æternā, successit in locum illisus, adhortans me, vt magno animo tuerer cornu meū, ac strenue moverem pedes. Interim potabamus multum aquæ falsæ. Adeo Neptunus nobis non balneum tantū falsum, sed potionem etiam falsam temperaret, quanquam sacrificus ei rei monstraret remedium. A. Quod obsecro? A D. Quoties vnda nobis occurreret, ille opposuit ocepitium, ore clauso. A N. Strenuum senem mihi narras. A D. O. Vbi iam aliquandiu sic natantes non nihil promouissemus, sacrificus quoniam erat miræ proceritatis, bono, inquit, es animo, sentio vadum. Ego non ausus tantam sperare felicitatis, longius, inquam, absumus à littore, quam vt vadum sperandum sit. Imò inquit, sentio pedibus terram. Est, inquam, fortassis è serinis aliquid, quod huc deuoluit mare. Imò, inquit, scalptu digitorum planè sentio terram. Quum adhuc aliquandiu natassemus, ac rursus sentiret vadum, tu fac, inquit, quod

tibi videtur factu optimum, ego tibi cedo malum totum, & vado me credo, simulq; expectato fluctuum decessu, pedibus sequutus est quanto potuit cursu. Rursus accedentibus vndis vtraque manu complexus vtrunque genu, obrutebatur fluctui, occultans sese sub vndis, quemadmodum solent mergi & anates: rursus abeunte fluctu promicabat & currebat. Ego vidēs hoc illi succedere, sum imitatus. Stabant in arena, qui porrectis inter se prælongis hastilibus fulciebant sese aduersus impetum vndarum viri robusti, & fluctibus assueti, sic vt ultimus hastam porrigeret adnatanti. Ea contacta, omnibus in litus se recipiētibus, tuto pertrahebatur in sicum. Hac ope seruati sunt aliquot. A N. Quot? A D. Septem, verū ex his duo soluti sunt tepore, admoti igni. A N. Quot eratis in navi? A D. Quinquaginta octo. A N. Quot saluū mare, saltem decimis fuisset contentum, quæ sufficiunt sacerdotibus. Ex tanto numero tam paucos reddidit? A D. Ibi experti sumus incredibilem gentis humanitatem, omnia nobis mira alacritate suppeditantis, hospitium, ignem, cibum, vestes, viaticū. A. Quæ gens erat? A D. Hollādica. A N. Ista nihil humanius, quum tamen feris nationibus cincta sit. Nō repetes opinor posthac Neptunum. A D. Non, nisi mihi deus ademerit sanam mentē. A N. Et ego malim audire tales fabulas, q̄ experiri.

stat. Illic licet tibi tuū equum tractare tuo more. Nullus enim famul⁹ manum admonet. Si celebrius est diuersorium, ibi famulus com⁹onstrat stabulum, atque etiam locum equo minime cōmodum. Nam commodiora feruant venturis, præsertim nobilibus. Si quid causeris, statim audis: si nō placet, quere aliud diuersorium. Focnum in vr⁹ibus ægre ac perparce præbēt, nec multo minoris vendunt quàm ipsam auenam. Vbi consultum est equo, totus cōmigras in hypocautum, cum ocreis, sarcinis, luto: id, est vnum omnibus cōmune. G V. Apud Gallos designant cubacula, vbi sese exuant, extergant, calfaciant, aut quiescant etiam, si libeat. B. Hic nihil tale. In hypocauto exuis ocreas, induis calceos, mutas si voles, indusium: vestes pluuiam madidas suspendis iuxta hypocautum, ipse te admoues vt ficeris. Est & aqua parata, si libeat lauare manus, sed ita munda plerunque, vt tibi post alia querenda sit aqua, qua lotionem eam abluas. G V. Laudo viros nullis delitijs effeminatos. B E R. Quòd si tu appuleris ad horam à meridie quartā, non cenabis tamen ante nonam, nonnunquam & decimam. G V I L. Quam ob rem B E R. Nihil apparant, nisi videant omnes, vt eadem opera ministretur omnibus. G V I. Quærent compendium. B E. Tenes. Itaque frequenter in idem hypocautum conueniunt octoginta

DIVERSORIA

aut nonaginta , pedites, equites , negotiatores, nautæ, aurigæ, agricolæ, pueri, foeminae, sani, ægroti. G. Isthic vere coenobiū est. B. Alius ibi peccat caput, alius abstergit sudorem, alius respurgat perones aut ocreas , alius eructat allium. Quid multis? Ibi linguarū ac personarum non minor est cōfusio, q̄ olim in turri Babel. Quòd si quem conspexerint peregrinae gētis, qui cultu dignitatis non nihil præ se ferat, in hunc intenti sunt omnes defixis oculis, contemplantes quasi nouū aliquod animātis genus adductū sit ex Africa, adeo vt postea q̄ accubuerint , reflexo in tergū vultu, cōtinenter aspiciāt, nec dimoueāt oculos, cibi immemores. G. Romæ & Lutetia ac Venetia nemo quicquā miratur. B. Nefas est interim tibi quicquam petere. Vbi iam multa est vespera, nec sperantur plures aduenturi, prodit famulus senex, barba cana, tonso capite, vultu toruo, fordido vestitu. G. Tales oportebat Cardinalib⁹ Romanis esse à poculis. B. Is circumactis oculis, tacit⁹ dinumerat, quot sint in hypocauisto: quo plures adesse videt, hoc vehemētius accenditur hypocauistum, etiam si alioqui sol æstu sit molestus . Hæc apud illos præcipua pars est bonæ tractationis, si sudore diffuāt omnes. Si quis non assuetus vaporibus, aperiat rimam fenestrae ne præfocetur, protinus audit: claude. Si respondeas, non fero: audis, quære igitur aliud di-

uersoriam. G V. Atqui mihi nihil uideatur esse periculosius, quam tam multos haurire eundem vaporem, maxime resoluto corpore, atq; hic capere cibū, & horas complures commorari. Iam enim omitto ructus alliatos, & vētris flatum, halitus putres. multi sunt, qui morbis occultis laborāt, nec ull^o morbo non habet suum cōtagium. Certe pleriq; scabiem habent Hispanicā, siue, ut quidam vocant, Gallicam, quum sit omnium nationum communis. Ab his opinor non multo minus esse periculi, quam à leprosis. Iam tu diuina, quantum discriminis sit in pestilētia. B E. Sunt viri fortes, ista rident ad negligunt. G V. Sed interim multorum periculo fortes sunt. B E. Quid facias? Sic assueuerunt, & constātis est animi, non discedere ab instituto. G V. Atqui ante annos viginti quinque nihil receptius erat apud nos, quam thermæ publicæ: nunc frigent ubique. Scabies enim noua docuit nos abstinere. B E. Sed audi cætera. Post redit ille barbatus Ganymedes, ac linteis iſternit mēſas, quot putat esse satis illi numero. Sed ô deum immortalem, quam non Milesijs, canabea dices ex antennis detracta. Destinat enim unicuique mensæ, ut minimum octo. Iam quibus est notus mos patrius, accumbunt, ubi cuiq; libitum fuerit. Nullum enim discrimen inter pauperem ac diuitem, inter herum ac famulum. G V. Hęc est m. iij.

illa vetus æqualitas, quam nunc è vita submouit tyrannis . Sic opinor vixisse CHRISTVM cum suis discipulis. B. Postquam accubuerūt omnes, rursus prodit toruus ille Ganymedes , ac de nouo dinumerat sua sodalitia : mox reuersus, apponit singulis pinacium ligneum, & cochleare ex eodem argento factum , deinde cyathum vitreum, aliquanto post, panem: eum sibi quisq; per otium repurgat , dum coquantur pultes : Ita nonnunquam sedetur ferme horæ spatio. . G V. Nullus hospitum interim efflagitat cibum? B E R. Null^o, cui notū sit regionis ingenium. Tandem apponitur vinū. De^o bone, q̄ non fumosum. Nō aliud oportebat bibere Sophistas. Tanta est subtilitas & acrimonia. Quòd si quis hospes, etiam oblata priuatim pecunia roget, vt aliunde paretur aliud vini gen^o, primum dissimulant, sed eo vultu, quasi interfecturi: si vrgeas, respōdēt: hic diuersi facti sūt tot Comites & Marchiones, neq; quisquā questus est de vino meo, si nō placet, quære tibi aliud diuersoriū. Solos enī nobiles suæ gentis habent pro hominibus, & horū insignia nusquam nō ostentāt. Iam igitur habent offam, quā obijciant latranti stomacho: mox magna pōpa veniūt disci. Primus ferme habet offas panis madefactas iure carniū, aut si dies est pisculentus, iure leguminū. Deinde aliud ius, post aliquid carniū recoctarū, aut salsamētorū

recalfactorum. Rursus pultis aliquid, mox aliquid solidioris cibi, donec probe domito stomacho, apponant carnes assas, aut pisces elixos, quos non possis omnino cōtemnere: sed hic parci sunt, & subito tollunt. Ita totum conuiuī temperant, quemadmodum solent actores fabularum, qui scenis admiscent choros, ita isti alternis miscent offas ac pultes. Curant autem, vt extremus actus sit optimus. G V. Et hoc est boni poetæ. B E R. Porro piaculum sit, si quis interim dicat, tolle hunc discum, nemo vescitur. Desidendum est vsque ad præscriptum spatium, quod illi clypsydri, vt opinor, metiuntur. Tandem prodit ille barbatus, aut pandochens ipse, vestitu minimum à famulis differens, rogat ecquid animi nobis sit. Mox adfertur vinum aliquod generosius. Amāt autem eos qui bibunt largius, cū nihilo plus soluat ille, qui plurimū hauserit vini, q̄ qui minimum. G V. Mirum gentis ingenium. B E R. Quum nonnunq̄ sint qui duplo plus absument in vino q̄ soluant pro conuiuio. Sed antequam finiam hoc cōuiuīum, dictu mirum, quis sit ibi strepitus ac vocū tumult⁹, postq̄ omnes coeperūt incalescere potu. Quid multisturda omnia. Admiscunt se frequēter ficti moriones, quo genere hominum quū nullū sit magis detestandū, tamē vix credas, quātōpere delectentur Germani: illi cantu, garritu, clamore, saltu

tione, pulsu faciunt, ut hypocaufti videatur corruiturum, neque quisquam alterum audiat loquentem. At interea videntur sibi suaviter vivere, atque illic desiderandum est volenti nolenti usque ad multam noctem. O V. Nunc tandem absolute conuiuium. Nam me quoque tædet tam prolixum. B E. Faciam. Tandem sublato caseo, qui vix illis placet, nisi putris ac vermibus scatens, prodit ille barbatus, adferens secum pinacium escarium, in quo creta pinxit aliquot circulos ac semicirculos, id deponit in mensa, tacitus interim ac tristis, Charontem quempiam diceres: qui agnoscunt picturam, deponunt pecuniam, deinde alius atque alius, donec expleatur pinacium. Deinde notatis qui deposuerunt, supputat tacitus: si nihil desit, annuit capite. O V. Quid si quid supersit? B. Fortasse redderet, & faciunt hoc nonnunquam. O V. Nemo reclamatur iniquæ rationis? B. Nemo, qui sapit. Nam protinus audiret, Quid tu es hominis? Nihil plus solues, quam alij. O. Liberum hominum genus narras. B E. Quod si quis ex itinere lassus, cupiat mox à cœna petere lectum, iubetur expectare donec cæteri quoque eant cubitum. O V. Videor mihi videre ciuitatem Platoniam. B E. Tum suus cuique nidus ostenditur, & vere nihil aliud quam cubiculum: tantum enim ibi lecti sunt, & præterea nihil quo utaris, aut quod fureris. O. Illic mundities est. B E. Eadem que

in cōuiuio,lintea forte lota ante men
 ses sex.G. Quid interim fit de equis?A.
 Ad eandem disciplinam tractantur,ad
 quam homines.G.Sed est eadem ubiq;
 tractatio?B. Alicubi ciuilior est,alicubi
 durior quàm narraui:verum in genere
 talis est.G. Quid si ego tibi nunc nar
 rem,quibus modis hospites tractētur
 in ea parte Italiae,quam Longobardiā
 vocant, rursus in Hispania, deinde in
 Anglia & in Vualia? Nam Angli par
 tim Gallicos,partim Germanicos mo
 res obtinēt,vt ex his duabus gentibus
 mixti. Vuali se prædicant ἀυτήχθονας
 Anglos. B. Quæso te,vt narres. Nam
 mihi nunquam contigit eas adire. G.
 In præsentia non est otium.Nam nau
 ta iussit,adessem ad horā tertiam, nisi
 vellem relinqui, & habet sarcinulam
 aliās dabitur opportunitas ad satietas
 tem vsque garriendi.

ADOLESCENTIS ET
 SCORTI.

LUCRETIA, SOPHRONIUS.

EVge mi lepidissime Sophroni,tan
 dem nobis redditus es? Nam mihi
 videris abfuisse seculum. Prima fronte
 vix te agnoscebam.s. Quamobrē mea
 Lucretia? L. Quia pro imberbi nobis
 redisti barbatulus. Quid rei est meum
 corculum? Nam videre solito toruor.
 s. Cupio tecum seorsum colloqui fami
 liariter. L. Au,au, non solæ sumus mea
 mentula? s o. Secedamus in locum se
 m.v.

A D O L E S C E N T I S

cretiorem. L. Age concedamus in cubi-
 culum interius, si quid libet. s o. Non-
 dum hic locus mihi videtur satis secre-
 tus. L. Vnde iste nouus pudor? Est hic
 museion, vbi repono mundum meum,
 locus adeo obscurus, vt vix ego te vi-
 sura sim, aut tu me. s o p. Circumspice
 rimas omnes. L. Rima nulla est. s. Nub-
 lus est in propinquo, qui nos exaudiat?
 L. Ne musca quidem, mea lux. Quid
 cūctaris? s o. Fallemus hic oculos Dei?
 L. Nequaquam, ille perspicit omnia.
 s o. Et angelorum? L. Illorum oculos,
 non licet effugere. s o. Qui fit igitur,
 vt non pudeat homines id facere corā
 oculis Dei, ac testibus sanctis angelis,
 quod puderet facere in conspectu ho-
 minum? L v c. Quid hoc nouæ rei est?
 venisti huc concionaturus? Indue cu-
 tulam Franciscanam, conscende sug-
 gestum, & audiamus te barbatule. s o.
 Nec isthuc grauarer facere, si te que-
 am ab isto vitæ genere reuocare, non
 solum turpissimo, verumetiam miser-
 rimo. L. Quamobrem o bone? victus
 alicunde parandus est. Sua quenq; alit
 ars, hoc est nostrum opificium, hic fun-
 dus noster. s o. Optarim, mea Lucre-
 tia, vt excussa paulisper ista animi te-
 mulentia, rem ipsam mecum confide-
 res. L. Serua contionem tuam in aliud
 tempus: nunc viuamus mi Sophroni.
 s. Tu quæstus gratia facis quicquid fa-
 cis. L. Non multum aberrasti à scopo.
 s. Nihil decedet tuo lucro, dabo qua-

duplum vt auscultes tantum. L. Die
 quæ voles . s . Primum illud mihi re-
 spōde, Habēsne quæ tibi male volunt?
 L. Non vnam . s . Et quas tu vicissim
 odisti? L. Vt merentur . s . Proinde si
 possis illis facere rem gratam, facerēs
 ne? L. Citius miscerem illis toxicum. s .
 Atqui cogita nunc, an illis quicquam
 potueris facere gratius, quàm quòd vi-
 dent te viuere hanc vitā dedecorofam,
 ac miserrimā. Quid autē poteras face-
 re molestius ijs, qui tibi bene volunt?
 L. Sic erat fatum meū. s . Iam quod esse
 solet omniū difficillimū ijs, qui depor-
 tātur in insulas, aut relegātur ad extre-
 mos orbis barbaros, hoc tu tibi tuapte
 sponte sumpsisti. L. Quidnā est istud?
 s . An nō spōte renūtiasti omnibus affe-
 ctibus, patri, matri, fratribus, sororib⁹,
 amitæ, materteræ, ceterisq; quoscunq;
 tibi natura cōiunxit? Nam & illos tui
 pudet, nec tu sustines in illorum veni-
 re conspectum. L. Imò feliciter cōmu-
 tauī affectus meos : pro paucis enim
 nunc habeo plurimos, quorum tu es
 vnus, mihi fratris loco sēper habitus.
 s . Mitte iocos, ac rem ipsam, vt habet,
 expende serio. Quæ tam multos habet
 amicos, ea nullū habet amicū, mihi cre-
 de Lucretia. Nā qui ad te cōmeant, nō
 habēt te pro amica, sed pro matula po-
 tius. Vide quò te ipsam deieceris misero-
 ra. CHRIS TVS te tā charam habuit,
 vt te suo sanguine redemerit, vt te cæ-
 lestis hereditatis cōsortē esse voluerit,

& tu te facis cloacam publicā, ad quā
 commeāt quilibet fordidi, impuri, sca-
 biofi, suāmq; spurcitiam in te repur-
 gant. Quod si nondum eius lepræ con-
 tagium, quam vocant scabiem Hispan-
 nicam, attigit te, non diu poteris effu-
 gere. Quod si fiat, quid te infelicius, e-
 tiam si cætera essent sequūda, puta, res
 & fama, quid aliud eris, quā viuum
 cadāuer? Matri grauabaris esse morige-
 ra, nunc seruis lenæ turpissimæ. Paren-
 tis audire monita tædebat, hic sæpe ti-
 bi vapulandum est ab ebrijs & insanis
 scortatoribus. Pigebat aliquid operis
 facere domi, quo victum quæreret: hic
 quos tumultus, quæ peruigilia sustinet?
 L. Vnde nobis hic concionator nouus?
 s. Iā mihi & illud fac cogites. Iste for-
 mæ flos, qui tibi conciliat amatores,
 breui defluxerit. Quid tum facies mi-
 sera? Quod sterquilinum te fuerit ab-
 iectius? fies ex meretrice lena. Nō om-
 nibus contingit ista dignitas: & si con-
 tingat, quid sceleratius, aut quid diabo-
 licæ maliciæ vicinius? L. Vera sunt in
 Sophroni propemodum quæ dicis om-
 nia. Sed vnde tibi ista noua sanctimos-
 nia, qui soleas esse nugator omniū nu-
 gacissimus? Nemo te vno frequentius
 aut intēpestiuus huc commeabat. Au-
 dio te fuisse Romæ. s. Fui: L. Atqui in-
 de solent redire deteriores. Quo pacto
 tibi diuersum accidit? s. Dicā, quia non
 eodem animo, modoque Romam adij-
 Cæteri ferè ideo eūt Romā, vt redeāt

deteriores: & ad eam rem ibi suppetūt
 affatim occasiones. Ego cū probo viro
 profectus sum, cuius hortatu pro lage
 na libellum mecum attuli, Nouum tes
 tamentum ab Erasmo versum. L. Ab
 Erasmo? Aiunt illum esse sesquihæreti
 cum. s. Num & huc peruenit illius vi
 ri nomen? L. Nullū celebrius apud nos.
 s. Vidistin' hominem? L. Nūquam, sed
 optarim vidisse, de quo tam multa au
 diui mala. s. Fortassis à malis. L. Imò à
 viris reuerendis. s. A quibus? L. Nō ex
 pedit dicere. s. Quamobrem? L. Quia
 si tu effutires, & res permaneret ad il
 los, meo quæstui non minima portio
 decederet. s. Ne metue, lapidi dixeris.
 L. Admoue aurem. s. Inepta, quid opus
 est admota aure quū simus soli, ànne
 Deus exaudiat? Proh Deum immorta
 lem, video te piam meretricem, quæ
 mendicos subleues eleemosyna. L. At
 ego ex istis mendicis plus capio lucri,
 quàm ex vobis diuitibus. s. Spoliāt matro
 nas bonas, vt effundant in meretrices
 malas. L. Sed perge de libro. s. Faciā, &
 præstat. Ibi me docuit Paulus, qui nes
 cit mentiri, quòd nec scorta, nec scort
 tadores, regni cælestis hæreditatem cō
 sequentur. Hoc vbi legissem, sic cœpi
 cogitare apud me: modica res est, quā
 expecto ex hæreditate paterna, & tamē
 malim renūtiare scortis omnibus, quàm à
 patre exhæredari: quāto magis cauēdū
 est, ne me exhæredet pater cælestis? Et
 aduersus exhæredatē aut abdicatē pæ

trem, aliquod præsidium porrigūt humanæ leges : aduersus exhæredantem Deū, nihil est suffugij. Itaq; mihi protinus interdixi omnē scortorū vsum. L. Si quidē possis cōtinere. s. Bona cōtinentiæ pars est, ex animo continentē esse velle. Postremo superest extremū mali remediū, vxor. Romæ in poenitentiarij sinum, totū Augiæ stabulū effudi: is multis prudēter hortatus ad puritatem animi & corporis, ad sacram lectionem, ad crebras preces, ad vitæ sobrietatem: pro poena nihil aliud indixit, quàm vt flexis genibus ad summum altate dicerem psalmū, Misere re mei deus: & si mihi suppeteret pecunia, darē egenti eupiā Carolinū vnū. Admiranti mihi quod pro tot scortationibus tantillum poenæ infligeret, satis facete respondit, Fili, inquit, si vere poenitet, si vitā cōmutas, nihil moror poenam: sin perges, ipsa libido tandem abs te plus satis poenarum exiget, etiā si sacerdos nō indicat. Me vide lippū, tremulum, incuruū: at olim taliseram, qualem te hactenus fuisse prædicas. Sic ego resipui. L. Ergo vt video, perdidisti meum Sophroniū. s. Imò lucrifecisti. Nā ante perierat, nec sibi amicus, nec tibi. Is nūc te vere amat, ac tuā sitit salutē. L. Quid igitur suades mi Sophroni. s. Vt quamprimum te subducas ab ista vita. Adhuc puella es: quod cōtractū est labis, potest elui. Aut nube marito, nos aliquid ad dotem cōferemus,

aut confer te in collegium aliquod sacrum, quod lapsas recipit. aut commutato loco, dedas te in familiam alicuius honestæ matronæ. Ad horum quodlibet offero tibi operam meam. L. Amabo te mi Sophroni, circumspicito, sequar tuum consilium. s. Sed interim hinc te submoueto. L. Hui tam citos s. Cur non potius hodie quàm cras, si dilatio damnum habet, mora periculum? L. Quò me vertā's. Colliges omnem mundum tuum, eum trades mihi vesperi, famulus clam deferet ad fidelē matronam: aliquanto post ego te producā, veluti deambulandi gratia: apud eam matronam latitabis meo sumptu, donec tibi prospexero, id fiet breui. L. Age mi Sophroni, trado me totam in tuam fidem. s. Gaudebis olim factō.

CONVIVIUM POETICVM.

Hilarius, Leonardus, Crato, Conuiuæ, Margareta, Carinus, Eubulus. Sbruli⁹, Parthenius, Mus seruus Hilarij. HIL.

L Euis apparatus, animus est lautissimus.

L. Cœnā sinistro es auspicatus omine.

H. Imò absit omen triste. Sed cur hoc putas? L. E.

Cruenti iambi haud cōgruūt cōuiuio.

C. R. Euge, certum est adesse Musas, effluunt carmina imprudentibus.

H. Si rotatiles trochæos mavelis, en accipe,

Vilis apparatus hic est, animus est lautissimus.

Quamquam & iambi olim ad rixas ac
 pugnas nati, post didicerunt omni ser-
 uire materię. O pepones, habetis pepo-
 nes in horto nostro natos. En lactucas
 sessiles, succo tenerrimo, suo nomini
 respondentes. Has delicias quis sanus
 non præferat apris, murenis, & attage-
 nis? c R. Si licet in cõuiuio poetico ve-
 ra loqui, quas tu lactucas vocas, betæ
 sunt. H. Hoc omen auertant superi.
 c R. Sic res habet, vide figuram. Tum
 vbi succus lacteus, vbi molles aculei?
 H I. Facis vt addubitem. Heus, accerse
 huc famulam. Margareta, Tisiphone,
 quid tibi venit in mentem, vt pro la-
 ctucis nobis apponeres betas? M. Data
 opera feci. H. Quid ais venefica? M. Vo-
 lebam experiri, an inter tot poetas es-
 set, qui lactucã dignosceret à beta, nã
 scio te non posse dignoscere. Dicite mi-
 hi bona fide, quis animaduertit esse be-
 tas? c O. Crato. M. Facile diuinabam nõ
 fuisse poetam. H. Si quid tale posthac
 designaris, ego te pro Margareta vo-
 cabo Bliteam. c O. Ha ha he. M. Istæ
 momenclaturæ nec obesorem me red-
 dunt, nec macilentiozem, sæpe vices
 in die mihi commutat nomẽ: vbi quid
 cupit eblandiri, vocat me Galateã, Eus-
 terpen, Calliopen, Callirhoen, Melis-
 sam, Venerem, Mineruam. Quid non?
 Vbi quid stomachatur, repẽte fio Tisi-
 phone, Megera, Alecto, Medusa, Ban-
 cis, aut aliud, quicquid illi suggesserit
 splẽdida bilis. H. Abi hinc cū tuis betis

Blitea. M. Quorsum attinebat huc evocare? H. Vt redires vnde veneras. M. Vetus dictū est. Proclivius est evocare cacodæmonē, quā abigere. C O N. Ha ha he, apposite. Vt tibi res habet Hilari, opus est aliquo carmine magico, quo illam hinc abigas. H. Habeo in promptu.

Φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος ὑμῶν διώκει.

M A R. Quid ais Æsopet? C R. Caue tibi Hilari, impinget colaphum, sic abegisti tuo Græco carmine. O magum egregium. H I. Quid tu credis Crato esse hanc? Ego tali carmine abegissem decem magnos cacodæmones. M A R. Pili non facio tuos versus Græcanicos. H I L. Adhibendus est igitur, vt video, bombus magicus, aut si nec hic sufficet, Mercurij caduceū. C R. Mea Margareta, scis poetarum genus esse afflatū, non ausim dicere furiosum, rogo te, vt istam rixam in aliud tēpus proroges, nōsq; hac cœna, vel mea causa suaviter tractes. M. Quid mihi cum istius versiculis? Sæpenumero quum est eūdum ad macellum, nō habet quod numeret, & interim cantillat versiculos. C R. Sic sunt poetæ. Sed age fac sodes quod dico. M. Equidem faciam in tuam gratiam, quoniam noui te probum, qui nunquam contriueris cerebrū tuū in eiusmodi deliramentis, ac demiror, quo facto in hunc incideris chorū. C R A T O.

CONVIVIUM

Vnde id coniectas? M A R. Quia nasus obessor, & oculi nitentes, & corpus succulentum. Nūc mihi huius nasum contemplare, & risum Sardoniū. c R. Sed obsecro, meum suaviū, vt istam iram mihi condones. M. Abeo, nec postulo vt quisquam ceterorū hoc nomine mihi gratias agat. H. Abijt' ne iam? M. Nō tam procul quin audiat te. Mōs. Iā est in culina, secum nescio quid murmurans. c R. Famulā habes minime mustam. H. Aiunt bonam famulam oportere tribus dotibus esse præditā, vt sit fidelis, vt sit deformis, vt sit ferox, quā vulgo malam vocat. Fidelis non dimittit rem, deformem nō ambiunt proci, ferox facile tuetur ius heri sui. Nam aliquoties opus est non solum lingua, verū etiam manibus. Hęc mea ē tribus duas habet virtutes, deformis iuxta ac mala. de fide dubito. c R. Linguam audivimus, sed ego metuebam tibi à manibus. H. Admouete manus peponib⁹, de lactucis actum est. Etenim si nunc iuberē apponi lactucas, sat scio carduos apponeret. Sūt & melones, si quis hoc genere magis capitur. En fici recentes, modo decerptos à matre, testatur lac in pedunculo. A ficis solet aqua sumi, ne qui obliuent stomachum, en habetis ē limpidissimo fonticulo viam ac frigidissimam, vtilem & vino dituendo. c R. At ego nescio, vtrum vtro diluā, vinum aqua, an aquam vino, adeo mihi hoc vinum videtur haustum ex eo

dem fonticulo Musarū. H. Tale vinum
 conducit acuendis ingenijs poetarum,
 vos crassi crassis delectamini. c R. Vti
 nam Crassus essem ille beatus. H. Ego
 malim esse Codrus, aut Ennius. Quan-
 doquidem mihi contigit habere con-
 uuias tam multos, tamq; insigniter eru-
 ditos, non cōmittam vt nihilo doctior
 eos dimittam. Est locus in prologo Eu-
 ruchi, qui multos torquet. Nam pleris-
 que codices sic habēt, Sic existimet, sci-
 at, responsum, non dictum esse, quia le-
 sit prior. Qui bene vertendo, & eas de-
 scribendo male, &c. In his verbis desi-
 dero sensum argutum, ac Terentio di-
 gnū. Nec enim ideo lesit prior, quia ma-
 le vertit Græcas fabulas, sed quia Terē-
 tianas carpserat. H. Iuxta vulgo iacta-
 tum prouerbiū. Qui pessime canit, pri-
 mus incipiet. Cum essem Lōdini apud
 Thomam Linacrum, virum sic in om-
 ni genere philosophiæ doctissimum, vt
 nihilo fecius has grammaticorū minu-
 tias ad vnguē calleat, ostendit mihi co-
 dicem mira vetustate, in quo sic habebat
 scriptum,
 Sic existimet, sciat.
 Responsum, non dictum esse, quale sit
 prius.
 Qui bene vertendo, & eas describendo
 male,
 Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bo-
 nas.
 Idem Menandri phasma nunc nuper
 dedit.

Sic autē ordinandus est sermo, vt quale sit, indicet subijciendum exemplum prioris dicti . Minitabatur se vicissim reprehensurū aliquid in fabulis eius, à quo fuerat reprehensus . Atque id negat videri debere conuitium, sed respōsum. Qui laceffit, iacit dictum: qui regerit laceffit, respondet . Huius rei promittit exēplū, quale sit, quod Græcis dicitur, *ολον* Latinis, quod genus, aut veluti, siue videlicet, aut puta. Deinde subijcit reprehensionē, in qua, prius, aduerbium respondet ad alterū aduerbium veluti diuersum, quod sequitur, nuper: quemadmodum pronomē, qui, respondet ad dictionem idem. Veteres enim Lauinij fabulas in totū damnat, quoniam iam exciderat ex hominum memoria . In his quas nuper dedisset, certa notat loca. Mihi videtur hæc germana lectio, verusq; Comici sensus, nisi quid dissentit senat⁹ populūsq; poeticus. **C O N.** Imò pedib⁹ omnes in tuam discedimus sententiam . **B V B.** At ego vicissim à vobis quiddā leue ac facillimum discere cupiā, quo pacto metiendus sit hic versiculus , Ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. **Micæte digitis. H.** Opinor more veterum elidi, s, vt secundo loco sit anapestus. **I.** Accederem, nisi casus auferēdi desineret in, is, natura longam. Itaq; submota consonante, nihilo minus manet longa vocalis . **H.** Vera prædicas . **C R.** Si quis illiteratus & ignotus ingredi

tur, planè crederet nos inter nos micatone digitorum, rusticorum ludum renouare. L E. Nos quantum video, frustra micamus digitis: tu si potes, expedire. E. Videte quantula res nonnunquam torquet homines, etiam eruditos: præpositio ex, pertinet ad finem carminis præcedentis,

Qui bene vertendo, & eas describendo male, ex

Græcis bonis, Latinas fecit non bonas. Ita nihil est scrupuli. L E. Sic est per Musas. C A. Quandoquidem cœpimus micare digitis, velim ut aliquis mihi versum hunc ex Andria, digerat in suos pedes: Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Nam mihi sæpe tentanti non successit. L E. Sine in, iambus est: uidia, anapestus: laudē in, spōdeus: uenias, anapestus: & ami, rursus anapestus. C A. Habes iam pedes quinque, & supersunt tres syllabæ, quarum prima est longa, ut nec iambū facere possis, aut tribrachyn. L E. Profecto vera prædicas. Hæremus in vado, quis nos expediet? E V. Nemo melius quam qui induxit in hoc vadū. Age Carine, ne cœla si quid habes, inter candidos amiculos. C A R. Nisi me fallit memoria, video mihi quiddam tale legisse apud Priscianum, qui docet apud Latinos Comicos, u, consonantem perinde elidit ut vocalem, quemadmodum frequenter in hac dictione, enimuero, sic ut pars enie, faciat anapestum. L. Itaque metire

nobis. c A. Faciam. Sine inidi, procelem
 maticus est, nisi mauis elidi i, per sym
 eresin: vt quum Vergilius, aureo, ponit
 in fine carminis heroici p, auro. Quod
 si placet, erat primo loco tribrachys: a
 lau, spōdeus est: dinueni, dactylus: as &
 a, dactylus: micos, spōdeus: pares, iam
 bus. s B. Carinus nos explicuit ex hoc
 sanē vado. Sed est in eadē scena locus,
 quē haud scio an quisquā animaduere
 terit. H. Obsecro profer. s B. Illic hūc
 in modum loquitur Simo: Sine vt eue
 niat quod volo, In Pamphilo vt nihil
 sit moræ restat Chremes. H I. Quid
 hic te offendit? s B. Quum, sine, sit mi
 nitantis, nihil hic sequitur quod faciat
 at ad minas. Proinde suspicor a poes
 ta scriptū fuisse: Sin eueniat, quod vo
 lo, vt sin respondeat ad, si, quod præ
 cessit:

Si propter amorē vxorē nolit ducere.
 Proponit enim senex duas partes in
 ter se diuersas. Si Pamphilus ob amor
 rem Glycerij recusat nuptias, erit quod
 cum illo exostulem: sin ille non recusat
 farit, tum mihi restat exorādus Chre
 mes. Porro hyperbaton longius fecit
 interpellatio Sofiæ, & stomach⁹ Simo
 nis in Dauum. H. Mus, porrige mihi
 codicem. c R. Committis tu muri co
 dicem? H. Tutius quā vinum. Dispe
 ream nisi verum dixit Sbrulius. P A R.
 Trade mihi codicem, vt ostendam ali
 um scrupulum. In prologo Eunuchi
 versus hic non cōstat: Habeo alia muls

ta, quæ nunc cōdonabuntur. Quamquam enim Comici Latini præcipue sumunt sibi multam libertatem in hoc genere carminis, tamen nusquam memini illos senarium claudere spondeo, nisi forte legendum est, cōdonabitur. *ἄποδος ἄποδος*; aut condonabimus, mutato numero personæ. M A. O mores vere poeticos In ipso limine conuiuij micant digitis, & librum adhibent. Lusus & literas præstat seruire in mēsas secundas. C R. Non omnino pessimum cōsiliū dat Margareta, obtemperabitur: placito stomacho reuocabimus lusum, interim digitis micabimus in disco. H. Videte luxum poëticum. Habetis triplex ouorum genus, elixa, assa, frixa, omnia recentissima sunt, intra biduum nata. P. Ego butyri esum non fero: si frixa sunt oleo, perplacebūt. H. Abi puer, discite ex Margareta, in vtro frixa sint: M S. In neutro, inquit. H. Nec in butyro, nec in oleo? In quo igitur? M S. In lixiuio, vt ait. C R. Qualis præcōtatio, talis respōsio. Quid negotij est dignoscere butyrum ab oleo? C A. Præsertim his, qui tam facile discernūt lactucam à betæ. H. Habetis ouationē, sequetur aliquādo triūphus. Heus puer, circumfer oculos. Nihil ne vides hic deesse? M S. Permissa. H I. Hæc oua desiderant condimentum, quo temperetur calor. M S. Quod vis? H I. Dic vt ex confusis vitis clauiculis mittat nobis succum. M S. Dicam. H I. Quid huc

redis inanis ? M⁹. Negat è clavis fuerit
 cum exprimi solere. H. O famulã. s. n.
 Certe fabulis cõdiemus oua nostra. In
 Epodis Horatianis offendi locũ quẽ
 dam, non deprauatum, quod ad scriptu
 ram attinet, sed deprauate interpreta
 tum, nec à Mancinello solum, ceteris
 que recẽtiõibus, verum etiam ab ipso
 Porphyriõne. Locus est in carmine,
 quo canit palinodiã Canidiz veneficæ.
 Tuũsq; venter Pactumeris, & tuo
 Cruore rubros obstetrix pannos lauit,
 Vt cunq; fortis exilis puerpera.
 Existimant enim omnes hic, exilis, no
 men esse, cum sit verbum. Adscribam
 verba Porphyriõnis, si tamẽ illius esse
 credendũ est : Exilem autẽ, inquit, sub
 illa specie, quasi puerperio facta sit de
 formis, per exilitatem corporis maciẽ
 naturalem dicit. Pudẽdus lapsus, si vir
 tantus nõ sensit metri legem reclama
 re huic sensui. Neque enim quartus lo
 cus admittit spondeum. Verum poeta
 iocatur illam vere peperisse, quãquam
 non diu languisset ac decubasset à par
 tu, sed statim exilisset è lecto, quemad
 modum solent quãdam fortes puerpe
 ræ. n. Habemus tibi gratiana Sbrulũ,
 qui tam laute condieris oua nostra. l.
 Isti non dissimile est, quod legitur in
 primo Odarum libro, Odẽ initium est,
 Tu ne quæsieris. Sic autem habet con
 stans lectio: Neu Babylonios Tentaris
 numeros, vt melius quicquid erit pati
 Hunc locum ita transiliunt veteres ioc

terpres, quasi nihil habeat scrupulis
 solus Mancinellus sentiens orationem
 imperfectam, iubet addi, possis. s. Ha-
 bes aliquid de hac re cōpertius? L. Ne-
 scio, sed mihi videtur Horatius Græci
 sermonis idioma reddidisse, quod nul-
 lus poetarū facit libentius aut frequen-
 tius: nā Græcis est familiare aparem-
 phaton adiungere huic dictioni & &
 & s. Sic Horatius, vt pati, pro, vt patiar-
 ris. Quanquā quod diuinat Mancinel-
 lus, non est prorsus absurdum. H. Mi-
 hi vehemēter arridet quod dicis. Cure
 re Mē, & adfer si quid est reliquū. c.
 Quid isthuc est nouarum deliciarum?
 H. Hic est cucumis sectus in laminas:
 hoc est ius ex coctis intestinis eu-
 curbitæ, conducit lubricādis intestinis.
 s. B. R. O. coenam vere medicam. H. I. L.
 Boni consulite. Mox aderit gallina ex
 corte nostra. s. B. R. Commutabimus
 tibi nomen, & pro Hilario vocabimur
 Apitium. H. Age, nunc ridete quantū
 voletis, cras fortasse serio laudabis hanc
 coenam. s. B. R. Qui sic? H. Cum sense-
 ris tibi probe cōditum esse prandium.
 s. B. Fame? H. Scilicet. c. R. Scis Hilar-
 ri quid prouinciæ te vellem suscipere?
 H. Sciam, si dixeris. c. R. Chorus canit
 hymnos quosdā non indoctos, sed per
 indoctos multis locis deprauatos: eos
 cuperem tua opera nobis restitui: vt
 autem exemplum proferam, ita canis-
 mus: Hostis Herodes impie, c. H. R. L.
 s. T. V. M. venire quid times? Ordo dis-

CONVIVIUM

tionis vnus inuersus, geminum vitium
 inuexit carmini. Nam hostis, cum tro-
 cheum efficiat, nullum habet locum in
 carmine iambico: & Hero, spōdens, nō
 recipitur in sede secunda. Nec dubium
 est, quin versus ita primum script⁹ sit
 Herodes hostis impie. Iam epithetū,
 impie, mollius cohæret cum hostis q̄
 cum Herodes. Porro quoniam Hero-
 des, dictio Græca est, & vertitur in i, in
 casu vocandi, vt Σωκράτης & Σωκράτης,
 quemadmodum & in ἀδάμιμον ω me-
 ga recti casus vertitur in o micron.
 Rursum ita canimus hymnum: I E S V
 corona virginum, quem mater illa cō-
 cepit, Quæ sola virgo parturit: dubiū
 non quin concipit sit pronuntiandum.
 Nam temporis hypallage gratiā etiā
 addit sermoni. Ridiculū autem est, nos
 offendi in oōcipit, quum sequatur par-
 turit. H. Istius generis & ipse permul-
 ta offendi, nec pigebit olim huic rei
 liquot dierū opellam dare: nam mihi
 videtur Ambrosius in hoc carmine nō
 parum habere gratiæ: adeo ferè finit di-
 metrum dictione trisyllaba, & cesurā
 ferè collocat in fine dictionis. Id cre-
 brius apud eum fit, quàm vt casus vi-
 deri possit. Si quæritis exēplum: Deus
 creator, hic est penthemimeris, accin-
 tur omnium: polique rector, accinitur
 vestiens: diem decoro, accinitur lumi-
 ne: noctē soporis, accinitur gratia. Sed
 adest gallina satis obesa, quæ mihi to-
 tis decem annis peperit oua, & exclu-

sit pullos. c R. Indigna erat quę neca-
 retur. c. Si licet aliquid admiscere de
 studijs seuerioribus, habeo quod pro-
 ponā. H. Modo ne nimium sit tetricū.
 c A R. Non est. Coepi nuper legere Se-
 necę epistolas, & in ipso statim portu,
 quod aiunt, impegi: locus est in prima
 epistola: Et si volueris, inquit, attende-
 re, magna vitę pars elabitur male agē-
 tibus, maxima nihil agētibus, tota, ali-
 ud agentib⁹. In hac sententia affectat
 nescio quid argutię, quod ego non sa-
 tis assequor. L E. Diuinabo, si voles.
 c A R. Maxime. L E. Nemo perpetuo
 peccat. Et tamen luxu, libidine, ambis-
 tione, ceterisq; vitijs, magna vitę pars
 perit: sed multo maior vitę portio pe-
 rit nihil agentibus. Porro nihil agere
 dicuntur, non qui viuunt in otio, sed
 qui rebus friuolis, & nihil ad felicitatē
 conducentibus occupantur: inde pro-
 uerbiū, Sati⁹ est cessare, q̄ nihil agere.
 Sed tota vita perit aliud agentibus. Ali-
 ud agere dicitur, qui nō est attētus ad
 id, quod agit. Perit igit̄ tota vita, quo-
 niā cū vacam⁹ vitijs, aliud agimus: dū
 vacamus friuolis, aliud agim⁹: dū stu-
 demus philosophię, quoniā id facim⁹
 supine & oscitāter, aliud agimus parū
 attenti, velut ad rem minime seriā.
 Hęc interpretatio si parū arridet, nu-
 meretur hęc sententia Senecę inter
 eas, quas in hoc scriptore damnat A.
 Gellius, vt friuole argutas. H v. Mihi
 sanē satis arridet. Sed interim strenue
 n. ij.

ad gallinam. Nolim vos falli, nihil præ-
 terea parati est: quadrat enī ad id quod
 præcessit: Turpissima est iactura, quæ
 per negligentiam fit. Id autē declarat
 hac trimembri sentētia. At paulo post
 videor mihi videre mendum: mortem
 nō prospicimus. Magna pars eius iam
 præterijt. Nam legendū arbitror, mor-
 tem prospicim⁹. Prospicimus enī quæ
 procul absunt, quum mors magna ex
 parte præterierit nobis. L. Si tibi per-
 mittunt philosophi, vt aliquādo diuer-
 tant in prata Musarū, fortassis nō vie-
 debitur absurdum, si nos aliquādo vel
 animi gratia diuertamus in illorum re-
 gionem. H. Quid nisi L. Quū nuper
 relegerem librū Aristotelis, quē inscri-
 psit, *περὶ τῶν ἰλιχῶν*, quod argumē-
 tum est rhetorib⁹ cū philosophis ma-
 gna ex parte commune, comperi insi-
 gnes errores interpretum. Neque dis-
 bitandum est, quū hic quī Græce ne-
 sciunt, in multis locis egregie delira-
 rint. Aristoteles enim proponit huius-
 modi genus ambigui, quod nascitur
 ex voce, quæ eadem declarat diuersa,
 ὅτι μανθάνουσιν οἱ ἐπιστάμενοι, τὰ
 γὰρ ἀποσοματιζόμενα μανθάνου-
 σιν οἱ γραμματικοί. τὸ γὰρ μαν-
 θάνειν ὁμώνυμον τὸ τε ξυνιέναι
 ζώμενον τῆ ἐπισήμῃ, κὶ ὁ λαμ-
 βάνειν τὴν ἐπισήμη. Id verterūt
 in hunc modum. Quoniam discūt sci-
 entes. Nam secundum os grammatici

discant . Discere enim æquiuocum ad
intelligere eum, qui utitur disciplina,
& accipere disciplinam. H I L A . Vis
sus es mihi nunc Hebraice loqui, non
Latine. L E . Est ne quisquam vestrum
qui audiuit hic ullam vocem æquiuo-
cam? H I L . Nullam. L E O . Quid igitur
stultius, quam id velle vertere, quod
verti non poterat? Neque enim quem
admodum Grecis *μανθάνειν*, sonat *μαν-
θῆναι* & *μανθησίην*: ita Latinis discere,
doctrinam accipere, aut tradere. Quan-
quam an hoc sit verum nescio, magis
arbitror sic manthanin esse anceps ap-
ud Græcos, quemadmodum cognos-
cere apud Latinos. Cognoscit enim
qui nouit, & cognoscit iudex qui dis-
ciscit causam. Sic opinor Græcis *μανθάνειν*
dicitur præceptor, qui exigit prælecta
pueris, & pueri quibus prælegitur.
Quam vero venuste reddidit: *τὰ γὰρ
ἀπὸ ὀνομαστίζομενα μανθάνουσι
οἱ γραμματικοί*: Nam secundum os
grammatici discunt: quum vertere de-
buerit. Nam grammatici, quæ dicunt
docent. Hic interpretis erat aliud ex-
emplum supponere, quod non eadem
verba, sed eandem rei speciem exhibeo-
ret. Quamquam hoc loco suspicor etiã
in Græca scriptura nonnihil esse men-
dæ, scribendum autem, *ὁ μώνυμοι ἔσθ
τε ξυγιέναι καὶ τῷ λαμβάνειν*.
Paulo post subiicit aliud exemplum am-
bigui, quod nascitur non ex vario vocis

eiusdem significatu, sed ex diuersa con-
 nexiōe: ἔθέλω λαβεῖν με τὰς
 πολεμίους, velle me accipere pugna-
 tes. Sic enim vertit, pro eo quod erat,
 velle me capere hostes: & si legas βού-
 λησι, sermo fit dilucidior: Vultis me
 capere hostes. Nam pronomen potest
 præcedere verbum, capere, & potest se-
 qui. Si præcedat, hic erit sensus. Vultis
 vt ego capiam hostes? Si sequatur, erit
 hic: Vultis vt hostes me capiant? Sub-
 iicit eiusdē generis aliud exemplum,
 ἄρ' ὅτις γινώσκει, ἔστω γινώσκεις;
 id est, An quod quis nouit, hoc nouit?
 Ambiguitas est ἰ τῷ τῷ. Id si sumatur ac-
 cusandi casu, sensus erit: Quicquid alio
 cui cognitum est, id illi cognitum esse.
 Sin nominandi casu, sensus hic erit:
 Quam rem quis intelligit, ea intelli-
 git quasi cognosci nō possit, nisi q̄ vi-
 cissim cognoscat: rursus aliud subiicit.
 ἄρα ὅτις ὁρᾷ, ἔστω ὁρᾷ. ὁρᾷ δὲ
 τὸν κίονα, ὡς ὁρᾷ ὀκίωμ: an quod
 quis videt, id videt? sed videt colūnā,
 columna igitur videt: rursus ἰ τῷ τῷ est
 ambiguitas, quam prius indicauimus.
 Verū hæc vtcunq; reddi poterant lati-
 nis aurib⁹; quod sequitur, nullo modo
 reddi poterat, ἄρα ὅσὺ φησὶ εἶναι, τὸ
 ὅσὺ φησὶ εἶναι, φησὶ δὲ λίθον εἶναι
 σὺ ἄρα φησὶ λίθος εἶναι. Quod illi
 sic reddiderūt: Putas quod tu dicis esse
 se, hoc tu dicis esse? dicis autem lapidē
 esse, tu ergo lapis dicis esse. Obsecro,

quis omnino sensus humanus ex his verbis percipi possit? Ambiguitas enim ex parte pendet ex idiomate Græci sermonis; quæ est in maiore ac minore, quanquã in maiore est & alia ambiguitas, in duabus dictionibus. *ἔστω*, quæ si capiãtur nominãdi casu, sensus erit: Quicquid te dicis esse, hoc tu es. Sin accusandi, sensus erit: Quamcũq; rem tu dicis esse, eam dicis esse, & ad hunc sensum subsumit: *ἄρα φησὶ εἶναί.* Sed ad priorem colligit *ὅτι ἄρα φησὶ ἄρα εἶναί.* Græci sermonis proprietatẽ semel ausus est imitari Catullus: Phaselus iste, quem videtis hospites, ait fuisse nauisum celerissimus. Sic enim ferebatur hic versus in antiquioribus æditionibus. Hoc ignorato, necesse est multis modis delirare eos, qui in hæc loca scribunt cõmentarios. Ne id quidem quod imbi cõtinẽter sequitur, Latino potest esse perspicuum, *καὶ ἄρα ἐστὶ σιγῶντα λέγειν. σιγῶντα γὰρ ἐστὶ, τὸ σιγῶντα λέγειν. τότε τὸν λέγοντα σιγῶντα. καὶ τὸ τὸ λέγειν ἄρα.* Id reddiderunt hũc in modũ, Et putas est tacentẽ dicere. Duplex enim est, tacentem dicere, & hũc dicere tacentem, & quæ dicuntur. An non hæc Sibyllæ folijs obscuriora? H. Mihi nec Græca factis liquent. I. Exponam pro mea diuinatione. An possibile est tacentẽ dicere? Hæc interrogatio duplicẽ habet sensum, quorũ alter est falsus & absurdus, alter esse potest verus. Nam fieri non potest, vt qui loquitur, non dia

eat ea quæ loquitur, hoc est, ut loquendo
 taceat: sed fieri potest, ut is qui lo-
 quitur, taceat eum qui loquitur. Quam
 quam hoc exemplum recidit in alteram
 formam, quam paulo post subiicit. Rur-
 sum illud admiror, quod mox in ge-
 nere ambiguitatis, quæ nascitur ex plu-
 ribus dictionibus cõiunctis, mutarint
 Græci vocem seculi in literas, *ἑταίρια*
ἢ ἑτάματα, quum Latini codices hæc
 beant, scire seculum. Hinc enim duplex
 sensus nascitur, vel ut ipsum seculum
 sciat aliquid, vel ut aliquis sciat seculum.
 Verum hoc mollius est in *ἑταίρια*
 siue in *ἑταίρια*, quam in *ἑτάματα*. Nam
 literæ dicuntur absurde scire quippiam.
 Verum nihil absurdi sit, si quis dicat,
 aliquid nostro seculo notum esse, aut
 aliquem nosse suum seculum. Iam alio
 quanto post, ubi proponit exemplum
 ambigui ex accentu, non veritus est in-
 terpres pro verbis Homeri supponere
 Vergiliana, quum eadem fuerit nec-
 cessitas in illo exemplo, Quicquid di-
 cis esse, hoc es. Ex Homero refert Ari-
 stoteles, *ὅδ' ἡκαταπιδεται ἑμβροῦ*. Si ὅδ' aspi-
 retur ac circumflectatur, sonat, cuius cõ-
 putrescit pluuia: sin ἑυ sit exile & ac-
 tum, sonat, non computrescit pluuia.
 Atq; hoc quidem sumptum est ex Iliados
 4. Alterum est, *διδόμεν' ἰοὶ ἰδχ*. Quod si ὀδους
 accentu collocato super penultimam, so-
 nat, cõcede illi: sin super primam, *διδόμεν'*
 sonat, demus. At poeta non sentit Io-
 nem dicere, cõcedimus illi: sed Iupiter

mādat ipsi somnio, vt illi ad quē mitti
tur, cōcedat potiri voto. Dictū est enim
δὴ δὴ μὴν pro *δὴ δὴ ναι*. Pro his duob⁹ Ho-
mericis subiecerūt hęc ex nostris poe-
tis, velut illud ex Odis Horatij,
Me tuo longas pereunte noctes
Lydia dormis.

Etenim si accentus sit in, me correptos
&, tu, sit graue, vnica dictio est, metuo,
id est, timeo. Quanquam hęc ambigui-
tas pendet non solum ex accentu, verū
etiam ex compositione. Alterum sup-
posuerunt ex Vergilio,
Heu quia nam tanti cinxerunt aethē-
ra nymbi.

Quanq̄ hęc quoq; ex cōpositione nas-
citur ambignitas. H. Sunt ista quidem
arguta, dignaq; cognitu Leonarde, sed
interim vereor, ne cui cōiuiū hoc so-
phisticū videatur magis q̄ poeticum:
aliās si videbitur vel totū diē, venabi-
mur Elenchos in Elenchis. L. Hoc est,
in luo ligna, in mari quæremus aquā.
H. Vbi est meus Mus? M v s. Adest. H.
Mone Margaretam vt tradat bellaria.
M v s. Abeo. H. Rursum ades vacuus?
M v s. Negat se de bellarijs cogitasse,
& ait satis diu sessum esse. H. Vereor ne
si diuti⁹ hic philosophemur: illa nobis
mēsam subuertat, quē admodū Xāthip-
pe Socrati: consultius est igitur, vt bel-
laria sumamus in horto: ibi simul &
ambulabimus, & libere nugabimur.
Interea sibi quisq; decerpāt ex arbore
quod lubet. C O N. Placet cōsiliū. H. Est

illic fonticulus, quoniam vino suavior
 c. a. Qui sit, ut hortus tuus magis ni-
 teat quam aula. h. Quia hic versor frequen-
 tius. Si quid arridet hic, ne parcite no-
 stris opibus hortensibus. Iam si satis vide-
 tur deambulatū, quid si consideramus huc
 sub tilia, & Musas cieam? p. Age fiat,
 h. Thema suppeditat hortus ipse. p. Si
 processeris, sequemur. h. Age faciam.
 Præpostere facit, cui varijs delicijs ni-
 teat hortus, quum animū habeat nullis
 disciplinis, nullis virtutibus excultū. l.
 Credemus adesse Musas, si reddideris
 eandem sententiā carmine. h. Hoc mihi
 longe proclivius, proferam orationē ver-
 tere carmine, quam argentum commu-
 tare auro. l. Dic igitur. h i l.

Cui renitet hortus undiquaque flosculis,
 Animamque nullis expolitum dotibus
 Squalere patitur, is facit præpostere.
 Habetis carmen, Musis & Apolline
 nullo.

Sed elegans fuerit, si singuli hanc sententiā
 diuerso genere carminis reddatis. l. b.
 Qui vicerit, quid præmij feret? h. Huc
 calathū onustum malis, aut prunis, aut
 cerasijs, aut mespilis, aut piris, aut si quod
 aliud magis adblāditur. l. Quis erit ar-
 biter certaminis? h. Quis nisi Cratos? Et
 idcirco solus non certabit, quo magis au-
 scultet. c. r. Vereor ne talē sitis habitu-
 ri iudicē, qualē olim habebant coccyx
 & luscinia, inter se de canēdi gloria de-
 certantes. h. Sat est si places omnibus.
 c. o. Placet arbiter, incipe Leonarde. l.

Cui tot delicijs renidet hortus,
 Herbis, floribus, arborumq; foetu,
 Et multo & vario, nec excolendum
 Curat pectus, & artibus probatis
 Et virtutibus, is mihi videtur
 Læuo iudicio, parumq; recto. D I X I.
 H. Carinus arrodit vnguem, expectamus
 aliquid elaboratum. c. Nulla adest
 Musa.

Cura cui est, vt niteat hortus flosculis
 ac foetibus,
 Negligenti excolere pectus disciplinis
 optimis:
 Hic labore, mihi vt videtur, ringitur
 præpostero.

H. Non frustra arrosus est vnguis. H.
 Quoniam ordo me vocat, ne nihil ad
 feram.

Qui studet vt varijs niteat cultissimus
 hortus

Delicijs, patiens animum squalere. nec
 vllis

Artibus expoliens, huic est præpostera
 cura.

H. Nō est quæ extimulemus Sbrullū.
 Nā ille sic scatet versibus, vt plerumq;
 vel imprudēs effundat carmina. s B A.

Cui vernat hortus cultus & elegans,
 Nec pectus vllis artibus excolit,
 Præpostera is cura laborat.

Sit ratio tibi prima mentis. P A R.

Quisquis accurat varijs vt hortus
 Floribus vernet, neq; pectus idem
 Artibus sanctis colit, hunc habet præ
 postera cura,

H. Nunc experiamur, cui hortus suppe-
 ditet plures sententias. L. Quid ni fa-
 ciat tā dines? Vel hoc rosetū mihi sug-
 geret quod dicam. Vt brevis est rosae
 nitor, ita fugax est iuuentus: properas
 carpere rosam prius q̄ marcescat, ma-
 gis admitēdū est, ne sine fructu tibi ef-
 fluat iuuetus. H. Thema satis aptū car-
 mini. C. Vt inter arbores suus cuiq; foe-
 tus est, ita inter homines suae cuiq; do-
 tes sunt. E. Vt terra, si excolatur, varias
 opes gignit in vsus humanos, neglecta
 spinis ac vepribus obducitur: ita homi-
 nis ingeniū si excolat optimis studijs,
 plurimas edit virtutes: sin negligas, va-
 rijs occupatur vitijs. S. Hortus quotā-
 nis colēdus est, vt niteat, animus semel
 excultus honestis studijs, perpetuo flo-
 ret ac vernat. P. Vt amoenitas hortorū
 non auocat animū ab honestis studijs,
 sed ad haec inuitat potius: ita quāredū
 sunt lusus ac ioci, qui nō absūt a literis.
 H. Euge video examē sentētiarū. Nūc
 ad versus: sed anteq̄ id aggrediamur,
 mea sentētia, fuerit exercitatio nec in-
 elegans, nec infrugifera, si primam sen-
 tentiam toties reddamus Graecis versi-
 culis, quoties reddidimus Latinis. Hic
 auspicabitur Leonardus, iam olim fa-
 miliaris Musis Graecanicis. L. Ineptiā,
 si iubes. H. Iubeo atq; impero. L.
 ὦ κῆπός ἐστιν ἀνθεσιρ γελῶν καὶ
 λοῖς,
 Ο δ' ἐνδὲ μάλ' αὐχμῶν τοῖς κα

λοῖς μαθήμασι,
 Οὐκ ἐστὶ κόμψος, οὔρως οὐκ ὀρθῶς
 φρονεῖ,

Περὶ πλείονος ποιῶν τὰ φαῦλ'
 ἢ κρείττονα,

Ego præfulem egi, succedet qui volet.
 H. Carinus. c. A. Imò Hilarius. l. Sed
 video Margaretam interuenire, adfert
 nescio quid deliciarum. H. Si id fecerit,
 me fefellerit mea furia. Quid adfers?
 M. Sinapi, quo cōdiatis vestra bellaria:
 an nō pudet hic garrere in multam no-
 ctem, & postea vos poetæ multa blateo-
 ratis in loquacitatem fœminarū? c. R.
 Haud male monet Margareta, iam tē-
 pus est, vt suū quisq; nidū adeat: aliās
 in hoc pulcherrimo certaminis genere
 vel solidum diem consumemus. H. Sed
 cui addicis præmium? c. R. In præsentia
 quidem mihi ipsi addico. Nullus enim
 vicit præter vnū me. H. Qui vicisti, qui
 non certaueris? c. R. Vos certastis, at nō
 decertastis. Ego, quod nemo vestrū po-
 tuit, vici Margaretā. c. A. Hilari, æquū
 postulat, auferat calathum.

INQUISITIO DE FIDE.

A VLVS, BARBATVS.

PVerorum est cantilena: Saluta libe-
 ter. Verū haud scio, an mihi fas sit
 tibi dicere salutem. B. Equidem malim
 qui det salutem, quàm qui dicat. Sed
 quamobrem isthuc ais Aule? A. Quam
 obrem? Quia, si scire vis, oles aut fule

phur, aut fulmen Iouis. B. Sunt & Ves-
 tones, sunt bruta fulmina, multum etiã
 origine dissidentia à fatidicis. Nam, vt
 suspicor, tu de anathemate sentis. A.
 Rem coniectas. B. Audiui quidem hor-
 renda tonitrua, fulminis ictũ nõ senti.
 A. Qui sic? B. Quia nihilo peius conco-
 quo, neq; irrequietius dormio. A. Sed
 hoc periculosius solet esse malum, quia
 non sentitur. Verum hæc bruta fulmi-
 na, quæ tu vocas, feriunt montes & ma-
 ria. B. Feriunt, sed irritis ictibus. Est &
 fulgor è vitro seu vase creò. A. V. Certe
 territat & hoc. B. Verum, sed pueros.
 Solus Deus habet fulmem, quo feriat
 animam. A. Quid si Deus est in suo vi-
 cario? B. Vtinam sit. A. V. Imò multi de-
 mirantur te iam dudũ nõ esse quouis
 carbone atriolem. B. Finge me talem.
 Atqui tanto magis erat optanda salus
 perditio, si placet euangelica doctrina.
 A. Optanda quidem, at non dicenda. B.
 Cur ita? A. Quo pudeat ictus fulmi-
 ne, ac respiscat. B. Si sic nobiscum egis-
 set Deus, perieramus omnes. A. Quã-
 obrem? B. Quia quum essemus inimici
 Dei, cultores idolorũ, militantes in ca-
 stris satanę, hoc est, modis omnibus ex-
 comunicatissimi, tum ille maxime nos
 biscum cõfabulatus est per filiũ suum,
 subq; colloquio nos restituit in vitam
 quum essemus mortui. A. V. Ista quidem
 vere narras. B. Imò male ageretur cum
 omnibus ægrotis, si medicus fugeret
 alloquium, quoties ingens morbus gra-

fiat miserum. imò tum maxime conue-
 niebat adesse medicum. A. At ego me-
 tuo, ne tu mihi citius affles aliquid tui
 mali, quàm fiat vt tuo morbo medear.
 Nonnunquam vsu venit, vt pro medie-
 co fiat palæstrites, qui visit ægrotum.
 B. Ita quidem vsu venit in corporum
 morbis: verum in animi malis est tibi
 parata antidotus, aduersus omne con-
 tagiũ. A V. Quænam? B. Adamatinum
 propositum, non diuelli à sententia se-
 mel iefixa. Deinde quer palæstrã me-
 tuis, vbi res verbis agitur? A V L. Est
 aliquid quod dicis, si modo spes sit pro-
 fectus. B. Prouerbjo dicitur, Donec spi-
 rat homo, sperandũ esse. Et iuxta Pau-
 lũ, Charitas nescit desperare: quia spe-
 rat omnia. A V L. Non pessime mones,
 atq; hac spe puto mihi fas esse tecum
 miscere sermonem aliquantisper: ac si
 pateris, medicum agam. B. Licet. A Y.
 Vulgo sunt inuisi percontatores. Et ta-
 men in medicis probantur, qui percon-
 tantur de singulis. B. Percontare à cæ-
 lo vsq; ad terram, si libet. A. Experiar,
 modo fidem des te responsurum ex a-
 nimo. B. Do, modo sciam qua de re ven-
 lis percontari. A V. De symbolo aposto-
 lorum. B. Audio militare verbum, nec
 recuso haberi pro hoste CHRISTI,
 si quid hic fefellerò. A. Credis in Deũ
 patrem omnipotentem, qui condiderit
 cælum ac terram? B. Et quicquid cælo
 terræq; continetur, atq; etiã mētes an-
 gelicas. A. Quũ Deũ dicis, quid sentis?

I N Q U I S I T I O

B. Sentio mentē esse quādam æternā, quæ nec initium habuerit, nec finē sit habitura, qua nihil esse potest nec maius, nec sapiētius, nec melius. **A.** Ista quidem satis pie. **B.** Quæ nutu suo omnipotenti condidit quicquid est rerū visibilibium, aut inuisibilibium, quæ sapientia mirabili moderat̄ ac gubernat vniuersa, sua bonitate pascit ac seruat omnia, atq; hominū genus collapsum gratuito restituit. **A.** Sunt quidem ista tria præcipua in Deo, sed quid fructus capis ex istorū cognitione? **B.** Quū omnipotentem cogito, me totum illi summitto, ad cuius maiestatem nihil est hominum aut angelorū sublimitas. Deinde plena fiducia credo, quod ab illo factum tradunt sacræ literæ, simulq; futurū, quicquid ille promisit, quādo nutu quicquid vult potest, quātūuis homini videat̄ impossibile. Ita fit, vt meis viribus diffusus, totus ab illo pēdeā, qui potest omnia. Vbi sapiētiam illius intueor, nihil tribuo meę sapiētię, verū credo omnia rectissime iustissimęq; ab eo fieri, etiā si iuxta sensum humanū videatur absurda aut iniqua. Quū bonitatem cōsidero, video nihil esse in me, quod illius gratuitę beneficentię nō debeā: & nullū arbitror esse tātū crimē, quod ille nolit ignoscere respiscēti: neque quicq̄ esse, quod ille non sit largiturus cū fiducia petēti. **A.** Nū satis esse putas, quod credis illum esse talem? **B.** Nequaquā, sed syncero affectu totam

fiduciam ac spem in illum vñū transse-
 ro, detestans fatanā omnēmq; idolola-
 triam, & quicquid est artium magica-
 rum. Illum solum adoro, nihil illi nec
 præferens, nec æquās, nō angelum, non
 parentes, non liberos, non vxorem, non
 principem, non opes, non honores, non
 voluptates, paratus & vitam illius cau-
 sa perdere, si iusserit, certus eum non
 posse perire, qui se totum illi tradide-
 rit. A V. Nihil igitur colis, nihil times,
 nihil amans, nisi vñum deum? B A. Si
 quid veneror, si quid metuo, si quid a-
 mo præter eū, eius causa amo, metuo,
 colo, omnia ad illius gloriam referens,
 semper illi gratias agens, siue læta con-
 tingunt, siue tristia: siue mori datur, si-
 ue viuere. A V. Sana quidem est hacten-
 us tua oratio. De secūda persona quid
 sentis? B. Sciscitare. A V L. Credis I H-
 S V M fuisse Deum & hominem? B A.
 Maxime. A. Qui fieri potuit, vt idem
 sit Deus immortalis, & homo mortu-
 lis? B A. Istuc illi facile fuit efficere,
 qui quicquid vult, potest. Et ob diuinā
 naturam, quam eandem habet cum pa-
 tre, quicquid magnitudinis, sapientie
 & bonitatis attribuo patri, idem tribuo
 & filio: quicquid debeo patri, debeo &
 filio: nisi quod ita visum est patri, vt
 per filiū conderet ac donaret nobis om-
 nia. A V. Quur igitur sacræ literæ filiū
 magis appellant dominum quā deū?
 B. Quia Deus, authoritatis est nomen,
 quæ patri conuenit: Dominus redem-

I N Q U I S I T I O

ptoris & assertoris. Quamquam & pater redemit per filiū, & filius Deus est ex Deo. A V L. Ergo & in I E S V colas tuam fiduciam? B. Quid nisi A V. Sed propheta maledictum dicit, qui fidebit in homine. B A. Sed huic vni homini data est omnis potestas in cælo & in terra, vt in nomine eius flectatur omne genu, cælestiū & inferorum. Quamquam nec in hoc fiducia speique meæ sacram, vt aiunt, ancorā figerē, ni Deus esset. A V. Quur eū filium appellat? B. Ne quis somniet esse creaturam. A V. Quur vnicū? B. Vt discernat naturę filium à filijs adoptiuis, cuius cognominis honorē nobis etiā impartit, vt ne minē præter hunc alium expectemus. A. Quur eum qui Deus erat, hominē fieri voluit? B. Vt homines homo reconciliaret Deo. A. Credis conceptus citra virilem operam, opificio spiritus sancti, ac natum ex incorrupta virgine Maria, de illius substantia sumpto mortali corpore? B. Maxime. A. Quur sic nasci voluit? B. Quia sic decebat nasci Deum, sic decebat nasci, qui nostrę conceptionis, ac natiuitatis sordes pariter caret. Hominis filius nasci voluit deus, vt nos in illum renascētes efficeremur filij Dei. A. Credis illum versatum in terris, ea gessisse miracula ea docuisse, quę prodita sunt literis euāgelicis? B. Certius quā te credo esse hominem. A. Non sum inuersus Apuleius, vt suspiceris asinum latere sub hominis spe

cie. Sed credis hunc eundem esse Mes-
 flam illum, quem delinierant figuræ le-
 gis, quem promiserant oracula prophe-
 tarum, quem tot seculis expectarāt Iu-
 dæi? B. Nihil habeo persuasius. A V L.
 Credis huius doctrinam ac vitam suffi-
 cere ad perfectam pietatem? B. Admo-
 dum. A V. Credis eundem vere cōpre-
 hensum à Iudæis, vincum, colaphis &
 alapis cæsum, consputum, irrisum, fla-
 gellatum sub Pontio Pilato, ac deniq;
 suffixum in crucē, atque inibi mortuus?
 B. Maxime. A V. Credis illum ab om-
 ni lege peccati cuiuscunque fuisse im-
 munem? B. Quid mi? Agnum absque
 macula. A. Credis illum sua spōte hæc
 omnia perpeffum? B A. Imò libenter,
 atque etiam sitienter, sed ex voluntate
 patris. A. Quur pater filium suum vni-
 cum innocentem, sibiq; charissimum,
 hæc tam atrociam pati voluit? B. Vt hæc
 victima nos nocentes sibi recōciliaret,
 in illius nomen collocātes fiduciam ac
 spem nostram. A V. Quur Deus passus
 est sic collabi totum humanū genus?
 Et si passus est, non patuit alia via sar-
 ciendi ruinā nostrā? B. Hoc mihi per-
 suasit, nō humana ratio, sed fides, nulla
 ratione potuisse fieri melius, neque ad
 salutem nostram vtilius. A. Quur hoc
 mortis genus illi potissimum placuit?
 B. Quia iuxta mundū erat probrosissi-
 mum, quia diri lentiq; cruciatus: quia
 conveniebat illi, qui porrectis in om-
 nem mundi plagam membris, omneis

orbis nationes inuitaret ad salutem, & homines terrenis curis affixos, euocaret ad caelestia. Deniq; vt referret nobis serpentem æneum, quem Moses suspenderat in stipite, vt quicumque defingerent in illū oculos, sanarentur à vulnere serpentum: fidemq; prophetæ liberaret, qui prædixerat: Dicite in nationibus, regnavit à ligno Deus. A V. Quur & sepeliri voluit, idq; tam accurate, oblitus vnguentis, inclusus nouo monumento è solido viuóq; saxo exciso, obfignato ostio, adhibitis etiam custodibus publicis? B. Quo magis constaret esse vere mortuū. A V. Quur nō statim reuixit? B. Hac ipsa de causa. Et enim si mors fuisset ambigua, fuisset & ambigua resurrectio, sed hāc voluit esse certissimā. A. Credis huius animā descendisse ad inferos? B. Hanc particulam non fuisse quondam additā, nec in symbolo Romano, nec in symbolo Orientalium ecclesiarum, testis est Cyprianus, nec recensetur apud Tertullianum vetustissimum scriptorem: ego tamen & hoc firmiter credo, vel quia cōgruit cum prophetia psalmi, Non derelinques animam meā in inferno. Et rursus, Domine eduxisti ab inferno animam meā: vel quia Petrus apostolus in epistolæ prioris, de cuius authore nunquam fuit dubitatum, capite tertio scripsit hūc in modum, Mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, in quo & his qui in carcere erant, spiri

tu veniens prædicavit. Verum vt credo descendisse ad inferos, ita non credo illic aliquid esse passum: descendit enim, nō vt illic cruciaretur, sed vt nobis frāgeret regnū satanę. **A.** Nihil adhuc impiū audio: sed mortuus est, vt nos peccato mortuos reuocaret ad vitam. **Q.** terum quur reuixit? **B.** Tribus potissimum de causis. **A.** v. Quibus? **B.** Primum, vt nobis certam spem faceret resurrectionis. Deinde, vt sciremus eum immortalem esse, nec vnquam moriturum, in quo præsidia salutis nostrę collocauimus. Postremo, vt nos quoq; per poenitentiam mortui peccatis, per baptismum vnā cum illo sepulti, per gratiam eius reuocemur ad vitę nouitatē. **A.** v. Credisne, quōd idem corpus, quod mortuum fuit in cruce, quod reuixit in sepulchro, quod visum & cōtrectatum est discipulis, subuexerit in cælum? **B.** Maxime. **A.** v. Quur voluit relinquere terras? **B.** Vt illum omnes spiritualiter amaremus, neq; quisquam in terris sibi **CHRISTVM** proprie vindicaret, sed omnes ex æquo tolleremus animos in cælū, scientes illic esse caput nostrū. Etenim si nunc homines tantopere sibi placent ob vestis colorem ac figurā, quāmq; sic quidam ostendent sanguinem aut præputiū **CHRISTI**, & lac matris Virginis: quid credis futurum, si māsisset in terris vestitus, comedens, loquens? quę dissidia parassent ista corporis peculiariora? **A.** v. Credis illic imo

mortalitate donatū assidere dextrū patris? B. Quid nisi vt rerum omnium dominū, & totius regni paterni consortē. Hoc ipse discipulis promiserat futurū, atq; hoc spectaculum exhibuit Stephano martyri suo. A V L. Quis hoc exhibuit? B. Ne nos vlla in re trepidarem, gnari quā potentem patronū ac dominū habeamus in cælis. A. Credis illū eodem corpore rediturū, vt iudicet viuos & mortuos? B. Quā habeo certum, esse hæcenus peracta, quæ prophætæ de CHRISTO prædixerāt, tam habeo certum, fore quicquid in posterum voluit nos expectare. Prior aduentus exhibitus est iuxta vaticinium prophetarum, quo venit humilis, vt nos instrueret ac seruaret. Exhibebitur & secundus, quo veniet sublimis in gloria patris: ante cuius tribunal sisti cogentur omnes homines cuiuscunq; nationis, cuiuscunq; status, siue reges, siue plebei, siue Græci, siue Scythæ: nec solum hi, quos aduentus ille deprehendet viuos, verū etiam omnes qui ab initio mundi vsq; ad illud tēpus mortui fuerint, subito reuiuiscunt, & suo quisque corpore conspiciet iudicē. Aderunt & angeli beati, tanquā famuli fideles: aderunt & demones iudicandi. Tū ē sublimi pronūtiabit illam ineuitabilem sententiā, quæ diabolum cū his, qui illi adhæserūt, tradet æternis supplicijs, vt postea nulli possint nocere: pios transferet in consortium regni cælestis, tu

eos ab omni molestia : quanquã huius
 aduentus diem nobis ignotum esse vo
 luit. A. Nihil adhuc audio morbi: ve
 niamus igitur ad tertiam personã . B.
 Ut videtur. A V. Credis in spiritũ san
 ctum? B. Credo hunc esse verum deum
 vnã cū patre & filio. Credo hoc spiri
 tu afflatus fuisse, qui nobis veteris ac
 noui testamenti libros tradiderūt, sine
 cuius ope nemo peruenit ad salutẽ. A.
 Quur appellatur spiritus? B A R. Quia
 quemadmodum corpora nostra viuūt
 halitu, ita tacito sancti spiritus afflatu, vi
 uificantur animi nostri . A. An non li
 cet patrem vocare spiritum? B. Quid
 ni? A V. An non igitur confunduntur
 personæ? B A. Non, nam pater spiritus
 dicitur, quòd sit incorporeus, id quod
 omnibus personis est commune iuxta
 naturã diuinam. Sed tertia persona di
 citur spiritus, quòd alicunde spiret, &
 per animos sese transfundat in sensibi
 liter, velut à terra seu fluuijs spirant
 auræ . A. Cur personæ secundæ tribuitur
 nomen filij? B. Ob perfectam natu
 ræ & voluntatis similitudinem. A. Est
 filius similitior patri quã spiritus sanctus?
 B A. Non, iuxta naturam diuinam, nisi
 quòd hoc magis refert proprietatẽ pa
 tris, quòd ab ipso quoque procedat spi
 ritus sanctus. A. Quid igitur prohibet
 spiritum sanctum appellari filium? B.
 Quia nusquam hunc lego genitũ, nec
 huius lego patrem: spiritum & proces
 dêtem lego. A. Cur solus pater dicitur

Deus? B: Quòd hìc simpliciter sit au-
 thor omnì quæ sunt. **A.** Dic clarius.
B. Quoniam nihil nominari potest, cu-
 ius origo non manat à patre, siquidem
 hoc ipsum quod filius ac spiritus san-
 ctus deus est, patri acceptum referunt.
 Principio igitur autoritas, hoc est o-
 riginis ratio, est in patre solo. **A.** Cre-
 dis in sanctam Ecclesiam? **B.** Non. **A.**
 Quid ais? non credis? **B.** Credo sanctam
 ecclesiam, quæ est corpus CHRISTI,
 hoc est, cõgregatio quædam omnium
 per vniversum orbem, qui consentiunt
 in fide Evangelica, qui colunt vnũ deũ
 patrem, qui totam suam fiduciam col-
 locat in eius filio, qui eodem huius spi-
 ritu aguntur, à cuius consortio refeca-
 tur, quisquis admittit crimen letale. **A.**
 Quur horres dicere, Credo in sanctam
 ecclesiam? **B.** **A.** Quia sic me docuit do-
 ctus Cyprianus, in solum Deũ esse cre-
 dendum, in quò simpliciter omnem fi-
 duciam reponimus. Ecclesia vero, quã
 quam non constat nisi ex bonis, tamen
 ex hominibus cõstat, qui ex bonis pos-
 sunt fieri mali, qui falli possunt & fals-
 lere. **A.** Quid sentis de communione
 sanctorum? **B.** Hic articulus omnino
 non attingitur apud Cyprianum, quũ
 ille nominatim indicet, quid in quibus
 ecclesijs plus habeatur aut minus. Sic
 enim ille connectit. Sequitur nanque
 post hunc sermonem, Sanctam eccle-
 siam, remissionem peccatorum, huius
 carnis resurrectionem. Ac nonnullis

videtur hæc pars non esse diuersa à superiore, sed explicare & infigere quod modo dictum erat, sanctā ecclesiam: vt nihil aliud sit ecclesia, quā vni⁹ Dei, vnius Euangelij, vnius fidei, vni⁹ spei professio, eiusdem spiritus, eorūdem sacramētorū participatio: breuiter, talis quædam communio bonorū omnium inter omnes pios, qui fuerunt ab initio mundi vsq; ad finem, qualis est membrorum corporis inter ipsa societas, sic vt aliorum benefacta subueniant alijs, donec viua sunt mēbra corporis. Cæterū extra societatem hanc, ne propria quidē benefacta conducūt cuiq; ad salutē, nisi reconcilietur sanctæ cōgregationi: & ideo sequitur, remissionē peccatorū, quia extra ecclesiam nō est vlla peccatorū remissio, quātumvis homo inaceret se poenitētia, aut exerceat opera misericordiz. In ecclesia, inquā, non hæreticorū, sed sancta, hoc est, spiritus CHRISTI congregata, est remissio peccatorū per baptismū, & post baptismum per poenitentiā & clauēs ecclesie datas. A. Ista sunt adhuc sani hominis. Credisne futurā carnis resurrectionē? B. Frustra crederē cætera, si hoc, quod est omnium caput, nō crederē. A. Quid sentis, quum dicis carnem? B. Corpus humanum, humana anima animatum. A. Num vnaquæq; anima recipiet suū corpus, quod exanime reliquerat? B. A. Idem hoc, vnde demigrarat. Et ideo in symbolo Cypriani additum est, hu

I N Q U I S I T I O .

sus carnis. A. Qui fieri potest, vt cor-
 pus iam toties ex alijs in alia versum,
 possit idē reuiuiscere? B. Qui potuit,
 quicquid vult, ex nihilo creare: an huic
 difficile sit, quod ex sua forma mutatū
 est, in pristinam naturā restituere? Nō
 anxie disputo, quib⁹ modis id fiat: mi-
 hi satis est, quod qui promisit hoc fu-
 turū, sic verax est, vt mētiri nō possit:
 sic potens est, vt quicquid velit, nutu
 valeat efficere. A. Quid opus erit tum
 corpore? B. Vt totus homo gloriatur
 cum C H R I S T O, qui hic totus affli-
 ctus erat pro C H R I S T O. A. V. Quid
 sibi vult quod addit, Et vitā æternam?
 B. Ne quis suspicetur nos sic reuictu-
 ros, quēadmodū sub vernū tempus re-
 uiuiscūt ranæ, rursus morituræ. Nam
 hic duplex mors est, corporis, bonis ac
 malis omnibus communis, & animi.
 Mors autē animi, peccatū est. At post
 resurrectionē, pijs erit æterna vita, tū
 corporis, tum animi. Nec enim corpus
 erit amplius obnoxium morbis, senie,
 fami, siti, dolori, lassitudinī, morti, aut
 vlli incōmodo, sed spirituale factū, spi-
 ritus arbitrio mouebitur: nec animus
 deinceps vllis vitijs aut dolorib⁹ solli-
 citabitur, sed sine fine fruetur summo
 bono, qui est De⁹. Cōtrā, impios mors
 æterna possidebit tum corporis, tum
 animi. Nam & corpus habebunt ad æ-
 ternos cruciatus immortale, & animū
 peccatorum stimulis semper afflictum
 absque spe veniæ. A. V. Credis hæc ex

animo, ac serioſ B A R. Sic, inquam, vt
 mihi minus certum ſit, te mecum col
 loqui. A V. Ego quum eſſem Romæ,
 non omnes reperi æque ſyncere credē
 tes. B A R. Imò ſi excutias, reperiēs &
 alibi multos, quib⁹ hæc non æque per
 ſuaſa ſunt. A V. Quum in tam multis
 & arduis conſentias nobiſcū, quid ob
 ſtat quo min⁹ totus ſis noſter? B A R.
 Iſtud ex te audire cupio. Nam ipſe mi
 hi videor orthodoxus, etiam ſi vitam
 meam nolim præſtare, tametiſi ſedulo
 conor vt profeſſioni reſpondeat. A V.
 Vnde igitur tantum bellum inter vos
 & orthodoxos? B A R. Exquire. Sed
 heus medice, ſi nō poenitet huius pro
 cemij, ſumes nobiſcum prandiolum, &
 à prandio per otium percontaberis de
 ſingulis, præbebo brachium vtrunq;,
 inſpicias excrementa tum craſſiora, tū
 liquidiora. Deniq; facies, ſi videbitur,
 totius huius pectoris anatomiam, quo
 certius de me iudices. A V L. At reli
 gio eſt tecum menſam habere cōmu
 nem. B A. Atqui id ſolent medici, quo
 melius obſeruēt, quid affectēt aut peo
 cent ægroti. A V. Sed vereor ne videar
 fauere hæreticis. B. Imò nihil eſt ſan
 ctius, q̄ fauere hæreticis. A. Qui ſic? B.
 Nōne Paulus optauit anathema fieri
 pro Iudæis plus q̄ hæreticis? An non
 fauet ille, qui ſtudet vt quis ex malo
 fiat bon⁹, ex mortuo viuus? A. Maxi
 me. B A. Sic igitur faue, nec erit quod
 metuas. A. Nunquã audiui ægrotū cō
 o. ij.

modius respondens. Age, duc me ad prandium. B. Medice accipieris, & ut decet apud ægrotum, & sic curabimus corpuscula cibo, ut nihilo feci⁹ anim⁹ idoneus sit ad disputandum. A V. Fiat bonis aibus. B. Imò malis piscibus fiet, nisi forte nunc oblitus es esse diē Veneris. A V. Id quidē est præter sym⁹ bolum nostrum.

ΓΕΡΟΝΤΟΛΟΓΙΑ,

sive ἄχρημα.

EUSEBIUS, PAMPIRVS, POLY-
LYGAMVS, GLYCION:

Quas novas aues hic ego video? Nisi me fallit animus, aut parū prospiciūt oculi, video tres veteres cōgerrones meos confidentes, Pampirū. Polygamum, & Glycionem. Certe ipsi sunt. P A M. Quid tibi vis cum tuis vitreis oculis fascinator? Congredere propius Eusebi. P O. Salue multū exoptate Eusebi. G L Y. Bene sit tibi vir optime. E V. Saluete vos omnes vna salute, pariter mihi charissima capita. Quis deus, aut casus Deo felicior, nos consunxit? Nam nemo credo vidit aliū annis, opinor, iā quadraginta. Mercurius caduceo suo nō potuisset meli⁹ nos in vnum contrahere. Quid hic agitis? P A M. Sedemus. E V S. Video, sed quae de causa? P O L. Operimur currū, qui nos deuehat Antuuerpiam. E V S. Ad mercatum? P O L. Scilicet, sed spectatores magis quàm negotiatores: quā

quã alij aliud est negotij. **E V S.** Et nobis eodẽm est iter. Verũ quid obstat, quo minus eatis? **P O L.** Nondum cõuenit cum aurigis. **E V S.** Difficile genus hominum. Sed vis'ne, vt illis imponamus? **P O.** Liberet, si liceret. **E V.** Simulemus nos velle simul abire pedites. **P O L.** Citius credant caneros voluturos, quã nos tam grandes pedibus hoc iter confecturos. **G.** Vultis restum verũmq; consiliũ? **P O.** Maxime. **G.** Illi potant: id quo faciunt diutius, hoc plus erit periculi, necubi nos deiciant in lutum. **P O L.** Admodum diluculo venias oportet, si sobriũ aurigam velis. **G L.** Quo maturius perueniamus Antuuerpiam, nobis quatuor solis currum stipulemur. Contemnendum censeo tantillũ pecunię. Hoc dãni multis cõmoditatib⁹ pensabitur, sed debimus cõmodius, ac mutuis fabulis suauissime transigemus hoc iter. **P O.** Recte suadet Glycion, vt in vehiculo quoque iucundus comes pro vehiculo sit. Quin & iuxta Græcorũ prouerbiũ, liberius loquemur, nõ de plastro, sed in plastro. **G L.** Transegi, conscendamus. Vah, nũc mihi libet viuere, postea quã ex tanto interuallo videre cõtigit mihi charissimos olim sodales. **E V.** Ac mihi videor repubescere. **P O.** Quot annos supputatis, ex quo Luteite conuiximus? **E V S.** Arbitror haud pauciores quadragintaduobus. **P A V.** Tum videbamus omnes æquales. **E V.**

Ita fermè eramus, aut si quid erat discriminis, perpusillum erat. P A M. At nunc quanta inæqualitas? Nam Glycion nihil habet senij, & huius auus videri queat Polygamus. B V S. Profecto sic res habet. Quid rei in causâ P A M. Quid aut hic cessauit ac restitit in cursu, aut ille anteuertit. B V S. Ohe, nō cessant anni, quantumvis cessant homines. P O. Dic bona fide Glycion, quot annos numeras? G L Y. Plures quàm ducatos. P O L. Quot tandem? G L Y. Sexaginta sex. B V. O vere τριῶντὲ ἡμέρας, quod aiunt. P O L. Sed quibus tandem artibus remoratus es senectutem? Nam neq; canicies adest, neque rugosa cutis, vigent oculi, nitet vtrinq; dentium series, color viuus est, corpus succulentum. G L. Dicam artes meas, modo tu vicissim narres nobis artes tuas, quibus senectutē accelerasti. P O L. Recipio me facturum. Dic igitur, quò te cōtulisti relicta Lutetia? G L. Recta in patriam. Illic cōmoratus ferme annum, dispicere coepi de deligēdo vitæ genere, quā ego rem non leue momentum habere credo ad felicitatē: circumspeciebam quid cuiq; succederet, quid secus. P O. Miror tibi tantum fuisse mentis, quum Lutetia nihil fuerit te nugacius. G L. Tum ferebat ætas. Et tamen ô bone, non hinc meo Marte rem omnem gessi. P O L. Mirabar. G L Y. Prius quàm quicquid aggrederer, adij quendam è ciuib⁹ nō

tu grandē, longo rerum vsu prudētis-
 simum, ac totius ciuitatis testimonio
 probatissimū, ac meo quidem iudicio
 etiā felicissimū. **E V.** Sapiebas. **G.**
 Huius vsus consilio, duxi vxorē. **P O.**
 Pulchre dotatā? **G.** Dote mediocri, ac
 planē iuxta prouerbū, τὴν κατ' ἐμμετρον
 Nā & mihi res erat mediocris. Ea res
 mihi planē cessit ex animi sentētia. **P.**
 Quot annos tū eras natus? **G.** Viginti
 fermē duos. **P O.** O te felicem. **G.** Non
 totum hoc fortunæ debeo, ne quid er-
 res. **P O.** Qui sic? **G.** Dicam. Alij prius
 diligūt q̄ deligant, ego iudicio delegi
 quā diligerē: & tamē hanc magis du-
 xi ad posteritatem, q̄ ad voluptatē. Cū
 ea vixi suauissimē annos nō plures o-
 cto. **P O.** Reliquit orbū? **G.** Imō su-
 perest quadriga liberorum, filij duo, fil-
 iae totidem. **G V.** Priuatū sine viuis, an
 magistratu fungeris? **G.** Est mihi mu-
 nus publicū, poterant contingere ma-
 iora: verū hoc mihi delegi, quod tan-
 tum haberet dignitatis, vt me viciū
 caret à contemptu, ceterum minime
 molestis negotijs obnoxiiū. Ita nec est
 quod quisquā obijciat, me mihi viue-
 re, & est vnde nōnūquā & amicis dem-
 operā. Hoc contentus, nihil vnquam
 magis ambij. Verū sic gessi magistra-
 tum, vt illi ex me dignitas accreuerit.
 Hoc ego pulchri⁹ duco, q̄ ex muneris
 splendore dignitatem mutuo sume-
 re. **E V S.** Nihil verius. **G L.** Sic inter
 ciues meos cōsenui charus omnib⁹. **E.**
 o.iiij.

Istuc vero difficillimū est, quū nō abs-
 re dictū sit: Qui neminem habet inie-
 micum, eum nec amicū habere quens-
 quam: & felicitatis semper inuidiam
 esse comitem. O L. Insignem felicitatē
 comitari solet inuidia: mediocritas tu-
 ta est. Et hoc mihi perpetuū studium
 fuit, ne quid mei commodi ex aliorū
 incommodis cōpararem. Illam, quam
 Græci vocant *εὐραστία*, quantū licuit
 amplexus sum. Nullis negotijs ingessi
 memet, sed præcipue continuī me ab
 his, quæ sine offensa multorum suscipi
 non poterant. Itaq; si iuuandus erit
 amicus, sic illi benefacio, vt hac de cau-
 sa nullum mihi parem inimicū. Et si
 quid ortum fuerit simultatis alicūde,
 aut purgatione lenio, aut officijs extin-
 guo, aut dissimulatione patior inter-
 mori: à contentione semper abstineo:
 quæ si inciderit, malo rei quàm amici-
 tiæ facere iacturā. In cæteris, Mitione
 quendam ago, nulli lædo os, arrideo
 omnib⁹, saluto ac resaluto benigniter,
 nulli⁹ animo repugno, nulli⁹ institutū
 aut factū damno, nemini me præfero,
 patior suum cuiq; pulchrū esse. Quod
 taceri velim, nemini credo. Aliorū ar-
 cana non scrutor: & si quid forte noui,
 nūquā effutio. De his qui præsentēs nō
 sunt, aut taceo, aut amice loquor ac ci-
 uiliter. Magna pars simultatum inter
 homines nascitur ex lingue intempe-
 rantia. Alienas simultates nec excito,
 nec alo, sed vbicunq; datur opportuni-

tas, aut extinguo, aut mitigo. His rationibus hactenus vitæ inuidiam, ac benevolentiam civium meorum alui. P. A. Non sensisti gravem cœlibatû? G. Mihi quidem nihil unquã accidit acerbius in vita vxoris morte, ac vehementer optassem illam unã mecum consensuere, liberisque communibus fruis, sed quando aliter visum est superis, iudicavi sic magis expedire utriq; neq; causam putavi, quæ me inani luctu discruciam, præsertim quã is nihil prodesset defunctæ. P. O. Nunq' ne incessit libido repetendi matrimonij, præsertim quã istud tibi feliciter cessisset? G. Incessit, sed liberorum causa duxerã vxorẽ, liberorum causa rursus non duxi. P. O. At miserum est cubare solũ totas noctes. G. Nihil est difficile volenti. Tum cogita, quantas etiam habeat commoditates cœlibatus. Quidam omni ex re decerpunt. si quid est incommodi, qualis fuisse videtur Crates ille, cuius titulo fertur epigramma vitæ mala colligens. Nimirum his placet illud: Optimum nō nasci. Mihi magis aridet Metrodorus, unde quaq; decerpens si quid inest boni. Sic enim sit. vita dulcior. Et ego sic induxi animum, vt nihil vehementer vel oderim, vel expetã. Ita sit, vt si quid obtingat boni, nō efferar aut insolescam: si quid decedat, non admodum crucier. P. A. Næ tu philosophus es vel ipso Thalete sapiētior siquidem istuc potes. G. Si quid egritudinis obor

tum est animo, vt multa fert huiusmo-
 di vita mortalium, protinus eijcio ex
 animo, siue sit ira ex offensa, siue quid
 aliud indigne factū .p. o. At sunt quæ-
 dam iniuriæ, quæ vel placidissimo mo-
 ueant stomachum: tales sunt frequen-
 ter & famulorum offensæ. g. Nihil ego
 patior residere in animo meo: si mede-
 ri queam, medeor: sin minus, sic cogi-
 to: quid proderit me ringi, re nihilo
 melius habitura? Quid multis? Patior,
 vt hoc mox impetret à me ratio, quod
 paulo post tempus esset impetraturū.
 Certe nullus est tantus animi dolor,
 quem patiar mecum ire cubitum. B. v.
 Nihil mirum, si tu non senescis, qui
 tali sis animo. o. Atq; adeo, ne quid re-
 ticeam apud amicos, cum primis eam,
 ne quid flagitij committerē, quod vel
 mihi, vel liberis meis probro esse pose-
 set: nihil enim irrequietius animo sibi
 male conscio. Quod si quid culpæ ad-
 missum est, non eo cubitū prius quam
 me deo recōciliaro. Veræ tranquillita-
 tis, seu, vt græcè dicā, *ἡδονή* fons est
 bene conuenire cum deo. Nam qui sic
 viuunt, his nec homines magnopere
 nocere possunt. B. Num quando te cru-
 ciat metus mortis? o. Nihilo magis q̄
 macerat dies natiuitatis. Scio morien-
 dum: ista sollicitudo fortassis adimat
 mihi aliquot vitæ dies, certe nihil pos-
 sit adijcere. Itaq; totam hanc curam su-
 peris committo: ipse nihil aliud curo,
 quam vt bene suauiterq; viuam. Non

potest autē suauiter, nisi qui bene. P. At
 At ego senescerem tædio, si tot annos
 degerem in eadem vrbe, etiam si Rœ-
 mæ contingat viuere. G. Habet quidem
 loci mutatio voluptatis nonnihil: lon-
 ginquæ vero peregrinationes vt prudē-
 tiam addit fortassis, ita plurimum ha-
 bent periculorum. Mihi videor tutius
 totum orbem obire in tabula geogra-
 phica, neq; paulo plus videre in histo-
 rijs, q̄ si viginti totos annos, ad Vlyssis
 exemplum, per omnes terras mariaq;
 volitarem. Habeo prædiolū, quod abest
 ab vrbe nō plus q̄ duobus millib⁹ pas-
 suum: ibi nonnunquam ex urbano flo-
 rustiens: atq; ibi recreat⁹, redeo nouus
 hospes in vrbe: nec aliter saluto, ac sal-
 lutor, q̄ si renauigassem ex insulis nū-
 per inuentis. E. Non adiuuas valetudi-
 nem pharmacis? G. Nihil mihi rei cum
 medicis. Nec incidi venā vnq̄, nec deuo-
 rari catapotia, nec hausī potiones. Si
 quid oboritur lassitudinis, moderatio-
 ne victus, aut rusticatione propello ma-
 lum. E. v. Nihil ne tibi cum studijs? G.
 Est. Nam in his est præcipua vitæ ob-
 lectatio, verum his oblecto me, nō ma-
 cero. Siquidem vel ad voluptatem stu-
 deo, vel ad vtilitatem vitæ, non autem
 ad ostentationem. A cibo sumpto aut
 pascor literatis fabulis, aut lectorē ad-
 hibeo: nec vnq̄ incūbo libris vltra ho-
 ram: tum surgo, & arrepta testudine
 paulisper obābulās in cubiculo, vel eā
 sillo, vel repeto mecum quid legerim:

Et si in promptu est congerro, refero,
 mox ad librum redeo. E. Dic mihi bon
 na fide: nullane sentis incommoda se
 nestutis, quæ feruntur esse plurima? G.
 Somnus aliquato deteriore est, nec per
 inde tenax memoria, nisi quid infixero.
 Liberaui fidem meam. Exposui vo
 bis magicas artes meas, quibus alio iue
 nentem meam: nunc referat nobis
 pari fide Polygamus, vnde tantum col
 legerit senij. P. O. Equidem nihil cela
 bo tam fidos sodales. E. Narrabis etiã
 taciturnis. P. O. Quum agerem Lutetia,
 quam nõ obhorruerim ab Epicuro, no
 stis ipsi. E. Sanè meminimus, sed arbi
 trabamur te mores eos vnã cum adole
 scentia Lutetię relicturũ. P. O. Ex mul
 tis quas illic adamaram, vnã mecum
 abduxi domum, eãmq; grauidã. E. In
 sedes paternas? P. O. Rectã, sed mētitus
 eã esse coniugẽ cuiusdã amici mei, qui
 nobis esset vêturus. G. Id credidit pater?
 P. O. Imò rem olfecit intra quadriduũ.
 Mox sæua iurgia. Nec tamen interim
 temperabam à conuiujs, ab alea, ceter
 isq; malis artibus. Quid multis? Quũ
 pater non faceret obiurgãdi finem, ne
 gans se tales gallinas alere velle domi,
 ac subinde minitans abdicationẽ, verti
 solum, & cum gallina mea gallus aliõ
 demigraui: ea mihi genuit aliquot pul
 los. P. A. Vnde res suppetebat? P. O. Non
 nihil furtim dabat mater, ac præterea
 conflatum est æris alieni plus satis. E.
 Reperiebantur tam fatui, vt tibi cre

derent? P. O. Sunt qui nullis credant libentius. P. A. Quid tandem? P. O. L. Tandem ubi pater serio pararet abdicacionem, intercesserunt amici, ac bellum hoc his legibus composuerunt, ut non stratem uxorem ducerem, cum Galla diuortium facerem. E. Erat vxor? P. O. Intercesserant verba futuri temporis, sed accesserat congressus presentis temporis. E. Qui licuit igitur ab illa diuertere? P. O. Post rescitum est meæ Gallæ Gallum esse maritum, vnde pridem se subduxerat. E. Ergo nunc habes vxorem? P. O. Non nisi præter hanc octauā. E. Octauam? Non sine augurio dictus es Polygamus, fortassis steriles omnes discessere. P. O. Imò nulla non reliquit aliquot catulos domi meæ. E. Ego malim totidem gallinas, quæ mihi ponerent ova domi. Non tædet polygamia? P. O. Adeo tædet, ut si hæc octaua moreretur hodie, perendie ducerem nonam. Imò hoc me male habet, quòd non liceat habere binas aut ternas, quàm vnus gallus gallinaceus tot gallinas possideat. E. Equidem haud miror gallinæ, si parum pinguis, quòdque tantum senij tibi collegeris. Nihil enim æque accelerat senectutē, quàm immodicæ atque intempestivæ computationes, impotentes amores mulierum, & salacitas immoderata. Sed quis alit familiam? P. O. Ex obitu parentum accessit res mediocris, & gnauiter laboratur manibus. E. Desciuisi igitur à literis? P. O. Planè

ab equis, quod aiunt, ad asinos, ex he-
 ptatechno factus monotechinus faber.
 B. Miser, toties tibi ferendus erat lus-
 ctus, toties coelibatus? O. Nunquā vi-
 xi coelebs ultra dies decem, semperq;
 noua nupta veterem luctum expulit.
 Habetis bona fide vitæ meæ summā.
 Atq; utinā Pampirus narret nobis fug-
 tuoq; vitæ fabulam, qui satis belle por-
 tat ætatem. Nam, ni fallor, me duobus
 aut tribus annis est grandior. P A. Dicā
 equidē, si vobis audire vocat tale som-
 nium. B. Imō volupe fuerit audire. P A.
 Vbi domum redissem, statim pater se-
 nex vrgerē coepit, vt aliquod vitæ ge-
 nus amplecterer, vnde nō nihil quæstus
 accederet rei familiari: ac post longam
 consultationē placuit negotiatio. P O.
 Miror hoc vitæ genus arripisse potissi-
 mum. P A. Erata natura scitans cognos-
 scēdi res nouas, varias regiones, vrbes,
 linguas, ac mores hominum. Ad id ma-
 xime videbatur apposita negotiatio.
 Quibus ex rebus nascitur & prudentia.
 P O. Sed misera, videlicet quæ plerūq;
 magnis malis sit illis emenda. P A. Sic
 est. Itaq; pater numerauit sortem satis
 amplam, vt dextro Herēule, ac bene
 fortunante Mercurio, negotiationem
 auspiceret. Simūlq; ambiebatur vxor
 eū amplissima dote, sed ea forma, quæ
 vel indotatam cōmendare poterat. B.
 Successit? P A. Imō prius quā redire
 domum, perijt & fors & vsura. B V S.
 Naufragio fortassis. B A M. Planē nauē

fragio. Nam impigimus in scopulum
 quavis Malea periculosiorem. **B V S.**
 In quo mari occurrit iste scopulus, aut
 quod habet nomen? **P A M.** Mare non
 possum dicere, sed scopulum plurimo-
 rum infamis exitijs, Latine dicitur a
 lea, quomodo vos Greci nominatis, ne
 scio. **B V S.** O te stultum. **P A M.** Imò
 stultior pater, qui tantam summam cre-
 deret adolescenti. **G L Y.** Quid deinde
 factum est? **P A M.** Nihil actum, sed
 coepi cogitare de suspendio. **G L Y.**
 Adeon' erat pater implacabilis? Nam
 res sarciri potest, & venia datur ubiq;
 protopiro, multo magis Pampiro des-
 bebatur. **P A M.** Verum fortasse nar-
 ras, sed interim miser excidi ab vxore.
 Nam parentes puellæ, simulatque co-
 gnouerunt hæc auspicia, renuntiarunt
 affinitatem. Et amabam ut qui perdis-
 tissime. **G L.** Miseret me tui. Sed quid
 interim consilij tentatum est? **P A M.**
 Id quod solet in rebus desperatis. Pa-
 ter abdicabat, perierat res, perierat vx-
 or, vndique audiebam, gurges, nepos,
 heluo. Quid plura? Serio mecum deli-
 berabam, an suspendere me, an aliquò
 conijcerem meæ in monasterium. **B.**
 Crudele consilium. Scio vtrū elegeris,
 mitius mortis genus. **P A.** Imò quod
 mihi tunc visum est crudelius, adeo
 mihi displicebam totus. **G.** Atqui com-
 plures eò se deijciunt, ut suavius viuât.
G. Corraso viaticulo, furtim me subdu-
 xi procul à patria. **G L.** Quò tandem?

P A. In Hiberniam, illic factus sum Canonicus ex horum genere, qui extime linei sunt, intime lanei. **G.** Apud Hibernos igitur hybernasti? **P A M.** Non, sed duos menses, apud hos versatus, nauis gaudi in Scotiam. **G.** Quid te offendit apud illos? **P A M.** Nihil, nisi quod institutum illud mihi videbatur mitius quam pro meritis eius, qui non vno suspendio dignus erat. **B.** Quid in Scotia designatum est? **P A M.** Illic ex lineo factus sum pelliceus apud Carthulos. **B V.** Homines plane mundo mortuos. **P A.** Ita mihi visum est, quum au direm illos canentes. **G.** Quid? canunt etiam mortui? Quot menses apud illos egisti Scotus? **P A.** Propemodum sex. **G.** O constantiam. **B.** Quid illic offendit? **P A.** Quia mihi visa est vita segnis ac delicata. Deinde multos illic reperi, non admodum sani cerebri, ob solitudinem, ut arbitror: mihi parum erat cerebri, verebar ne totum periret. **P O L.** Quò deinde deuolasti? **P A.** In Galliam. Illic reperi quosdam totos pullatos, ex instituto diui Benedicti, qui colore vestis testantur se lugere in hoc mundo, & inter hos, qui pro summa veste cilicium ferret reti simile. **G.** O grauē corporis maerationē. **P A.** Hic egi menses undecim. **B.** Quid obstitit, quo minus illic maneres perpetuus? **P A.** Quia plus illic reperi ceremoniarum, quàm verę pietatis. Præterea audieram esse quosdam his multo sanctiores, quos Bernardus ad

seueriorem disciplinam renocasset, publica veste mutata in candidam: apud hos vixi menses decem. B V. Hic quid offerebat? P A M. Nihil admodum. Nam hos reperi sat commodos sodales. Sed mouebat me Græcorum prouerbiū: *Ἰεῖταὶς χελῶνας ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν*. Itaque decretum erat aut non esse monachū, aut insigniter esse monachum. Acceperam esse quosdam Brigideses, homines planè cælestes: ad hos me contuli. E. Quot menses illic egisti? P. Biduum, nec id sanè totum. G. Usque adeo placuit hoc vitæ genus? P. Non recipiunt, nisi qui mox obstringat se professioni. At ego nōdum adeo insaniebam, vt facile me præberem capistro, quod nunquā liceret excutere. Et quoties audiebā canētes virgines, cruciabat animum vxor erepta. G. Quid deinde? P. Ardebat animus amore sanctimoniz, nec vsquam satis fiebat animo meo. Tandem obambulans incidit in quosdam præferentes crucem. Hoc signum mihi protinus arrisit, sed remorabatur electionem varietas: alij gestabant albam, alij rubram, alij viridem, alij versicolorē, alij simplicē, alij duplicem, nonnulli quadruplicem, alij alia atq; alia figura variatam. Ego, ne quid intentatum relinquerem, omnes fermè formas gessi. Verum ipsa re comperi, longe aliud circūferre crucem in pallio seu tunica, quàm in corde. Tandem fess

fus inquirendo, sic mecum cogitabam: ut semel omnē sanctimoniā assequar, petam terrā sanctam, ac redibo domū sanctimoniā onustus . P O L . Num eō profectus es? P A M . Maxime . P O . Unde suppetebat viaticum? P A M . Demior istud nūc deniq; tibi venire in mētem ut rogares, ac nō multo ante percontatum fuisse . Sed nosti prouerbiū: τὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει . G L . Quam artē circunferebas? P A M . Chī romanticam . G L Y . Vbi eam didiceras? P A M . Quid refert? G . Quo præceptores? P A M . Eo qui nihil nō docet, ventre . Prædicebam præterita, futura, præsentia . G L . Et sciebas? P A M . Nihil minus: sed diuinabam audacter, idque tuto, videlicet prius accepto pretio . P O L . An ars tam ridicula poterat alere te? P A . Potebat, & quidē cum duobus famulis . Tantum est vbiq; fatuorum & fatuarū . Attamen quū Hierosolymā adirem, addideram me in comitatū cuiusdam magnatis prædiuitis, qui natus annos septuaginta, negabat se æquo animo moriturum, nisi prius adisset Hierosolymā . E . Ac domi reliquerat vxorē? P A M . Atq; etiā liberos sex . E . O senem impie piū . Atq; illinc redisti sanctus? P A M . Vis verū fateari? Aliquanto deterior quā iueram . E . Sic, ut audio, excussus est religionis amor . P A . Imō magis incanduit . Itaq; reuersus in Italiam, addixi me militiæ .

R. Itane religionem venabaris in bello, quo quid esse potest sceleratius? **P. A.** Erat sancta militia. **R.** Fortassis in Turcas. **P. A. M.** Imò sanctius quiddam. **R.** Quidnam? **P. A. M.** Julius Secundus beligerabatur aduersus Gallos. Porro militiam mihi commendabat etiam multarum rerum experientia. **R.** Multarū, sed malarum. **P. A. M.** Ita post comperi. Et tamen hic durius vixi quàm in monasterijs. **R.** Quid tū postea? **P. A. M.** Iam mihi vacillare coepit animus, vtrū ad negotiationem intermissam redirē, an religionem fugientem persequeretur: interim venit in mentem vtrunq; alteri posse coniungi. **R.** Quid vt simul esses & negotiator & monachus? **P. A.** Quid ni? Nihil religiosius ordinibus mendicantium: & tamen nihil similis negotiationi. Volitant per omnes terras ac maria, multa vidēt, multa audiunt, penetrant omnes domos, plebeiorum, nobilium, atq; etiam regum. **R.** At non cauponantur. **P. A. M.** Sæpe nobis felicius. **R.** Quod genus ex his delegisti? **P. A.** Omnes formas expertus sum. **R. V. S.** Nulla placuit? **P. A. M.** Imò perplacuerant omnes, si licuisset statim, negotiari. Verum perpensam mihi diu sudandum in choro, prius quàm crederetur mihi negotiatio. Iamque cogitare coepi de venanda Abbatia, sed primum non omnibus hic fauet Delia, & sæpe longa est venatio. Itaq; cōsumptis hūc in modum annis

octo, quum esset nūtiata mors patris,
 domum reuersus, ex cōsilio matris duxi
 vxorem, & ad veterem negotiatio-
 nem redij. G. Dic mihi, quū tam sub-
 inde nouam vestem sumeres, ac ve-
 lut in aliud animal trāssformareris, qui
 potuisti seruare decorum? P A M. Qui
 minus quā hī, qui in eadē fabula nō
 nunquā aliam atque aliam sumūt per-
 sonam? E. Dic nobis bona fide, qui nul-
 lum vitæ genus non expertus es, quod
 omnium maxime probas? P A M. Non
 omnibus omnia congruunt, mihi nul-
 lum magis arridet, quā hoc quod se-
 quutus sum. E V. Multa tamen incom-
 moda habet negotiatio. P. Sic est. Sed
 quando nullum vitæ genus omnibus ca-
 ret incommodis, hāc Spartam quæ con-
 tigit orno. Verum nunc superest Euse-
 bius, qui non grauabitur apud amicos
 vitæ suæ scenam aliquam explicare. E.
 Imò totam fabulam, si videtur: nā ha-
 bet actus non multos. G. Erit magno
 pere gratū. E V. Vbi redissem in patri-
 am, annum apud me. deliberaui quod-
 nā vitæ genus amplecti vellem, similit-
 que me ipsum explorauī, ad quod gen-
 essem propensus aut idoneus. Interim
 oblata est præbenda, quam vocant, sa-
 tis opimi proventus, accepi. G. Vulgo
 male audit hoc vitæ genus. E V. Mihi,
 vt sunt res humanæ, satis exoptandum
 videtur. An mediocrem felicitatē esse
 putatis, subito velut è cælo dari tot cō-
 moda? dignitatē, ædes honestas, benēq-

instructas, annuos redit⁹ satis amplos,
 sodalitiū honorificum, deinde tēplum,
 vbi si libeat, vaces religioni^s P A. Illic
 me luxus offendebat, & concubinarum
 infamia, tum q̄ pleriq; istius generis
 odere literas. P. Ego non specto quid
 agant alij, sed quid mihi sit agendum:
 & melioribus me adiungo, si non pos-
 sum alios meliores reddere. P O. In isto
 genere vixisti perpetuo ? E. Perpetuo-
 nisi quòd interim quatuor annos pri-
 mum egi Patauij. P O. Quamobrem^s
 E V. Hos annos ita partitus sum vt ses-
 quiannū darē studio medicinæ, reliquū
 tēpus Theologiæ. P O. Quur idē E. Quo
 melius & animū & corpus meū mode-
 rarer, nonnunquā & amicis cōsulerem.
 Nam & concionor nōnunquā pro mea
 sapiētia. Sic haftenus satis trāquille vi-
 xi, contentus vnico sacerdotio, nec præ-
 terea quicquā ambiēs, recusaturus etiā
 si offeratur. P A. Vtinam liceret disce-
 re, quid agāt cæteri nostri sodales, quis-
 bus cū tū familiariter viximus. E V. De
 nōnullis possum commemorare quæ
 dam, sed video nos non procul abesse à
 ciuitate, quare si videtur, conueniemus
 in idem diuersorium: ibi per otium de
 cæteris conferemus affatim. H V G V I
 T I O auriga. Vnde tam miseram far-
 cinam nactus es lusce ? H E N R I C V S
 auriga. Imò quò tu defers istud lupæ-
 nar ganeos H V G. Debueras istos frigi-
 dos senes alicubi effundere in vrticetū,
 vt calefcerent. H E N. Imò tu istū gre-

Π Τ Ω Χ Ο Π Λ Ο Υ Σ Ι Ο Ι :

gem cura vt præcipites alicubi in profundam lamam, vt refrigerentur, nam calent plus satis. H V. Non soleo præcipitare sarcinam meam. H E N. Non? Atqui nuper vidi te sex Carthusienses deiecisse in cœnum sic, vt pro candidis emergerent nigri: tu interim, quasi re bene gesta ridebas. H V. Nec iniuria, dormiebant omnes, ac multum ponderis addebāt curruī meo. H E N. At mei senes egregie subleuarūt currum meum, per totū iter perpetuo garrientes. Nunquam vidi meliores. H V. Non soles tamē talibus delectari. H E N. Sed hi seniculi boni sunt. H V. Qui scis? H E N. Quia per eos ter bibi per viam ceruissiam insigniter bonam. H V. Ha ha he. Sic tibi boni sunt.

Π Τ Ω Χ Ο Π Λ Ο Υ Σ Ι Ο Ι

CONRADVS, BERNARDINVS,
PASTOR, PANDOCHEVS,
Vxor.

AT qui pastorem decet hospitalitas P A S. Pastor sum ouīū, nō amo lupos. c. At nō perinde fortassis odisti lupos. Sed quo tandē merito sic abhorres a nobis, vt ne tecto quidē digneris? Neq; enim te grauabim⁹ cœna. P A S. Dicā, quia si conspiceretis in ædibus meis gallinam aliquā, aut pullos gallinæceos, cras in concione traduceret apud populum. Hanc soletis referre gratiā cōmunicati hospitij. c O N. Nō omnes sumus istiusmodi. P A S. Sitis cuiusmo

di voletis, ego vix sancto Petro fiderē,
 si tali cultu veniret ad me. c. Si ita stat
 sententia, saltem indica dixerforium a
 liud. P A S. Est in hoc vico dixerforiū
 publicum. c o N. Quod habet signum
 P A S. In tabula pensili videbitis canem
 os inferentem in ollam : hoc agitar in
 culina: Ad abacum rationalem sedet lu
 pus . c. Signum inauspicatum . P A S.
 Fruamini. B. Quod gen⁹ pastoris hoc
 est? per illum liceret perire fame. c. Si
 nō melius pascit oues quā nos, oportet
 esse parum obefas . B. In malis re
 bus opus est bono consilio. Quid fiet?
 c. Perfricanda frons est . B. Nimirum
 inutilis est pudor, quum vrget necessi
 tas. c. Admodum , sanctus Franciscus
 aderit nobis . B. Pro fortuna . c. Non
 expectabimus Pādochei respōsum pro
 foribus, sed rectā irrūpemus in ipsam
 vaporariū, nec facile patiemur nos eije
 ci. B. O facinus impudēs. c o N . Hoc
 satius quā noctem agere sub dio, ac
 perire frigore . Interim depone pudorē
 in sacculo, cras resumpturus, vbi vis
 debitur. B. Scilicet, sic res ipsa suadet.
 P A N. Quod animantiū genus hic vis
 deos? c o. Seruos Dei, filios sancti Frā
 cisci, vir optime. P A N. An Deus talio
 bus seruis delectetur, nescio: ego mihi
 nolim multos esse domi. c o N. Quam
 obrem? P A N D. Quia ad edendum, ac
 bibendum plus quā viri estis, ad la
 borandum nec manus habetis, nec pe
 des. Obe vos estis filij sancti Franciscit

Soletis prædicare eū esse virginem, & habet ille tot filios? c. Spiritus filij sumus, non carnis. P A N. Infelix genitor ille. Nam quod in vobis pessimum est, animus est: corpore nimitū valetis, plā néque melius habetis ista parte, quā expediat nobis, qui alimus vxorem & filias. c o N. Tu forte suspicaris nos esse ex eorum genere, qui degenerant à progenitoris instituto: nos sumus obseruantes. P A N. Ego igitur obseruabo, ne quid adferatis detrimenti. Nam istud genus ego odi pessime. c o. Quā ob rem, te quæso? P A N. Quia circū fertis dentes, nec circumfertis pecuniā. Hoc genus hospitū mihi est ingratiſſimum. c. At laboramus vobis. P A N. Vultis ostendam vobis, quomodo laboratis? c. Ostende. P A N. Inspicite pieturam vobis proximam ad læuam: illic videtis vulpem concionantem, sed à tergo anser collum profert è cuculla. Rursus videtis lupum absoluentem cō fessum, sed prominet pars ouis occultatæ sub veste. Videtis simium assidentem ægroto in veste Franciscana, altera manu præfert crucem, alterā habet in crumena ægrotantis. c. Non inficiamur hæc veste nonnunquā tegi lupos, vulpes, ac simias, sed fatemur etiā: sæpe tegi porcos, canes, equos, leones, ac regulos: quin eadem vestis tegit multos bonos viros. Vestis vt neminē reddidit meliorem, ita nullum reddit deterriorem. Proinde iniquum est, quenquā

ex veste aestimare : alioqui tua vestis,
 qua nonnunquam vteris, esset execrandam,
 quæ multos tegit fures, homicidas,
 veneficos & adulteros. P. De veste cer-
 dam, si numeretis. C O N. Rogabimus
 Deum pro te. P. Ego vicissim pro vo-
 bis, operam opera pensans. C O. Atqui
 non ab omnibus accipiendū. P. Quis
 vobis religio est cōtingere pecuniam?
 C. Quia pugnat cum professione nos-
 tra. P. Itidem cū mea professione pu-
 gnat admittere gratuitū hospitem. C.
 At nos cogit regula, nō contingere pe-
 cuniam. P A. At mea regula diuersum
 præcipit. C. Vbi est tua regula? P A N.
 Lege versus istos:

Hospes in hac mensa, fuerint cum vi-
 scera tensa:

Surgere ne properes, ni prius annu-
 meres.

C O. Nos non erimus tibi sumptui. P.
 At qui mihi nō sunt sumptui, ne que-
 stui quidem sunt. C O N. Deus abunde
 pensabit, si quid officij nobis præstiter-
 ris. P. Istis verbis nō alo familiam. C.
 Abdemus nos in angulum vaporarij,
 neq; cuiquam erimus molesti. P. Nō
 fert tales homines hoc vaporariū. C O.
 Itane nos eijcis, fortassis hac nocte de-
 vorandos à lupis? P. Lupus lupinā nō
 est, vt nec canis caninam. C O. Crudelis
 esses, si hoc faceres Turcis: quales qua-
 les sumus, homines sumus. P. Surdo
 canitis. C O. Tū molliter foues corpus
 tuum, nudus recubans post vaporariū,
 P. j.

& nos extrudis frigore nocturno perituros, etiã si parcant lupi. P. Sic vixit Adam in paradiso. c. Vixit, sed innocens. P. Et ego innocens. c. Fortassis detracta syllaba prima. At vide, si tu nos nũc extrudis è paradiso tuo, ne Deus te nõ recipiat i suũ. P. Bona verba. V X O R. Mi vir, tot tua malefacta saltẽ hoc beneficio pensa. patere hos hac nocte tecto nostro vti, sunt viri boni, senties quæstum hinc fieri vberiore posthac. P. Ecce deprecatricẽ, suspicor cõuenire inter vos, nec admodũ lubens audio hoc elogiũ à muliere, viri boni. V. Hau, Non ita est, sed cogita quoties peccaris alea, temulentia, rixis, pugnis, saltẽ hac elemosyna redime tua peccata, ne eijcias hos, quos optaris tibi adesse morienti. Scurras & sanniones recipis sæpenumero, & hos extrudis. P. Vnde ista cõcionatrix nobis? Abi tu & cura rem culinariã. V. Id quidẽ fiet. B. Mitescit, & sumit indusiũ lineum, spero fore recte. c. Et mensam insternunt pueris. Bene habet, quòd nulli veniũt hospites, alioqui nobis erat exulandũ. B. Feliciter cecidit, quod è proximo oppidulo retulimus nobiscum la gunculã vini, & agni coxã assam: alioqui hic, vt video, ne foenũ quidem impartisset nobis. c. Iam accubere pueri, adiungamus nos in mensæ partẽ, sic tamen, ne cui incommodemus. P. Vobis imputandum arbitror, quòd hodie nullum habeo cõuiam, præter dome

sticos & vos inutiles. c. Nisi frequēter
 hoc accidit, imputa nobis. p. Frequē
 tius q̄ vellē. c. Noli laborare, viuit ad
 huc **C H R I S T V S**, qui nō deseret suos. p. Audiui vos dici euangelicos. Et
 euāgeliū prohibet per viā circumferri
 perā aut panes: vos manicas habetis p
 pera, vt video: nec panes modo circun
 fertis, verum etiā vinū, & delicias car
 nium. c. Fruere nobiscū si libet. p. A.
 Meum vinū ad istud collatū, vana est.
 c. Gusta & de carnibus, nobis enim su
 perest. p. O felices mēdicos, vxor mea
 nihil hodie coxit, pręter caules & laris
 dum rancidum. c. Cōmunicem⁹, si vi
 detur, nostros apparatus. Nam nostra
 nihil refert, quib⁹ vescamur. c. Qur
 igitur nō circūfertis caules & vapam⁹
 c. Quoniā hęc nobis obtrudere malu
 erunt, apud quos hodie pransi sumus.
 p. Gratis pransi⁹ c. Maxime. Imò gra
 tias etiā egerunt, & abeuntes his apo
 phoretis onerarunt. p. Vnde venitis⁹
 c. E Basilea. p. Hui, è tam lōginquos
 c o. Sic est. p. Quod tandem gen⁹ ho
 minum estis vos, qui sic oberratis sine
 iumento, sine crumena, sine famulatio,
 sine armis, sine com meatu⁹ c o. Vides
 qualecunque vestigium euangelicę vi
 tæ. p. A. Mihi videtur erroneum vita,
 qui vagantur cum reticulo. c o. Tales
 erronei erāt Apostoli, talis erat & do
 minus **I E S V S**. p. Nostis artem chi
 romaticam⁹ c. Nihil minus. p. Vnde
 igitur suppetit victus⁹ c o N. Ab eo
 P. ij.

qui promisit. p. Quis ille? c. Qui dixit, Nolite esse solliciti, hæc omnia adijcientur vobis. p. Promisit, sed querentibus regnum Dei. c o. Id facimus pro virili. p. Apostoli clarebant miraculis, sanabant ægrotos, proinde nō mirum illis vbiq; suppetisse victum, vos nihil tale potestis. c. Possemus, si similes essemus apostolis, & si res posceret miraculum. At miracula data sunt ad tempus incredulis, nūc nihil opus, nisi pia vita. Et sæpe felicius est ægrotare quàm valere, sæpe felicius mori quàm vivere. p. Quid igitur vos facitis? c o. Quod possumus, pro sua quisq; dote diuinitus donata cōsolamur, exhortamur, admonem⁹, corripim⁹: vbi se dederit occasio, nonnūquam & cōcionamur, sicubi cōperim⁹ pastores mutos: si non datur prodesse, damus operā ne quem lædamus moribus & lingua. p. Vtinā cras velis nobis cōcionari. Nam dies est apud nos festus. c. Cui diuot⁹ p. Antonio. c. Fuit is quidē vir bon⁹, sed vnde dies festus? p. Dicā, abundat hic vicus subulcis propter vicinū nemus glandiferū. Et persuasum est, Antonio delegatam curā eius pecoris, & ideo colūt illū, ne sæuiat neglectus. c. Vtinam vere colerēt illi. p. Quo pacto? c. Sanctissime coluit duos, quibus quis imitatus est. p. Totus hic vicus cras perstrepet cōpotationib⁹, saltationibus, lusibus, rixis & pugnis. c o. Sic ethnici quondā colebant Bacchū fusi.

Miror autē, si sic cultus Antonius, nō
 seuit in homines ipso pecore stultio-
 res. Qualē habetis pastorem? mutū ac
 malū? P. Qualis sit alijs, nescio: mihi
 optimus est, nam hic potat totos dies:
 neq; quisq; plures adducit, aut melio-
 res cōbibones, magno meo bono. Atq;
 adeo demiror illū nunc abesse. c. Nos
 experti sumus parū cōmodū. P. Quid
 audio? salutastis hominē? c. Ambiu-
 mus apud illū hospitiū, ille nō aliter q̄
 lupos abegit à limine, & huc iussit ab-
 ire. P. Ha ha, nunc intelligo. Hinc est
 quōd noluit adesse, quōd sciret vos hic
 futuros. c. Est'ne mutus? P. Mutus?
 Nemo illo vocalior in vaporario, ac
 strenue boat in templo: cōcionantem
 nunq̄ audiui. Sed quid pluribus opus?
 vos ipsi sensistis, vt intelligo, non esse
 mutū. c. Est'ne peritus sacrarū litera-
 rum? P. Ait se peritissimum, sed quic-
 quid taliū rerū didicit, didicit in secre-
 ta confessione, sic vt fas nō sit proferre
 apud alios. Quid multa? Dicā in sum-
 ma, qualis est populus, talis est sacer-
 dos, & planē nacta est suum patella o-
 perculū. c. Fortasse nō dabit locū con-
 cionaturo. P. Dabit, ad me recipio, sed
 hac lege, ne quid in illū iaculere, quē
 admodū pleriq; soletis. c. Rei malę
 asseuerūt, qui hoc solent: ego clam ad-
 moneo pastore, si quid offendit: quod
 superest, Episcoporū est munus. P. At
 tales aures huc raro deuolāt. Equidem
 video vos esse viros bonos. Sed quid
 p. iij.

sibi vult ista vestitiū varietas? Nam pleriq; hoc ipso iudicant vos esse malos, quòd sic vestiamini. c. Vnde idē p. Nescio, nisi quòd tales multi comperiantur. c. Multi hoc ipso iudicāt nos esse sanctos, quòd sic vestiamur, peccant vtriq; sed tamen humanius peccāt, qui ex veste bene de nobis suspicantur, q̄ qui male. p. a. Esto sanè. Sed quæ tandem vtilitas tot discriminū? c. Quid tu censēs? p. Mihi quidem nulla videtur, nisi in pompis aut in bellis: in pōpis enim circumferuntur variæ personæ, sanctorū, Iudæorū, ethnicorum: has ex diuerso cultu dignoscim⁹. In bellis autē hoc præstaret cultuū varietas, vt suū quæq; vexillū copiæ sequerentur, neq; fieret ordinum confusio. c. Pulchre dicis, & hæc vestis est militaris: alius alium ducē sequimur, sed omnes militam⁹ sub vno Cæsare C H R I S T O. Verum in veste tria spectanda sunt. p. Quæ? c. Necessitas, vsus, & decorum. Quir sumimus cibum? p. Ne pereamus fame. c. Sic aliquando sumenda vestis, ne pereamus frigore. p. Fateor. c. Hoc meli⁹ præstat hæc vestis quam tua: tegit enim & caput & collum & scapulas, vnde plurimum est periculi, vsus postulat varia vestium genera. Equitatio conuenit breuis, quiescētī longa: in æstāte tenuis, in hyeme densa. Sunt Romæ qui singulis diebus ter cōmutāt vestē: mane sumūt duplicatā pellib⁹, sub meridiē accipiūt simplicē,

rursus sub noctem aliquāto crassiorēs
 verum nō omnibus suppetunt muta-
 toria . prōinde hæc vestis . reperta est,
 vna ad plurimos vsus accommoda . P.
 Qui sic? c. Si fiat Boreas, aut si feruet
 sol, adducimus cucullam: si calor offen-
 dit, demittimus in tergum: si quiescē-
 dum est, demittimus vestem: si ambu-
 landum, subducimus, aut succingimus
 etiam . P. Non pessime sapuit quisquis
 hoc inuenit . c. Est autem hoc ad bene
 viuendum præcipuum, vt homo cōsue-
 escat esse paucis contentus , alioqui si
 delitijs aut affectibus indulgere coepe-
 rimus, nullus erit finis . At nulla vestis
 inueniri potuit, quæ vna tot cōmodis
 tatibus subseruiret . P. Assentior . c. o .
 Nunc decorum inspiciamus . Dic mihi
 bona fide, si tu sumeres vxoris tuæ ves-
 tem , nōne dicerent omnes te facere
 præter decorum? P. Dicerent me insa-
 nire . c. Quid tu dicerēs, si illa sume-
 ret vestem tuā? P. Fortasse nihil malū
 dicerem ; sed contunderem eam bonis
 fustib⁹ . c. Atqui nihil refert, qua veste
 utaris . P. Hic plurimū refert . c. Nec
 mirū . Nam & ethnicorū leges puniūt
 virū ac foeminā , si diuersi texus cultū
 sumpserint . P. Nec iniuria . c. o . Age,
 quid si senex octogenarius sumeret si-
 bi vestitum adolescentis quindecim an-
 nos nati: aut contrā, si iuuenis sumeret
 vestē senis, nōne dicāt omnes, rē esse
 fustuatio dignā? Aut si anus coleretur
 ad modum adolescentulæ , & contrā . f
 P. iiii .

P. Admodū. **c.** Itidem si laicus sumat cultum sacerdotis, eōtrā sacerdos laici. **P.** Vterq; faceret indecore. **c.** Quid si priuatus sumeret ornamētum principis, aut sacerdos priuat⁹ episcopi, num faceret indecore? **P.** Scilicet. **c.** Quid si ciuis sumeret cultū militis, plumas, ceteraq; stultitię Thraſonicę insignias? **P.** Rideretur. **c.** Quid si inter milites Anglus gestaret crucem albam, Eluetius rubram, Gallus nigram? **P.** Faceret impudenter. **c.** Quid itaque miraris nostrum hūc cultum? **P.** Quid interſit inter priuatum & principem, inter virum ac foeminam, ſcio: quid interſit inter monachum ac non monachum, nescio. **c.** Quid interest inter pauperem & diuitem? **P.** Fortuna. **c.** Et tamen indecorum eſſet, si pauper ſmītaretur cultum diuitis. **P.** Verum, vt nūc fermē colūtur diuites. **c.** Quid inter fatuū & sapientem? **P.** Aliquanto plus quā inter diuitem & tenuē. **c.** Nōne moriones aliter vestiūtur q̄ qui sapiunt? **P.** Nescio quid vos deceat, attamen vester cultus non multum abest ab illorum cultu, si quis addat auriculas & tintinnabula. **c.** Hoc plane deest. Et sumus huius mundi moriones, si modo vere sumus quod profite mur. **P A.** Quid vos sitis nescio: illud ſcio, multos eſſe moriones gestātes auriculas & tintinnabula, qui plus sapiāt ijs, qui gestāt pilea suffulta pelib⁹, epomides, reliquaq; sapientū insignis.

Itaq; mihi stultissimum videtur, sapiētiam profiteri veste. Vidi quendā plus quā morionem, qui gestabat vestem vsq; ad talos demissam, epomidē Magistri nostri: aderat & vultus, qui videri posset grauis Theologi: disputabat apud omnes non sine specie grauitatis, magnatibus autē non minus erat iucundus, quā quiuis alius morio, quū stultitiæ genere superaret omnes. c. O, Quid igitur tu? postulas vt princeps, qui ridet morionem, commutet cum illo vestem? p. Fortassis hoc postulare; aliquādo decorum, quod tu proponis, si libeat repræsentare veste, quicquid est in animo. c. Vrget tu quidem, sed tamen arbitror non sine causa vestem suam additam morionibus. p. Ob quam? c. Ne lædantur à quoquam, si quid imprudenter dixerint, aut fecerint. p. A N, Non dicā interim, quod ista res quouis irritat potius ad lædēdum, adeo vt frequenter è stultis fiant insani. Nec video quur, quum bos cornupeta, qui occiderit hominem: aut canis, aut sus, qui occiderit infantem, afficiantur supplicio, morio qui sceleratiora cōmiserit, præsidio stultitiæ sinatur viuere: illud expeto, quur vos distinguamini cultu à cæteris. Nam si quæuis causa sufficit ad diuersum cultum, oporteret piscatorem aliter vestiri quā piscatorem, calcearium aliter quā vestiariū, aliter pharmacopolam quā cenopolam, aliter surigam quā nautam. Vos si sacerdo

tes estis, cur secus vestimini q̄ reliqui sacerdotes? Si laici, cur à nobis differitis? c. o. Olim monachi nihil aliud erant, quam purior pars laicorū: & hoc intererat inter monachū & aliū laicū, quod nūc interest inter frugalē & probum virū suis manibus alentem familiā, & inter Snaphanū ex prædationū reditu iactantē sese: post Romanus pōtiffex addidit nobis suos honores, vestis ex nobis nacta est dignitatem, quæ tunc nec laicorū est, nec sacerdotū: sed tamē huius, qualis qualis est, non potuit aliquando Cardinales & summos Pontifices. p. At tandē decorū istud unde sumitur? c. Nonnunquam ex ipsa re tam natura, nonnunquam ex cōsuetudine mortalium & opinione. Nonne iudicaret omnes absurdū, si quis tergore bubulo sic vestiretur, vt cornua prominerēt in capite, & cauda traheretur humi? p. Ridiculū sanē. c. Rursum si quis vestē haberet, quæ faciē ac manus teget, pudēda ostēderet? p. Multo absurdus. c. Ob id notati sunt ab Ethnicis etiā scriptorib⁹, qui multitia fumerēt, foeminis etiā indecora. Verecūdius enim est nudū esse, qualē te offendimus in vaporario, q̄ vtī veste pellucēte. p. Ego puto totū hoc de cultu pendere à consuetudine ac persuasionē mortalium. c. Qui sic? p. Nō multi sunt dies, quod hic diuersati sūt, qui se prædicarēt per agrasse varias regiones nuper inuentas, & quas in priscorū cosmographo-

rum picturis desideramus. Hi se narra-
 bant peruenisse ad insulã quandã celi
 tẽperatissimi, vbi summi dedecoris lo-
 co habebatur tegere corpus. c. Isti for-
 tassis beluarũ ritu viuebant. p. Imò, vt
 aiebãt, humanissimã agebãt vitã. De-
 gebãt sub rege, eũ comitabãtur ad opã
 mane, non amplius q̃ horã, etiã singu-
 lis diebus. c. Quid operis faciebant? p.
 Euellebant radicũ genus, quod illis tri-
 tici loco est, & tritico tum gratius, tũ
 salubrius: quo peracto redeũt ad suam
 quisq; negotium, & quod cuiusq; lubi-
 tum est animo, faciunt. Sancte educant
 liberos, vitant & puniunt flagitia, sed
 nullum acerbius quã adulterium. c.
 Quosupplicio? p. Fœminis ignoscitur,
 datur hoc sexui: ceterum viris adulte-
 rij conuictis hæc pœna est, vt per om-
 nem vitam in publicum prodeant mē-
 bro pudendo velo obtecto. c. O graue
 suppliciũ. p. Atqui cõsuetudo persua-
 sit illis, hoc esse quouis supplicio gra-
 uius. c. Vbi cõtẽplor quid possit persua-
 sio, propemodũ assentior tibi. Etenim
 si qs vellet furẽ aut homicidã afficere
 extrema ignominia, nõne satis esset, si
 præcideret illi iterulã supra nates, si par-
 tes pudẽdas turpiter, pminẽtes lupinis
 pellibus cõuestiret, caligas diuersis co-
 lorib⁹ variegaret: vestẽ, quæ thoracẽ te-
 git ac brachia, totã cõscideret, veluti re-
 te faciẽs è veste, scapulas & pect⁹ nuda-
 ret, barbã partim demeteret nouacula,
 partim demitteret, partim itorqueret,

capillos tonderet, adderet pileum vno
dique sectum, cū ingenti fasciculo plu-
marum, ac sic iuberet prodire in publi-
cum? Nōne magis traduceret homi-
nem, quā si morionis cucullam adde-
ret cum auriculis praelongis ac tintina-
nabulis? Et tamen sic vltro sese ornant
milites, ac sibi placent: & reperiūt qui-
bus hoc pulchrum videatur, quum ni-
hil possit esse insanius. p. Imō non des-
sunt honesti ciues, qui hoc pro viribus
æmulētur. c. Atqui si quis nūc conetur
Indorū æmulari cultū, qui plumis au-
um vestiuntur, nōne pueris omnibus
videretur insanire? p. Prorsus. c. Atqui
quod nos miramur, etiā lōge insanius
est illo. Proinde vt verū est, nihil esse
tam absurdum, quod non commendet
assuetudo: ita negari nō potest, in vesti-
bus esse quoddam decorū, quod apud
sanos & cordatos semper decorū est: ac
rursus indecorum, quod apud omnes
qui sapiunt, indecorum videri debeat.
Quis enim nō ridet, quoties videt foe-
minas onustas longæ vestis coronide,
quæ nobilitatem generis, caudæ longi-
tudine metiuntur? Quamquam hoc nō
pudet imitari quosdam Cardinales, dū
taxat in pallijs. Et tamen res est adeo
violenta cōsuetudo, vt non sit huic aut
illi liberum mutare quod receptū est.
p. Satis de consuetudine. Sed dic tu mi-
hi, quid sentias, utrū existimes satius,
monachos non differte à ceteris cultu,
an differre? c. Equidem arbitror simpli

cius & Christianius, nō estimari quens
quā ex cultu, modo sit honestus ac de-
corus. p. Quir igitur vos nō abiicitis
cucullas? c. Quir apostoli non statim
vescebātur cibis quibuslibet? p. Nescio,
dic tu. c. Quoniam obstabat inuicta cō-
suetudo. Quod enim penitus infixum
est animis hominum, multoq; vsu cō-
firmatū inueterauit, ac velut in naturā
abijt, subito tolli sine magna pernicie
tranquillitatis humanæ nō potest: sed
ita paulatim submouēdū est quēadmo-
dū ille reuulsit pilos caudæ equinæ. p.
Tolerarem, si monachorū omniū esset
vnus cultus: tot discrimina quis ferat?
c. Hoc malum, vsus inuexit, qui nihil
non inuehit. Benedictus non commen-
tus est nouum cultum, sed is quo tum
utebatur cū suis, erat cultus laici sim-
plicis ac probi. Nec Franciscus inuenit
nouā formam, sed hæc erat vestis pau-
perum ac rusticorum. Posteriores addi-
tis quibusdam verterunt rem in super-
stitionem. Nōne videmus & hodie
quasdam anns tenētes sui seculi cultū,
qui magis est diuersus à cultu horum
temporū, q̄ meus cultus abest à tuo? p.
Videmus. c. Itaq; quum hūc cultū vi-
des, vides reliquias prisca seculi. p. Er-
go nihil habet aliud sanctimonix cul-
tus vester? c. Nihil profus. p. Quidam
iactant istos cultus præmōstratos diui-
nitus à diua virgine matre. c. Ista sunt
hominum somnia. p. Sunt qui despe-
rēt se posse à morbo reualefcere, ni ve-

ſtātur cultu Dominicano: imò qui ne
 ſepeliri quidē velint, niſi in veſte Frā
 cifcana. c. Iſta qui ſuadent, aut captato
 res ſunt, aut fatui: qui credūt, ſuperſti
 tioſi. Deus nō minus dignoſcit nebulo
 nem in veſte Frācifcana, q̄ militari. p.
 At minor eſt plumarū varietas in auis
 bus, quā in vobis cultus. c. An non
 itaq; pulchrū eſt imitari naturam ſed
 pulchrius vincere. p. Vtinā vinceretis
 & roſtorū varietate. c. Sed age, varia
 ti quoq; patrocinator, ſi pateris. Nō
 nē aliter veſtitur Hiſpanus, aliter Ita
 lus, aliter Gallus, aliter Germanus, ali
 ter Græcus, aliter Turca, aliter Sarace
 nus? p. Scilicet. c. Et in eadem regione
 quāta varietas veſtiū, etiā in eiudē ſe
 xus, ætatis & ordinis hominib⁹? Quā
 to alius cult⁹ Veneto, alius Florētino,
 alius Romano? Atq; hæc intra vnā Ita
 liā? p. Credo. c. Hinc nata eſt & noſtra
 varietas. Dominicus ſumpſit cultū a
 probis agricolis eius Hiſpaniæ partis,
 in qua vixit: Benedictus a ruſticis eius
 Italiæ partis, in qua vixit: Frācifcus ab
 agricolis diuerſæ partis: atq; itē de cę
 teris. p. Proinde quantū video, vos ni
 hilo eſtis ſanctiores nobis, niſi ſanctius
 vixeritis. c. Imò peiores vobis, qui pa
 rū piē viuētes, grauius offendam⁹ ani
 mos ſimpliciū. p. Eſt igitur aliqua ſpes
 de nobis, qui nec patronum habemus,
 nec cultū, nec regulā, nec profeſſionē: c.
 Habes, o bone, vide vt ſerues: quæ
 a ſuſceptoribus tuis, quid profeſſus ſis

inbaptismo , quā vēstē illic acceperis.
 Et humanā regulā desideras, qui regu-
 lā euāgelicā p̄fessus sis? Desideras ho-
 minē patronū, qui patronū habeas I E-
 S V M C H R I S T V M? Quum duceres
 vxorē, nihil professus es? Cogita quid
 debeas cōiugi, quid liberis, quid fami-
 lia, & senties te plus habere sarcinæ, q̄
 si Francisci regulam professus esses. p.
 Credisne vllū pandocheū ingredi cæ-
 lum? c. Quid nisi? p. Multa fiunt ac dicū-
 tur in hac domo, quæ parū respōdent
 Euangelio. c. Quæ? p. Alius bibit plus
 satis, alius obscene loquitur, quidā ris-
 xantur, quidā obtrectant: deniq; an cæ-
 tera sint casta, nescio. c. His occurrēdū
 est, quantū potes: si non potes, certe ne
 alas quæstus causa hæc mala, néve ac-
 cersas. p. Nonnunquam parum bonæ fi-
 dei sum in vino. c. Qui sic? p. Vbi sense-
 ro illos plus satis incalescere , largiter
 aquā admisceo. c. Istud quidē leui⁹ est,
 q̄ si quibuslibet vendas vinū periculo-
 sis medicamētis infectū. p. Dic mihi se-
 rio, quot dies fuisti ī hoc itinere? c. Mē-
 sem ferme. p. Quis interim vos curat?
 c. Nonne bene curātur, qui habēt vxorē,
 liberos, parētes & cognatos? p. Sepe
 numero. c. Tu nō habes nisi vnā vxorē,
 nos centū: tu non nisi vnicū patrē, nos
 centum: tu non nisi vnicam domū, nos
 cētum: tu non nisi paucos liberos, nos
 innumeros: tu nō nisi paucos cognatos,
 nos infinitos. p. Qui sic? c. Quia latius
 se porrigit cognatio spiritus, q̄ carnis.

Et ita nobis pollicitus est CHRISTVS,
 & experimur, verum quod pollicitus
 est. P. Næ tu mihi præbuiſti ſat lepidū
 cōuiuam: emoriar niſi malim hanc cō-
 fabulationem, quàm paſtoris mei com-
 potationē. Cras dignaberis aliquid di-
 cere populo. Et ſi poſthac continget te
 hęc facere iter, ſcito tibi hic paratū lo-
 cum. c. Quid ſi alij veniant? P. Nō erūt
 ingrati, modo tui ſimiles. c. Meliores,
 vt ſpero. P. Verū inter tā multos ma-
 los quomodo dignoſcam bonos? c. Di-
 cam paucis, ſed in aurem. P. Dic cōn-
 PAN. Meminero, & faciam.

ABBATIS ET ERVDITAE.
 ANTRONIVS, MAGDALIA.

Q Vam hic ego ſupelleſtilē videoſ
 M. An non elegantēſ? A. Nefcio q̄
 elegantem, certe parū decorā & puellę
 & matronę. M. Quamobrem? A. Quis
 librorum plena ſunt omnia. M. Tu tan-
 tus natu, tum abbas & aulicus, nūquā
 vidifti libros in ædibus heroinarū? A.
 Vidi, ſed Gallice ſcriptos, hic video
 Græcos & Latinos. M. An ſoli Gallice
 ſcripti libri docent ſapientiam? A. Sed
 decet hoc heroinas, vt habeant quo de-
 lectent otium. M. An ſolis heroinis licet
 ſapere ac ſuauiſter viuere? A. Male con-
 nectis ſapere & ſuauiſter viuere: nō eſt
 muliebre ſapere, heroinarum eſt ſuaui-
 ter viuere. M. Nōne omnium eſt bene vi-
 uere? A. Opinor. M. Qui poteſt autem
 ſuauiſter viuere, qui non viuat beneſ? A.

Imò qui potest suauiter viuere, qui viuat benef. M. Ergo tu probas eos, qui viuunt male, modo suauiter. A. Arbitror illos bene viuere, qui viuunt suauiter. M. Sed ista suauitas vnde pficiscitur, è rebus extrarijs, an ex animo? A. E reb⁹ extrarijs. M. O subtilē abbatē, sed crasfum philosophum. Dic mihi, quibus rebus tu metiris suauitatem? A. Somno, conuiujs, libertate faciendi quæ velis, pecunia, honoribus. M. Verū si istis rebus deus addiderit sapientiã, nū viues suauiter? A. Quid appellas sapientiã? M. Hoc est si intelligeres hominē non esse felicem, nisi bonis animi, opes, honores, genus neque feliorem reddere, neque meliorem. A. N. Valeat ista quidem sapientia. M. Quid si mihi suauius sit legere bonū authorem, quàm tibi venari, potare, aut ludere aleã, non videbor tibi suauiter viuere? A. N. Ego non viuerem. M. Non quæro, quid tibi sit suauissimum, sed quid deberet esse suaue. A. Ego nolim meos monachos frequentes esse in libris. M. At meus maritus hoc maxime probat. Sed quã obrem tandem non probas hoc in monachis tuis? A. Quoniam experior illos minus morigeros, respōsant ex Decretis, ex decretalibus, ex Petro, ex Paulo. M. Imperas igitur quæ pugnant cū Petro & Paulo? A. Quid illi doceant, nescio: sed tamen non amo monachum responsatorem. neq; velim quenquam meorum plus sapere, quàm ego sapiã.

M. Istud ita vitari possit, si tu des operam ut quamplurimum sapias. A. Nō est otium. M. Qui sic? A. N. Quia non vacat. M. Non vacat sapere? A. Non. M. Quid obstat? A. Prolixæ præces, cura rei domesticæ, venatus, equi, cultus aulae. M. Itæne ista tibi sunt potiora sapientia? A. Nobis sic usu venit. M. Iam illud mihi dicito, si quis Jupiter hanc potestatem tibi daret, ut posses & monachos tuos & teipsum vertere in quodcumque animal velles, an illos in porcos verteres, teipsum in equum? A. Nequaquam. M. Atqui sic vitares, ne quis plus te veno saperet? A. Mea nō magni referret, quod genus animantis essent monachi, modo ipse essem homo. M. An hominem esse censes, qui nec sapiat, nec velit sapere? A. Mihi sapio. M. Et sibi sapient sunt sues. A. Videre mihi sophistria quæpiam, ita argutaris. M. Non dicam quid tu mihi videaris. Sed quare hæc displicet supellex? A. Quia fufus & colus sunt arma muliebria. M. A. Nonne matronæ est, administrare rem domesticam, erudire liberos? A. Est. M. An rem tantam existimas administrari posse sine sapientia? A. Non arbitror. M. At hæc sapientiam docent me libri. A. Ego dormi habeo sexagintaduos monachos, tamen nullum librum reperies in meo cubiculo. M. Bene itaque prospectum est monachis illis. A. Feram libros, non fero Latinos. M. Quapropter? A. Quia non convenit ea lingua foeminis. M. Expecto

causam: A. Quia parum facit ad tuendam illarum pudicitiam. M. Ergo nugacissimis fabulis pleni libri Gallice scripti, faciunt ad pudicitiam? A. Aliud est. M. A. Dic istud, quicquid est aperte. A. Tutiores sunt à sacerdotibus, si nesciant Latine. M. Imò istinc minimū est periculi vestra opera. Quandoquidē hoc agitis sedulo, ne sciatis Latine. A. Vulgus ita sentit, quia rarum & insolitū, foeminā scire Latine. M. Quid mihi ciuitas vulgum, pessimū bene gerendæ rei authorē? Quid mihi consuetudinē, omnium malarum rerū magistrā? Optimis assuescendum: ita fiet solitū, quod erat insolitū: & suaue fiet, quod erat insuaue: fiet decorū, quod videbatur indecorum. A. Audio. M. Nōne decorū est, foeminā in Germania natā discere Gallice? A. Maxime. M. Quamobrem? A. Ut loquatur cum his, qui sciunt Gallice. M. Et mihi putas indecorū, si discā Latine, vt quotidie cōfabuler cum tot authoribus, tam faciūdis, tam eruditis, tam sapientibus, tam fidis consultoribus? A. Libri adimūt multum cerebri foeminis, quum alioqui parum illis superfit. M. Quantū vobis superfit, nescio, certe mihi quantulūcunq; est, malim in bonis studijs consumere, quā in precibus sine mente dictis, in pernoctibus conuiujs, in exhaustiendis capibus pateris. A. Librorū familiaritas parit insaniam. M. An colloquia comibonum, scurrarum & fannionum ti-

bi pariūt infaniā? A. Imò depellūt trœditiū. M. Qui fiat igitur, vt tam amoeni confabulones mihi pariant infaniā? A. Sic aiunt. M. At aliud ipsa loquitur res. Quāto plures videmus, quibus immodica potatio, & intempestiua conuiuia, quibus temulenta peruigilia, quibus impotentes affectus pepererūt infaniā? A. Ego sanè nollem vxorē doctam. M. At ego mihi gratulor, cui cōtigerit maritus tui dissimilis. Nam & illum mihi, & me illi chariorē reddit eruditio. A. Immensis laboribus comparatur eruditio, ac post moriendum est. M. A. Dic mihi vir egregie, si cras tibi moriendum esset, vtrū malle, mori stultior an sapientior? A. Si citra laborem cōtingeret sapientia. M. Sed nihil homini citra laborem contingit in hac vita, & tamen quicquid paratum est, quantifuis laboribus comparatum est: hic relinquendum est: quur pigeat nos in re omnium pretiosissima sumere laboris aliquid, cuius fructus nos in alterā quoq; vitam comitatur? A. Frequenter audiui vulgo dici, foeminā sapientem bis stultā esse. M. Isthuc quidem dici solet, sed à stultis. Foemina quæ vere sapit, non videtur sibi sapere: contrā quæ quum nihil sapiat, sibi videtur sapere, ea demum bis stulta est. A. Nescio quomodo sit, vt quemadmodum clitellæ non conueniunt boui, ita nec literæ mulieri. M. Atqui negare non potes, quin magis quadrent clitellæ

læ boui, q̄ mitra asino aut sui. Quid
 sentis de virgine matre? A N. Optime.
 M. Nōne versabatur in libris? A. Ver
 sabatur, at nō in istis. M. Quid igitur
 legebat? A N. Horas canonicas. M. Ad
 quem vsū? A. Ordinis Benedictini.
 M. Sit ita sané. Quid Paula & Eustos
 chium, nōne versabantur in sacris li
 bris? A. Verum isthuc nunc rarum est.
 M. Sic olim rara avis erat Abbas indo
 ctus, nunc nihil vulgatius: olim princi
 pes & Cæsares eruditione nō minus q̄
 imperio præminebant. Neque tamen
 vsque adeo rarum est, quàm tu putas,
 sunt in Hispania, sunt in Italia nō pau
 cæ mulierēs adprime nobiles, quæ cū
 quouis viro queant contendere: sunt in
 Anglia Moricæ, sunt in Germania Bis
 libaldicæ & Blaurericæ. Quod nisi ca
 ueritis vos, res eò tandē euadet, vt nos
 præsideamus in scholis theologicis, vt
 concionemur in templis: occupabimus
 mitras vestras. A. Ista deus auertat. M.
 Imò vestrum erit hoc auertere. Quod
 si pergetis vt coepistis, citius anseres
 concionaturi sint, quàm vos mutos pa
 stores ferant. Videtis iam inuerti mun
 di scenam: aut deponenda est persona,
 aut agendæ sunt suæ cuique partes. A.
 Vnde incidi in hanc forminā? Si quan
 do vides nos, ego te suauius accipiam.
 M. Quibus modis? A. Saltabimus, bi
 bemus affatim, venabimur, ludemus, ri
 debimus. M. Mihi quidem iam nunc
 ridere libet.

EPITHALAMIUM PE

TRI. AEGIDII.

Alypius, Balbinus, Musæ.

DEum immortalem, quod ego no-
 dum spectaculum hic video? B. A.
 Aut tu vides quod nusquam est, aut mei
 parum prospiciunt oculi. A. Atqui mi-
 rum spectaculum est & amabile. B. Eneo-
 cas, dic ubi vides? A. Ad lævam in hoc
 colle nemoroso. B. Collem video. A. L.
 Non vides puellarum chorum? B. Quid
 tibi venit in mentem ut nos ad istum
 modum ludos facias? Ego ne muscam
 quidem puellam vsquam cōspicor. A.
 Tace, prodeunt è nemore. Papæ, qui ni-
 tor, quæ gratia: non humanum est hoc
 spectaculum. B. Quæ hunc agitant intē-
 peria? A. Agnosco, nouem sunt Musæ
 cū tribus Gratijs, demiror quid agant,
 nunquam vidi cultiores aut magis ala-
 cres: omnes sunt redimitæ lauro, & su-
 um quæq; gerit organum. Porro Gra-
 tiæ quàm amabiliter sibi hæret, quàm
 decet nullo astricta cingulo vestis, ac li-
 beris diffuēs lacinijs. B. At ego nun-
 quam audiui quenquam magis delirā-
 tem quàm te. A. Imò neminē vidisti
 me feliciorem. B. Quis hic solus ha-
 bes oculos? A. Quia nō bibisti ex fon-
 te Musarum: nam his solis conspicuæ
 sunt Musæ. B. Ego affatim hausi à fon-
 te Scoti. A. Non ille fons est Musarū,
 sed lacus ranarum. B. Non potes effu-
 cere, ut & ipse videam hoc spectaculum?
 A. Possem, si quidē adesset laurus, nana

liquor è fonte limpido , ramo lauri as-
 persus, oculos reddit huiusmodi spec-
 tatorum perspicaces. BAL. Ecce latus,
 ecce fonticulus. AL. Commodum
 profecto. BAL. Asperge. AL. Inten-
 de, vidésne. BAL. Quantum antea.
 Asperge rursus. ALY. Iamne vides? B.
 Tantundem . Asperge copiosius. AL.
 Iam vides opinor. BA. Imò vix te vi-
 deo. AL. Miser, quàm penitus oculos
 tuos obsedit ἡ σκία. Hæc ars vel au-
 rigæ daret oculos. Verum nō est quod
 crucieris, præstiterit fortasse non vide-
 re, ne tali præmio videas Musas, quali
 Acteon vidit Dianã. Periculum enim
 esset, ne te vertant in histicem, aut as-
 prum sylvestrem, aut porcū, aut came-
 lum, aut ranam, aut graculum. Efficiã
 tamen vt audias , modo ne obstrepas.
 Iam huc deflectunt viam, occurramus.

χαίρειτε τριπύθνητοι διαί. MVS. καὶ σὺ μέγα
 λα χαίρει φιλόμοσε. A. Quid vellicas? B.
 Non præstas quod promiseras . A. An
 non audis? B. Audio, sed velut asinus
 lyram. A. Loquar igitur latine. Quo-
 nã est iter tam cultis, tamq; alacribus?
 Nū inuisitis Louaniensium Academiã?
 MVS. Bona verba . ALY P. Quam obrem?
 MVS. Quis nūc illic nobis lo-
 cus, vbi tot porci obgrunniunt, obru-
 dunt asini, oblactiunt cameli, obstrepūt
 graculi, obgarriunt picæ? AL. Atqui
 sunt & illic, quibus vestrum namē est
 venerādum. MVS. Scimus, eóq; post
 annos aliquot illuc commigrabimus.

Nōdum reuoluta seculōrum periodus
 diem illum fatalem aduexit. Erit enim
 qui illic nobis amoentū extruet domi-
 cilium, vel tēplum potius, quo vix ali-
 bi magnificentius ac sanctius. A. Non
 est fas scire quisnam tātum decus in-
 uecturus sit nostræ ditionis M V S. Tibi
 fas est, nostrorum sacrorum mystæ.
 Non dubiū est, quin tibi notum sit to-
 to orbe celebre Buslidianorum nomē.
 A L. Heroicū genus nominasti, & or-
 nandis summorum principū aulis na-
 tum. Quis enim nō veneratur magnū
 illum Franciscum Buslidium Besontia-
 næ ecclesiæ præfulem, qui vnus nō vnū
 Nestorem præstitit Philippo Maximi
 Maximiliani filio, Caroli, qui maior fu-
 turus est, patri? M V S. O felices nos, ni-
 si fata virū illū terris inuidissent. Quā-
 tus erat ille Mœcenas honestorum stu-
 diorū, quān candidius fautor inge-
 niorum. Sed reliquit fratres duos. Æ-
 gidiū admirabili iudicio prudētiæque
 virum, & Hieronymum. A L. Hiero-
 nymum nouimus omni literarum ge-
 nere perpolitum, omni virtutum gene-
 re decoratum. M V. Nec eum fata lon-
 gæum esse patiētur, tametsi nemo di-
 gnior est immortalitate. A. Vnde ista
 nosti? M V S. Apollo nobis denarra-
 uit. A L. Quænam est ista fatorū in-
 uidia, vt optima quæq; protinus subdu-
 cant? M V S. Id quidem non est huius
 temporis philosophari, sed Hierony-
 mus hic summa cū laude moriēs, vnus

uersas opes suas destinabit instituēdo
 Louanij collegio, in quo gratis & pu-
 blicitus tres linguas eruditissimi viri
 profitebuntur . Ea res magnum orna-
 mentum adiunget, & studijs, & Caros-
 li gloriæ. Tum non illibenter versabi-
 mur Louanij. A L. Quò nunc igitur
 est iter? M V S. Antuuerpium. A . Mu-
 sæ & Gratia ad mercatum? M V. Ne-
 quaquã, imò ad nuptias. A. Quid vir-
 ginibus cum nuptijs? M V S. Ad tales
 nuptias non est indecorum ire virgi-
 nes. A L. Quas igitur nuptias narras?
 M V . Sanctas, puras, castas, ad quas nõ
 puderet ipsam adire Palladem, & arbi-
 tror adfuturam. A L. Non est fas scire
 sponsi nomen & sponsæ? M. Arbitror
 tibi non ignotum esse candidissimum
 illum iuuenem, & omnibus politioris
 literaturæ delitijs expolitissimum, Pe-
 trum Ægidium. A L. Gemmam nomi-
 nasti, non hominem. M V S. Ei nubet
 Cornelia virguncula vel ipso digna Ap-
 polline. A L. Ille quidem vestri cultor
 eximius à teneris annis fuit. M. Huic
 igitur canemus Epithalamium. A. Et
 saltabunt Gratia? M. Non modo salta-
 bunt, verũ etiam duo candidissima pe-
 ctora indissolubilibus mutua beneuo-
 lentia nodis copulabunt, vt nihil vnq̃
 inter illos possit incidere vel iræ, vel
 tædij. Illa perpetuum nihil audiet nisi,
 mea lux: ille vicissim nihil nisi, anime
 mi. Atq; huic iucunditati ne senectus
 quidem quicquã detrahet, imò potius

adiunget aliquid. A. Demirarer, si qui
 sic viuunt, possint senescere. M. Recte
 mones, nam maturitas erit potius, q̄
 senectus. A L. Atqui noui permultos,
 quibus intra menses tres, istæ verbo-
 rum blanditiæ longe in diuersum versæ
 sunt, & in conuiuio pro lepidis iocis
 volitabant disci & quadrulæ. Marius
 pro anime mi, audiebat, fungus, las-
 gena, spongia: vxor, scropha, Acco, vo-
 mica. M v s. Vera prædicas, sed istius
 modi nuptiæ Gratijs iratis coierāt, hic
 perpetuo morum iucunditas alet mu-
 tuam beneuolentiã. A. Narras tu qui-
 dem rarã matrimonij felicitatem. M.
 Tam raras virtutes rara decet felicitas.
 A L. Quid coibunt nuptiæ absq; Iuno-
 ne & Venere? M v. Iuno quidem non
 aderit rixosa dea, & cui raro bene con-
 uenit cum suo Ioue. Ne Venus quidẽ
 illa terrestris & ebriosa, verum altera
 illa cælestis, quæ conciliat formas ani-
 morum. A. Proinde sterile matrimo-
 nium mihi narras. M. Nequaquã, imò
 felicissime fœcundum. A L. Quid illa
 cælestis gignit, nisi animos? M. Imò
 addit & corpora, sed ipsis animis mo-
 rigeras, peride quasi gemmeo myrothe-
 cio indas opobalsamũ. A. Vbinã est eas?
 M. En tibi procul aduētat. A. Video,
 deũ immortalẽ, qui fulgor, quæ forme
 maiestas. Ad hanc quidẽ altera Venus
 inuenusta est. M. Vides q̄ modesti Cu-
 pidines, nequaquã cæci, quẽadmodũ illi,
 quib⁹ altera dementat animos mortæ

frū: sed oculatissimi, nec habēt insanas
 faces, sed ignes placidissimos: nec ha-
 bēt plūbeas cuspides, quib⁹ immittūt
 odiū amātis, ac miseros animos amo-
 re nō mutuo discutiāt. A. Planē ma-
 trē referūt. O felicē illā domū & supe-
 ris egregie charā. Cęterū licētne audire
 epithalamīū carmē, qđ illi destinā-
 stis? M. Imō, rogam⁹ vt libeat audire.

C L I O.

Cādida laurigero nubit cornelia Petro,
 Auspicijs adsint numina dextra bonis.

M E L P O M E N E.

Contingat illis turturum concordia,
 Corniculæ viuacitas.

T H A L I A.

Ille charitate Gracchū Tiberium præ-
 cesserit.

Qui suæ vitam anteposuit coniugis
 Corneliæ.

E V T E R P E.

Illa charitate superet coniugem Ad-
 meti ducis,

Quę volens mortē mariti morte mu-
 tauit sua.

T E R P S I C H O R E.

Ille non flagret leuiore flamma,
 Attamen fato meliore, quàm olim,
 Plancius raptæ sociæ grauatus
 Esse superstes.

E R A T O.

Illa non flagret leuiore flamma,
 Attamen longe meliore fato,
 Casta quàm sanctum deamauit olim
 Portia Brutum.

q.ij.

EXORCISMVS**CALIOPE.**

Sponsum moribus vndiquaq; sanctis,
Nec Nasica probatus antecellat.

VRANIA.

Vxor moribus vndiquaque castis,
Vincat Sulpitiã Paterculanã.

POLYHYMNIA.

Laudetur simili prole puerpera,
Accrescat domui res simul & decus,
Sed liuore vacet, si fieri potest,
Factis egregijs debita gloria.

A. L. Prorsus inuiderem illi Petro Ægidio, nisi tantus esset hominis cãdor, vt ipse nemini possit inuidere. M. V. S. Sed iam tempus est vt cœptum carpatus iter. A. Nunquid est quod interim velitis renuntiari Louaniũ? M. V. Vt nostro nomine salutes amicos omnes candidos, ac nostri studiosos, sed præ cæteris vetustissimum nostri chori cultorem Ioannem Paludanũ, Iodocum Gauerium, Martinũ Dorpium, & Ioannem Borsalum. A. Id quidem fiet diligenter. Quid cæteris? M. V. Dicam in aurem. A. L. Res est nõ magni sumptus: itaq; fiet quamprimum.

EXORCISMVS, SIVE SPH**CTRV M.****THOMAS, ANSELMVS.**

Quid est bonæ rei, quòd tecũ rides tam suauiter, quasi thesaurũ natũ sis? A. N. Nõ procul aberrat à scopo tua diuinatio. T. At nõ imparties sodali quicquid isthuc est boni? A. N. S. Imò iam dudũ optabã mihi dari quẽ

• piã, in cuius sinũ effunderẽ hoc meum
 gaudiũ. T. Age igitur, impartì. A N S.
 Audiui modo fabulã lepidissimã, quã
 iures esse comicum figmentũ, nisi mihi
 hi locus, personæ, totaq; res esset tam
 nota, quã tu notus es mihi. T. Au-
 dire gestio. A. Nosti'ne Polum Fauni
 generum? T. Maxime. A. Is est & au-
 thor & actor huius fabulæ. T. Facile
 crediderim. Nam ille vel absq; perso-
 na possit quamuis agere fabulam. A N.
 Sic est. Nosti, opinor, & prædiũ quod
 habet non ita procul à Londino. T H.
 Phy. Non semel illic compositauimus.
 A. Agnoscis igitur viam vtrinq; arbor-
 ribus pari digestis interuallo septam.
 T. Ad læuam ædium partem, altero fe-
 re balistæ iactu. A. Tenes. Alterũ viæ
 latus habet aluenm siccũ, dumis ac ve-
 pribus obsitum, è ponticulo iter est in
 apertam planitiem. T. Memini. A. Iã
 pridẽ vagabatur rumor ac fabula per
 eius loci rusticos, iuxta ponticulũ hũc
 obuersari spectrũ quoddam, cuius sub-
 inde exaudirentur miserandi eiulatus:
 suspicabantur animam esse cuiuspiam,
 quæ diris cruciatibus torqueretur. T.
 Quis author erat istius rumoris? A.
 Quis, nisi Polus? Hoc proœmiũ præ-
 struxerat suæ fabulæ. T. Quid isti ve-
 nit in mentem, vt ista confingeret? A.
 Nescio, nisi quia sic est hominis inge-
 nium; gaudet huiusmodi commentis
 ludere stultitiam populi. Dicam quid
 nuper designarit huius generis. Simul
 q. iij.

equitabam⁹ aliquā multi Richemondam, inter quos erant quos tu diceres condatos homines. Cælū erat mire serenū, nec vlla vsquam nubecula suffuscātū. Ibi Polus intentis in cælum oculis, signauit totā faciē, ac scapulas imagine crucis, & vultu ad stuporē cōposito, ita secum: Deum immortalē, quid ego video? Rogantibus qui proxime equitabant, quid videret, rursus obsignās se maiore cruce: Auertat, inquit, clemētissimus deus hoc ostentū. Quū instarent auiditate cognoscēdi, ille defixis in cælū oculis, ac digito cōmonstrans cæli locū: Nōne, inquit, videtis illic immanem draconē, igneis armatū cornib⁹, cauda in circulū retortat? Quū negarent se videre, atq; ille iussisset oculos intendere, ac locū subinde cōmonstraret, tandem vnusquispiam, ne videretur parum oculatus, affirmavit se quoq; videre. Hunc imitatus est vnus item atq; alter: pudebat enī nō videre quod tā esset perspicuū. Quid multis? Intra triduum rumor hic totā Angliam peruaserat, tale portentum apparuisse. Miram autem quātum fama popularis addidit fabulæ. Nec deerant qui quid sibi vellet hoc ostentum, interpretarentur serio. Horum stultitia ille, qui commentus fuerat argumentum, magna cura voluptate fruebatur.

T H. Agnosco hominis ingenium, Sed redi ad spectrum. A N. Interea cōmodum diuertit ad Polū Faunus qui

dam sacerdos, ex eorum genere quibus non satis est appellari Latine regulares, nisi Græce cognomē idem accinatur, parochus vici illic alicunde vicinis is sibi non vulgariter videbatur sapere, præsertim in rebus sacris. T. Intellico, repertus est actor fabulæ. A N. Super coenam ortus est sermo de rumore spectri. Quum Polus sentiret Fauno rumorem hunc nō solum auditum esse, verum etiam creditum, cepit hominē obtestari, vir doctus ac pius succurreret animulæ tam dira patienti: & si quid dabit, inquit, explora rē, obambula ad decimam iuxta ponticulū illum, & audies miserum eiulatum: ad iūge tibi quem voles comitem, ita & tutior audies. & certior. T. Quid deinde? A. Coena peracta, Polus ex more abiit venatum, aut aucupatum, Faunus obambulans cum iam tenebræ sustulissent certū de rebus iudiciū, tandē audit miserādos gemit⁹: hos Polus artifex mire effingebat, abdit⁹ illic in vepreto, adhibita ad id olla fictili, quo vox è cauo reddita lugubrius quiddā sonaret. T. Hæc fabula, vt video, vincit Phasma Menādri. A. Magis isthuc dices, si totā audieris. Faunus domū se recipit, narrare cupiens quid audisset. Polus alia via compēdiaria iam anteverterat. Ibi Faunus narrat Polo, quod erat actum, & aliquid etiam affingit, quo res esset admirabilior. T. Poterat interim Polus tenere risum? A N. S.

Iléne? Vultum habet in manu. **Dixit**
res serio agi. Tandem Faunus ve
 hementer obtestante Polo, suscepit ne
 gotiū exorcismi, ac totam eā noctem
 agit infomnem, dum dispicit quibus
 modis rem aggredetur tuto: nam si
 bi quoq; misere metuebat. Primū ita
 que congesti sunt exorcismi efficacis
 simi, & additi noui nonnulli per visce
 ra beatæ Mariæ, per ossa beatæ Vuerē
 fridæ. Deinde delectus est locus in pla
 nicie vicina vepreto, vnde vox exau
 diebatur, circūductus est circulus satis
 amplus, qui crebras haberet cruces, va
 riâsq; notulas. Hæc omnia perageban
 tur verbis conceptis. Adhibitum est
 vas ingens, plenum aquæ consecratæ.
 Addita est in collum sacra stola, quam
 vocant, vnde pendebat initium Euan
 gelij secundum Ioannem. In oculis ha
 bebat cerulam, à Romano Pontifice
 quotannis consecrari solitam, quæ vul
 go dicitur agnus dei. His armis olim
 se muniebant aduersus noxios dæmo
 nes, prius quàm illis Francisci cuculla
 cœpit esse formidabilis. Hæc omnia
 procurata sunt, ne si spiritus malus es
 set, impetum faceret in exorcistā. Nec
 tamen ausus est se solum huic circulo
 committere, sed decretum est, adhi
 bendum esse sacerdotem alterum. Ibi
 Polus metuens, ne si nasutior adiun
 ctus fuisset, proderetur fabulæ myster
 rium, adiungit parochum quendam
 ex vicinia, cui rem totam aperit, sic

enim postulabat actio fabulæ, & erat is, qui à tali ludo non abhorreret. Postridie, rebus omnibus rite præparatis, sub horam decimam Faunus cum parocho circulum ingreditur. Polus qui præcesserat, è vepreto gemit miserabiliter, Faunus auspicatur exorcismū. Interim Polus clam per tenebras subducit se in villam proximā, illinc adducit aliam personā fabulæ: nec enim poterat nisi per multos agi. T. Quid faciūt? A. Conscendunt equos nigros, ignem occultum secū ferunt. Vbi non procul abessent à circulo, ignē ostentant, quo metu Faunum abigerent è circulo. T. Quantum operę sumpsit Polus ille ut falleret? A. Sic est homo. Verum ea res propemodum pessime cesserat illis. T. Qui sic? A. Nam equi subito prolato igni, consternati, parum absuit quin & se præcipitarent, & fessores. Habes primum actum fabulæ. Vbi reditū est in colloquium, Polus velut ignarus omnium, rogat quid esset actum. Ibi Faunus narrat sibi conspectos duos teterrimos cacodæmones, nigris equis, oculis igneis, ac naribus spirantes ignem, qui tētassent ingredi circulum, verum efficacibus verbis abactos in malā rē. His rebus quū accreuisset animus Fauno, postero die summo cum apparatu redijt in circulum: quūmq; diu multis obtestationibus prouocasset spectrum, Polus rursus cum collega suo procul ostēdit sese ex equis atris: horrēdo fre-

q.v.

mitti, quasi cuperēt irrūpere in circultū.
 T. Nihil habebant ignis? A. Nihil, nam
 id male cesserat, sed audi aliud commē
 tū. Ducebāt longū funē: eo leuiter per
 humū tracto, dū hine atq; hinc vterq;
 se proripit, velut abacti exorcismis Fau
 ni, sacerdotē vtrūq; vnā cū vase quod
 habebant aquæ factæ plenum, prouol
 ūt in terrā. T. Hoc præmij tulit pro
 sua actiōne parochus? A. Tulit, & tamē
 maluit hoc perpeti, quā deserere cō
 ptam fabulam. His ita gestis, vbi redi
 tum est ad colloquiū, deprædicat apud
 Polum Faunus, quanto fuisset in peri
 culo, & quā fortiter vtrunq; cacode
 monem suis verbis profligasset: iamq;
 certam conceperat fiduciam, nullū esse
 tam noxiū aut impudentē dæmonē,
 qui posset in circulum irrumpere. T.
 Faunus ille nō multum abest à fatuo.
 A. Nihil adhuc audisti. Hucusque pro
 gressa fabula, commodum superuenit
 Poli gener: nam eius filiam duxerat tra
 tu maximam, iuuenis, vt scis, ingenio
 mire festiuo. T. Scio, nec abhorrens ab
 huiusmodi iocis. A. Abhorrens? Nullū
 ille vadimonium non desereret, si talis
 vel spectanda, vel agenda esset fabula.
 Huic focer rem omnem denarrat, atq;
 illi delegat partes, vt animam agat. Su
 mit ornatū, ac lubens conuoluit se lin
 teo, quemadmodum apud nos solent
 funera, habet prīmam viūam in testa,
 quæ per linteum reddebat speciem in
 cendij. Sub noctē itum est ad locū, vbi

hæc agebatur fabula. Audiuntur miræ
 gemitus. Faunus expedit exorcismos
 omnes. Tãdem procul inter vepretum
 ostendit sese anima, subinde ostentans
 ignẽ, ac misere suspirãs. Hãc quũ Fau-
 nus obtestaretur, vt eloqueretur quis
 nã esset, subito profiliit e vepreto Po-
 lus ornatu cacodæmonis, fictoq; fremi-
 tu: Nihil, inquit, tibi iuris est in hæc æ-
 nimã, mea est: ac subide procurrat vsq;
 ad orã circuli, velut impetum facturus
 in exorcistã, moxq; velut submot^o ver-
 bis exorcismi, & vi aquæ sacræ, quã illi
 multã aspersit, retrocessit. Tãdẽ abacto
 pædagogo dæmone, nascitur dialogis-
 mus Fauni cũ anima, percõtanti & ob-
 testãti, respõdit se esse animã hominis
 Christiani. Rogata, quo nomine voca-
 retur, respõdit, Faunus: Faun^o, inquit,
 idem mihi nomen est. Iãm q; ex eõmu-
 ni nomine res coepit illi magis esse cor-
 di, vt Faunus Faunum liberaret. Quũ
 Faunus multa percontaretur, ne diuti-
 na confabulatio proderet fucum, sub-
 ducebat sese anima, negans sibi fas esse
 diutius colloqui, quòd tẽpus vrgeret:
 quo cogeretur abire, quò liberet dæmo-
 ni: pollicita tamen est sese postridie re-
 dituram hora qua fas esset. Rursus cõ-
 uenitur in ædibus Poli, qui choragus
 erat fabulæ, ibi denarrat exorcista quid
 esset gestum, nonnulla etiam admen-
 tiẽs, quæ sibi tamẽ persuadebat esse ve-
 ra. Adeo fauebat negotio quod agebat:
 Iãm hoc cõpertum erat, scilicet animã
 q. vj.

esse Christianam, quæ sub inclementis-
 simo dæmone diris cruciatibus vexare-
 tur. Huc omnis conatus intēditur. Ve-
 rū in exorcismo pximo ridiculū quid-
 dā accidit. T. Obscuro quidnā? A. Quū
 Faunus euocasset animam, Polus qui
 dæmonem agebat, prorsus sic affiliit,
 quasi intra circulū irrupturus. quūmq;
 contrā Faunus, pugnaret exorcismis,
 multāmq; vim aquę aspergeret, tandē
 exclamat dæmon, se ne pili quidem fa-
 cere ista omnia: Rem, inquit, habuisti
 cum puella, mei iuris es. Id quum Po-
 lus ioco diceret, tamē forte fortuna ve-
 rum dixisse visus est: nā exorcista hoc
 dicto tactus: ilico recepit se in centrū
 circuli, & nescio quid imussauit in au-
 rē parcho. Id Polus sētiēs, recepit se
 se ne quid audiret, quod audire fas nō
 esset. T. Sanē Polus religiosum ac vere-
 cūdū agebat dæmonē. A. Sic est. Repre-
 hendi poterat actio, quod parū memi-
 nisset decori. Exaudiuit tamē parochi
 vocē, indicētis satisfactionem. T. Quāt-
 A. Ut ter diceret precationem domini-
 cam: ex hoc conijciebat: illum ter ha-
 buisse rem eadem nocte. T. Hoc sanē
 regularis ille præter regulam. A. Homi-
 nēs sunt, & lapsus erat humanus. T. H.
 Perge, quid deinde factū? A. Iam Fau-
 nus ferocior redit ad oram circuli, &
 vltro prouocat dæmonem. At ille iam
 timidior refugiebat, fefellisti me, in-
 quiens, si sapuissem nō monuissem te.
 Persuasum est hoc multis, quæ semel

sacerdoti confessus sis, prorsus abolita
 esse è memoria. dæmonis, ne possit op-
 probare. T. Locum planè ridiculum nar-
 ras. A. Sed vt aliquando finiam fabulã,
 diebus aliquot hũc in modũ colloquiũ
 habitũ est cum anima. Sũma huc eua-
 sit. Rogãti exorciste, nũ qua via posset
 à cruciatu liberari: respondit illa, posse
 si pecunia, quam reliquisset fraude par-
 tã, restitueretur. Ibi Faunus, Quid, in-
 quit, si per bonos viros dispensaretur in
 pios vsus? Respondit, & hoc profutur-
 rum. Hic exhilaratus exorcista, summa
 diligentia percontatus est, quãta esset
 summa. Illa dixit ingentem, quod illi
 erat bonum atq; commodũ. Indicauit
 & locum, sed procul dissitum, vbi the-
 saurus hic defossus esset. Præscripsit in
 quos vsus vellet impedi. T. In quos? A.
 Vt tres susciperẽt peregrinationẽ, quo-
 rũ vnus adiret limina Petri, alter iret
 salutatũ Iacobũ Compostellanũ, tertio-
 us oscularetur pectinem I E S V, qui est
 Treueris. Deinde per aliquot monaste-
 ria, magna vis psalteriorum ac missarũ
 perageretur. Quod superesset, ipse pro
 suo arbitratu dispensaret. Iã totus erat
 in thesauro Fauni animus, illũ toto pe-
 ctore deuorarat. T. Vulgaris morbus
 est, quãquam hoc nomine peculiariter
 male audiunt sacerdotes. A. Vbi nihil
 esset omissum, quod ad pecuniæ nego-
 tium pertineret, exorcista submonitus
 à Polo, coepit animã de curiosis artib;
 percõtari, de Alcumistica, deq; magia.

Et ad hæc anima quædã respondit pro
 tẽpore, ceterũ pollicita se plura indica
 turam, simulatq; illius opera liberata
 fuisset à pædagogo dæmone. Sit hic, si
 videtur, tertius fabulę actus. In quarto
 Faunus cœpit vbiq; serio prædicare rê
 prodigiosam, nihil aliud crepare in col
 loquijs, in conuiuijs, polliceri monaste
 rijs magnifica quædam: & omnino ni
 hil iã humile loquebatur. Adijt locũ,
 reperit signa, non ausus tamen est effo
 dere thesaurum, quòd anima iniecisset
 scrupulum, ingenti periculo facturũ, si
 prius q̃ essent peractę missę, thesaurus
 attingeretur. Iam multis nasutioribus
 subolebat fucus. Quũ tamen ille nasq;
 nõ deprædicaret suam stultitiam, clam
 admonitus est ab amicis, præsertim ab
 Abbate suo, ne qui hætenus habitus
 esset vir prudens, nunc diuersum de se
 specimẽ daret omnibus. Ille tamẽ nu
 lius oratione potuit cõmoueri, quo mi
 nus crederet rem esse seriã, adeoq; pe
 nitus hæc imaginatio occupauit ani
 mũ hominis, vt præter spectra & ma
 los genios nihil somniaret, nihil loque
 retur. Abierat mētis habitus in ipsam
 faciẽ, quæ sic pallebat, sic erat extenuat
 ta, sic deiecta, vt laruam esse diceret, nõ
 hominem. Quid multis minimũ abe
 rat à vera dementia, ni celeri remedio
 succursum fuisset. T. Nimirum hic erit
 extremus actus fabulæ. A. Eũ tibi red
 dam. Polus & huius gener huiusmodi
 technam commenti sunt. Effuxerunt

epistolam raris literis descriptam, idq;
 nō in chartis vulgaribus, sed in his, in
 quibus aurifices imponūt bracteas au-
 ri, subrubentibus, vt scis, luto. Epistolæ
 sententia hæc erat: Faunus dudū capti-
 uus, nūc liber, Fauno liberatori suo o-
 ptimo salutem æternā. Nō est mi Fau-
 ne, quur te diutius in hoc negotio ma-
 ceres: respexit Deus animi tui piā vo-
 lūtatem, & illius merito me liberauit
 à supplicijs, ego nūc feliciter ago inter
 angelos. Te manet locus apud diuū Au-
 gustinū, qui proximus est apostolorū
 choro. Vbi veneris ad nos, agā tibi gra-
 tias corām. Interim cura vt viuas sua-
 niter. Datum è cælo empyreo, idibus
 Septēbribus, Anno millesimo quadrin-
 gentesimo nonagesimooctauo, sub si-
 gillo annuli mei. Hęc epistola clām po-
 sita est in altari, vbi facturus erat rē di-
 uinā. Ea peracta, subornatus est, qui eū
 submoneret de re, quasi casu deprehē-
 sa. Nunc eam circūfert epistolā, & ostē-
 tat ceu rē sacrā, nihilq; credit certius,
 q̄ eā è cælo perlatā ab angelo. T. Istud
 non est liberassē hominem insanīa, sed
 mutasse insanīæ genus. A. Sic est profe-
 cto, nisi quòd nunc insanit suauius. T.
 Antehac non soleo multū tribuere fa-
 bulis quæ vulgo feruntur de spectris,
 sed posthac multo minus tribuā, suspi-
 cor enī ab hominibus credulis & Fau-
 ni similib⁹ multa pro veris, pdita lite-
 ris. quæ simili artificio sūt adsimulata.
 A. Ego pleraq; hui⁹ generis esse credo.

A L C H E M I S T I C A .

P H I L E C O V S , L A L V S .

Quid est nouæ rei, quòd sic Lalus apud sese ridet, ac penè in cachinnos soluitur, subinde signans se cruceſ Interpellabo felicitatē hominis. Salue multū amiciffime Lale, videris mihi admodū felix. **L.** Atqui felicior ero, ſi te impartia hoc gaudio. **P.** Fac igitur quā primū me bees. **L.** Noſti Balbinum? **P.** Senem illū eruditū, ac vitę etiā laudatęſ. **L.** Sic eſt vt dicis, ſed nullus eſt mortaliū qui ſapit omnibus horis, aut qui ſit vndiquaq; perfectus: habet hoc vir ille inter multas egregias dotes nœui, iam olim inſanit in artem, quam vocant alchemiſticam. **P.** Haud tu quidem nœuum narras, ſed inſignem morbum. **L.** Vt cunq; eſt, ille toties deluſus ab hoc hominum genere, tamen dudum mirifice paſſus eſt ſibi dari verba. **P. H.** Quo pacto? **L.** Adijt illū ſacerdos quidam, ſalutauit honorifice, mox ſic exorſus eſt: Doctiffime Balbine, mirabere fortaliſis quòd ignot⁹ ſic interpellē te, quē ſcio nunq̄ non ſanctiffimis ſtudijs occupatiſſimū. Annuir Balbinus, qui mos eſt illi, nam verborū eſt mire parcus. **P.** Prudentiæ narras argumentum. **L.** Verum alter prudentior ſic pergit. Ignofceſ tamen huic meæ importunitati, ſi cognoriſ cauſam, quæ te adierim. Dic, inquit Balbinus, ſed paucis, ſi potes. Dicam, inquit ille, quāto potero compendio. Sciſ vir omnium doctiſſi

mus, esse varia mortalium fata: ego nescio, utro in numero me ponam, felicium, an infelicium. Etenim si meum factum altera ex parte contemplan, videor mihi pulchre felix: sin ex altera, nihil me infelicius. Vrgente Balbino ut rem conferret in compendium: finiam, inquit, doctissime Balbine. Id erit mihi facilis apud virum, cui totum hoc negotium sic notum est, ut nulli notius. P H. Rhetorem mihi depingis, non alcumistam. L. Mox audies alcumistam. A puero mihi, inquit, contigit hæc felicitas, ut artem omnium maxime expetendam discerem: illam inquam totius philosophiæ medullam alcumisticam. Ad nomen alcumisticos non nihil expectatus est Balbinus, gestu duntaxat, cæterum gemitu iussit, ut pergeret. Tū ille, sed o me miserum, inquit, qui non inciderim in eam viam, quam oportuit. Quum Balbinus rogasset, quasnam vias diceret: Scis, inquit, optime, quid enim te fugit Balbine, virum undique doctissimum, duplicem esse huius artis viam: alteram, quæ dicitur longatio: alteram, quæ dicitur curtatio. At mihi malo quodam fato contigit in longationem incidere. Balbino sciscitante, quod esset discrimen viarum. Impudentem me, inquit, qui hæc apud te loquar, cui sciam hæc omnia sic esse nota, ut nulli notiora. Itaque supplex huc ad te accurri, ut misertus nostri, digneris impartire nobis viam illam felicissimam curtationis. Quo per

ritior es huius artis, hoc potes minore negotio cōmunicare nobis. Nōli tantū Dei donum celare fratrem dolore periturum. Ita te **I E S V S C H R I S T V S** semper maioribus locupletet dotibus. Quum hic non faceret obtestandi finē, Balbinus fateri coactus est, se prorsus ignorare, quid esset longatio aut curtatio, iubet exponat ipse vim harum vocum. Tum ille, quanquam, inquit, scio me loqui peritiori, tamen, quando ita iubes, faciam. Qui totam ætatē in hac arte diuina cōtriuērūt, duabus rationibus vertūt rerū species: altera quę breuior est, sed plusculū habet periculi: altera quę lōgior est, sed eadem tutior. Ego mihi videor infelix, qui hactenus sudarim in ea via, quę meo animo non arridet, neq; quenquam nancisci potui, qui alteram, cuius amore depereo, vellet indicare. Tandem Deus immisit in mentem, vt te adirem, virum non minus pium quā doctum. Doctrina tibi pręstat, vt facile possis dare quod peto: pietas commouebit, vt velis opitulari fratri, cui⁹ salus tibi in manu est. Ne longum faciam, quum huiusmodi sermonibus veterator ille amouisset à se suspicionem fuci, fidēmq; fecisset, sibi vlam alteram esse perspectissimam, iam pridem pruriebat Balbino animus. Tandem non temperans sibi: valeat, inquit, illa curatio, cuius ego ne nomen quidē vnquam audiui, tantum abest vt teneamudic mihi bona fide, longationē te

nes exactes? Phy, inquit ille, ad vnguē,
 sed displicet prolixitas. Quum Balbi-
 nus rogasset, quantum temporis requi-
 reretur: nimium, inquit, totus penē an-
 nus, sed interim tutissima est. Ne labo-
 ra, inquit Balbinus, etiam si toto bien-
 nio sit opus, modo fidas arti tuæ. Vt rē
 in pauca conferam, conuenit inter eos,
 vt negotiū adgrederētur clam in ædi-
 bus Balbini hac lege, vt ille suppedita-
 ret operam, Balbinus sumptum, lucrū
 ex æquo ac bono diuideretur. Quam-
 quā impostor modestus vltro totū lu-
 crum, quod prouenisset, Balbino defere-
 rebat, vtrinque iuratum est de silentio,
 quod faciunt qui mysterijs initiantur.
 Iam ilico numeratur pecunia, vnde ar-
 tifex mercaretur ollas, vitra, carbones,
 reliquaque quæ ad instruendum officii-
 nam pertinēt. Ibi noster alcumista sua-
 uiter in scorta, aleam, & computatio-
 nes decoquit eam pecuniā. P H I. Hoc
 nimirum est vertere rerum species. L.
 Vrgēte Balbino vt rem aggrederetur:
 an non tenes, inquit, illud: dimidium fa-
 cti qui coepit habet? Magnum est bene
 præparare materiam. Tandem coepit
 adornari fornax. Hic rursus erat opus
 nouo auro, velut illecebra venturi au-
 ri. siquidem vt piscis non capitur abs-
 que esca, ita aurum alcumistis nō pro-
 uenit, nisi pars auri admisceatur. Inter-
 ea Balbinus totus erat in supputatio-
 nibus: subducebat enim, si vncia pare-
 ret quindecim, quantū esset lucri redi-

turum ex vncijs, bis mille: tātum enim decreuerat infumere. Quū hanc quoq; pecuniam decoxisset alcumista, iamq; mensē vnum, atq; alterum multum operę simulasset circa folles & carbonēs, rogāti Balbino, ecquid procederet negotiū: primū obmutuit, vrgenti tandem, respondit, sicut solent res præclarę, quę semper difficiles habent aditus: causabatur erratū in emendis carbonibus, quænos enim emerat, quum abiignis esset opus, aut columnis. Ibi perierant aurei centum, nec eo segnus reditum est ad aleam: data noua pecunia, mutati carbonēs. Iamque maiore studio res coepta est, quàm antea: quę admodum in bello milites, si quid secus accidit quàm vellent, virtute sarciant. Quū menses iam aliquot ferbuisset officina, & expectaretur foetus aureus, ac ne mica quidē auri esset in vasis, iam enim & illud omne decoxerat alcumista, inuenta est alia causatio, nimirum vitra, quibus vsus fuerat, non fuisse tēperata sicut oportuit. Etenim vt non ex quouis ligno Mercurius fingitur, ita non quibuslibet vitris conficitur aurum. Quo plus erat impensum, hoc minus libebat desistere. P. H. Sic solent aleatores quasi nō multo satius sit hoc perdere quàm totum. L. A. Sic est. Deierabat alcumista, nunquam sibi sic impositum fuisse, nunc errore deprehēso cætera fore tutissima, & hoc dispendij magno cum foenore farturum sese.

**Mutatis vitris tertia instaurata est officina. Admonebat alchymista rem feliciter successuram, si virgini matri, quæ, ut scis, Paralijis colitur, mitteret aliquot aureos dono: artem enim esse sacram, nec absque favore numinum rem prospere geri. Id consiliū vehementer placuit Balbino homini pio, ut qui nullū prætermitteret diem, quin perageret rem diuinam. suscepit religiosam professionem alchymista, nimirum in proximum oppidulum, atque illic votiua pecuniam decoxit in ganeis. Reuersus domum, nūtiat sibi summā esse spem, negotium ex animi sententia successurum, adeo diuinam virginem votis suis visam annuere. Vbi multo iam tempore sudatum esset, ac ne mica quidem auri nasceretur vsquam, ex postulāti Balbino respondit, sibi nihil vnquam tale accidisse in vita, toties artem experto, nec satis posse coniectare quid esset in causa. Quum diu diuinatum esset, tandem illud venit in mentē Balbino, nū quo die prætermisisset audire sacrum, aut dicere preces horarias, quas vocat: nā nihil succedere his omissis. Ibi impostor, rē, inquit, acu tetigisti. Me miserum, semel atq; iterum id admissum est per obliuionem, & nuper à prolixo conuiuio surgens, oblitus sum dicere salutationem virginis. Tum Balbinus, non mirum, inquit, si res tanta nō succedit. Recipit artifex se pro prætermis-
 sis sacris duobus, duodecim auditurū,**

Et pro vnica saluatione decem reposi-
 turum. Quum alcumistam prodigum
 subinde defecisset pecunia, nec suppete-
 rent petendi causæ, tandem hanc tech-
 nam commētus est: rediit domum ad-
 modum exanimatus, ac voce lamētabi-
 li, perij, inquit, funditus Balbine, perij,
 actū est de capite meo. Obstupuit Bal-
 binus, & tanti mali causam auebat co-
 gnoscere. Subodorati sunt, inquit, aulici
 quod egim⁹, nec aliud expecto quàm
 vt mox deducar in carcerem. Ad hanc
 vocem expalluit etiam serio Balbinus.
 Nam scis apud nos capitale esse, si quis
 alcumisticam exerceat absq; principis
 permisso. Pergit ille, Non, inquit, me-
 tuo mortem, vtinam illa cōtingat, me-
 tuo quiddam crudelius. Roganti quid
 hoc esset. Rapiar, inquit, aliquò in tur-
 rim: illic per omnem vitam cogar his
 laborare, quibus nō libet. An vlla mors
 est, quæ non potior esse debeat, q̄ talis
 vita? Ibi res ventilata est cōsultatione.
 Balbinus, quoniā callebat artem rhetor-
 ricam, pulsauit omnēs status, si quæ pe-
 riculū vitari posset. Non potes, inquit,
 inficiari crimen? Nequaquā, ait ille. In-
 ter regios satellites res sparsa est, & ha-
 bent argumenta, quæ dilui nō possint.
 Ne defendi quidem factum poterat ob
 legem manifestam. Quum multis in
 medium adductis, nihil videretur fir-
 mi præsidij, tandem alcumista, cui iam
 opus erat præsentē pecunia. Nos, in-
 quit, Balbine lentis cōsilijs agimus, et

qui res poscit præfens remedium. Iam arbitror adfuturos, qui me abripiant in malam rem. Denique quum nihil occurreret Balbino, tandem alcumista, nec mihi quicquam occurrit, inquit, nec quicquam superesse video, nisi ut fortiter peream: nisi forte hoc placet, quod unum superest, utile magis quam honestum, nisi quod durum est telum necessitas, Scis, inquit, hoc hominum genus avidum esse pecuniae, eoque facilius corrumpi posset, ut sileat. Quavis durum sit illis furciferis dare quod profundat, tamen ut nunc res sunt, nihil video melius. Idem visum est Balbino, ac numeravit aureos triginta, quibus redimeret silentium. P. H. Miram Balbini liberalitatem mihi prædicas. L. Imò in re honesta citius detem extudisses ab eo, quam nimum. Sic prospectum est alcumistæ, cui nihil erat periculi, nisi quod non haberet quod daret amicæ. P. Demior Balbino intantum nihil esse nasi. L. Hic duntaxat naso caret, in cæteris nasutissimus. Rursum nova pecunia instruitur fornax, sed præmissa ad virginem matrem precatiuncula, ut coeptis faueret. Iam totus exierat annus, dum illo nunc hoc, nunc illud causante, luditur opera, & petit impensa. Interim exitit casus quidam ridiculus. P. Quisnam? L. Alcumista furtivam consuetudinem habebat cum uxore cuiusdam aulici: maritus concepta suspitione coepit hominem observare. Tandem quum illi nescia

tum esset, sacrificum esse in cubiculo, præter expectationem redijt domum, pulsat ostium. P H. Quid facturus hominis. L. Quid nihil suauē, aut occisurus erat, aut execturus. Vbi marit⁹ instans minitaretur, se vi effracturum hostium, ni aperiret vxor, magnopere trepidatum est, & circumspicitur præsentaneum aliquod consilium. Nec erat aliud, quàm quod ipsa dabat res. Abiecit tunicā, ac per fenestrā angustā deiecit sese non absq; periculo, nec sine vulnere, ac fugit. Scis tales fabulas ilico spargi. Itaque permanauit & ad Balbinum. Neque id fore non diuinarat artifex. P H. Hic itaque medius tenetur. L. Imò feliciter elapsus est hinc, quàm e cubiculo. Audi technā hominis. Nihil exoptulabat Balbinus, sed nubilo vultu satis indicabat se non ignorare quod vulgo ferebatur. Nouerat ille Balbinū esse virum pium; in nonnullis penè dixerim superstitiosum. Et qui tales sunt, in quamuis magno peccato facile condonant supplici. Itaq; data opera, iniicit mētionem de successu negotij, queritans non perinde succedere, vt solet, aut vellet, addebat se vehemēter mirari quid esset in causa. Ibi per occasionem commotus Balbinus, qui alioqui videbatur destinasse silentium, & erat qui facile commoueretur: Non est, inquit, obscurum, quid obstet, peccata obstant quo minus succedat, quod à puris pure tractari conuenit. Ad hęc

vocē artifex procubuit in genta, sub
 inde tundens pectus, & vultu voceque
 lachrymabili; verissimū, inquit, dixisti
 Balbine, peccata, peccata inq̄ obstant,
 sed mea peccata, nō tua: nō enī pudebit
 me turpitudinē meā apud te velut apud
 sacerdotem sanctissimū confiteri: vicerat me
 carnis infirmitas, pertraxerat me satanas in
 laqueos suos. Et d̄ me miserū, ē sacrificio factus sum adulter. Nō tamen omnino perijt hoc munus,
 quod misimus virgini matri, Perieram certo exitio, ni illa succurrisset. Iam marit⁹ effringebat fores, fenestra
 erat arctior q̄ vt possem elabi: in tam presentaneo periculo venit in mentem sanctissimæ virginis, procidi in genua,
 obtestat⁹ sum, si gratū fuisset munus, vt opitularetur. Nec mora, repeto fenestrā (sic enim vrgebat necessitas) & factis
 amplam reperi ad effugiū. P. Credidit ista Balbinas? L. Credidit (Imō etiam ignouit, & admonuit religiose,
 ne se præberet ingratiū beatissimæ virginis. Numerata est rursus pecunia dāti fidem se posthac rem sacrā pure tractaturum. P. H. Quis tandem finis? L. Per
 lōga est fabula, sed ego paucis absolnam. Quū eiusmodi commētis diuulsisset hominem, neq; mediocrem pecuniarum vim ab eo extorsisset, tandē
 venit illi, qui nebulonem à puero noverat. Is facile diuinās, illū idem agere apud Balbinū, quod nusquā nō egerat, clam aggreditur illū, exponit qualem

HIPPOPEANVS.

artificē domi suæ foueret, monet vt q̄ primū ableget hominē, ni malit ipsam aliquādo compilatis scrinijs fugere. P. Quid hic Balbinus? videlicet curauit hominē conijciēdum in carcerē. L. In carcerē? Imò numerauit viaticū, obtestans per omnia sacra, ne quod accidisset, effutiret. Et sapuit, mea quidē sententia, qui hoc maluerit, q̄ esse fabula cōuiuiorū & fori, deinde venire in periculū cōfiscationis. Nam impostori nihil erat periculi: artis tantum tenebat, quantū asinus quiuis, & in hoc genere fauorabilis est impostura. Quod si fur ti crimē intentasset, à suspēdio tutum reddebat vnctio, neq; quisq; lubēs gratis alat talem in carcere. P. Miseresce ret me Balbini, nisi ipse gauderet deludi. L. Nūc mihi properandū est in aulam, aliās referam his etiā multo stultiora. P. Quum vacabit & audiam lusbens, & fabulam fabula pensabo.

HIPPOPLANVS.

Aulus, Phædrus.

DEum immortalē, *de Olympo* noster Phædrus & subinde in cælum suspicit? Adoriar. Quid accidit nouæ rei Phædre? P. H. Quam ob rem isthuc interrogas Aule? A. V. Quoniā ē Phædro mihi videris factus Cato, tanta est in vultu seueritas. P. Non mirū amice, modo cōfessus sū peccata mea. A. V. Phy, iam desino mirari, sed dic æge, bona fide, confessus es omnia? P. H.

Omnia quæ quidem in mentem veniebant, vnico duntaxat excepto. A. Cur vnum hoc reticuisti? P. Quia nõdum potuit mihi displicere. A. Oportet esse peccatum suauæ. P. An peccatũ sit, nescio, sed tamen si vacat audies. A. V. Audiam equidem lubens. P. Scis quæta sit impostura apud nostros in his, qui vendunt aut locant equos? A. Plus scio quàm vellem, non semel illis ab delatus. B. Nuper incidit mihi iter, quum satis prolixum, tum etiam accelerandum. Adeo quædam ex illis, quem dixisses eius generis minime malum, & intercedebat mihi cum homine non nihil etiã amicitie. Narro mihi rem seriam esse, opus esse præstrẽnuo equo: si vnquam præbuisset se mihi bonum virum, nunc præstaret. Ille pollicetur sese sic mecum acturum, vt ageret cum fratre suo charissimo. A. Fortassis & fratri imposturus. P. Inducit in stabulum, iubet vt eligam ex omnibus equis quemcumque vellẽ. Tandem vnus plus ceteris arridebat, ille probat iudicium meum, deierans eum equum frequenter à multis expetitum esse, se eum maluisse seruare amico singulari, quàm ignotis addicere. Cõuentum est de pretio, numeratur pecunia præsens, conscendo. Mira alacritate gestiebat equus in egressu, dixisses feroculum esse: nam erat obesus & pulchellus. Vbi iam equitassem sesquihorã, sensi planè lassum, ne calcariibus quidem impelli posse. Audierã tales ab illis ad imposturam alii, quos è spe

eie iudicares insignes, ceterum laboris
 impatientissimos. Ego cōtinuo mecum,
 captus sum. Age, par pari referam, vbi
 rediero domū. A. Quid hūc cōsiliij ca-
 piebas eques absque equo? P. Id quod
 res dabat, deflexi in proximū vicū, il-
 lic clam apud quēdam mihi notū de-
 posui equum, & conduxī alterū, profes-
 ctus sum quō destinarā, reuersus sum,
 reddo cōductitium equū, reperio meū
 sophistam, vt erat, obesum & pulchre
 requietum, eo vectus, redeo ad im-
 storē, rogo vt in stabulo suo alat dies
 aliquot, donec repetiero. Percōtatur q̄
 cōmode me gesserit, ego vero deiero
 per omnia sacra, me nunq̄ in vita con-
 scendisse tergū equi felicioris, volasse
 potius q̄ ambulasse, nec tam lōgo iti-
 nere vnq̄ sensisse lassitudinē, nec pilo
 factum ob laborē macriorē. Hęc quū
 illi persuasissem esse vera, tacitus secū
 cogitabat, equū illū aliū esse q̄ hactē-
 nus suspicatus esset. Itaq; priusq̄ abis-
 rem, rogabat num mihi venalis esset
 equus, primo negabā, quod si incideret
 iter demuo, non facile foret nancisci si-
 milem: attamen nihil esse mihi tā cha-
 rū, quod nō esset venale pretio largo,
 etiā si quis me ipsum, inquam cuperet
 emptum. A. Næ tu pulchre Cretēsem
 agebas cū Cretēsi. P. H. Quid multis?
 Nō dimittit me, nisi pronuntiata equi
 indicatura. Indicaui nō paulo pluris q̄
 emerā. Digressus ab homine, mox sub-
 orno, qui mihi partē agat huius fabulę.

pulchre instructū atq; edoctum: is ingressus domū in clamat locatorē, ait sibi opus esse insigni equo, & laboris egregie patienti. Alter ostēdit multos, & pessimū, quēq; maxime prædicat, solum illū quē mihi vendiderat, quoniam existimabat vere talem qualem prædicauerā, non laudat: at alter ilico rogat, num & ille venalis esset, nā descripseram illi formam equi, & locum indicarā. Locator primū obticescere, atq; alios ambitiose prædicare. Quū iste cæteris utcunq; probatis, semper ageret de vno illo, tandē locator apud se, plane fefellit me iudiciū de illo equo, siquidē hic peregrinus statim agnouit hunc inter omnes. Quum instaret ille, tandem hic, venalis est, inquit, sed pretio fortasse deterreberis. Non est, inquit ille, magnū pretium, si rei dignitas respondeat: indica. Indicaui aliquanto pluris quā indicaram ipsi, captans & hoc lucri. Tandem conuenit de pretio, datur arra satis magna, nempe regalis aureus, ne qua suspicio incidere simulatæ emptionis. Iubet equo dari pabulū, se mox ait rediturū & abducturū, dat etiā stabulario drachmā. Ego simulatq; cognoui pactionē esse firmā sic ut rescindi nō posset, rursus ocreis & calcarib⁹ armat⁹ redeo ad locatorē, anhelus clamo, Adest ille, rogat quid velim, ilico, inquā, adorneſ equus meus. Nā euestigio proficiscēdum est ob rem maxime seriam. Atqui modo,

Inquit, mandabas vt aliquot dies alerē equū tuū. Verū, inquam, sed præter expectationē obiectū est negotium, idq; regiū, quod nullam patitur dilationē. Hic ille, eliges ex omnibus quē voles, tuū habere non potes. Rogo quam ob rem. Quoniam venditus est, inquit. Ibi ego simulata magna perturbatione, prohibeāt, inquam, superi quod dicis. Hoc obiecto itinere non venderē eum equū, etiā si quis numeret quadruplū. Incipio rixā, clamo me perditū. Tandē incaluit & ille, Quid opus, inquit, his iurgijs? indicasti equū, ego vendidi, si numero pretiū, nihil habes quod mecum agas: sunt in hac vrbe leges, ad exhibendū equū me nō potes cōpellere. Quū diu clamassem, aut equū exhiberet, aut emptorem, tandē iratus numerat pretiū. Emerā quindecim aureis, æstimarā vigintifex, ille æstimarat triginta duobus. Cogitabat apud se, præstat hoc lucri facere, q̄ equū reddere. Abeo dolenti similis, ac vix placatus etiam data pecunia. Ille rogat vt boni cōsulam, se alijs in rebus pensaturum hoc incōmodi. Sic impositū est impostori. Habet equum nullius pretij. Expectat vt qui arrā dedit, veniat numeratū pecuniā. At nemo venit, nec vnq̄ venturus est. A v. Interim nunquā tecum exostulauit? p. Qua fronte, aut quo iure id faceret? Cōuenit quidē semel atq; iterū, questus est de fide emptoris. Verū ego vltro exostulauī cū

homine, dicēs illū eo malo dignū, qui
 præpropere venditione tali equo me
 spoliarit. Hoc est crimē tam bene col-
 locatū mea sententia, vt nō possim in-
 ducere animum cōfiteri. A. Ego mihi
 statuam poscerē, si quid tale designa-
 sem, tantum abest, vt confāsus sim.
 P H. An ex animo loquaris? A. Nō, mi-
 hi tamē addis animum, quō magis lu-
 beat talibus facere fucum.

ΠΤΩΧΟΛΟΓΙΑ.

IRIDES, MISOPONVS.

Quam ego huc nouā auem video
 aduolare? Agnosco faciē, sed ve-
 stis nō cōuenit. Aut ego prorsus hallu-
 cinor, aut hic est Misoponus. Audendū
 est, cōpellabo hominē, quālibet pāno-
 sus. Salue Misopone. M. Iridem video.
 I R. Salue Misopone. M. Tace inq̄. I.
 Quid? an saluere non vis? M. Non, isto
 quidē nomine. I R. Quid accidit? An
 non es idem qui fueras? An cum veste
 mutatur & nomē? M. Non, sed vetus
 receptū est. I. Quis tū eras? M. Apis-
 tius. I. Ne te pudeat veteris sodalis si
 quid melioris obtigit fortunæ, nō diu
 est q̄ eras ordinis n̄ri. M. Cōcede huc
 sodes, & audies rē omnē. Non pudet
 ordinis vestri, sed pudet primī ordi-
 nis. I. Quē ordinē narras? Frāciscano-
 rū? M. Nequaquā ō bone, sed decoctorū.
 I. Ne tu istius ordinis sodales habes q̄
 plurimos. M. Erā re lauta, p̄degi strē-
 nue: ybi res defecit, nullus agnoscebat
 I. iij.

Apitium, profugi pudore, verti me ad
 vestrū collegium, hoc malui q̄ fodere.
 I R. Sapiuisti. Sed vnde subito nou⁹ ni
 tor corporis? Nam de veste mutata nō
 perinde miror. M. Quā ob rem? I R.
 Quia dea Lauerna multos subito dis
 tat. M. An nō aspicias me furto paras
 se rem? I R. Hoc fortassis ignauius.
 Rapina igitur. M. Non per vestrā Pe
 niam, neq; furto, neque rapina, Sed de
 nitore corporis prius expediam, quod
 tibi videtur mirabilius. I R. Nā apud
 nos eras totus vlcerosus. M I. Nimirū
 sum vsus amicissimo medico. I. Quo
 nam? M. Nō alio q̄ meipso, nisi si quē
 arbitraris mihi meipso amiciorē. I R.
 Atquī nesciebam te callere rem medi
 cam antehac. M I. Totum illū ornatū
 ipse pigmentis affixeram, thure, sul
 fure, resina, visco, linteis, cruore. Vbi
 visum est quod affixerā, detraxi. I. O
 impostorē, nihil te videbatur misera
 bilius. Poteras in tragœdia sustinere
 personam Iob, M I. Sic tum ferebat es
 gestas, quanq̄ fortuna nōnunq̄ & cutē
 mutare solet. I. Dic igitur de fortuna.
 Repertus est thesaur⁹ aliquis? M. Nō,
 sed repertus est quæstus vestro paulo
 commodior. I R. Qui potuisti facere
 quæstū, quū non suppeteret fors? M I.
 Artē quæuis terra alit. I. Intelligo. Dis
 cis artē incidendi loculos. M. Bona
 verba. Dico artē alcumisticā. I R. Vix
 quindecim dies sunt, quod nos reliqui
 sti, & artē assequutus es, quam alij vix

multis annis perdiscūt? M. Nactus sum
 viam compendiarium. r. Quam obse-
 cro? M. Ars vestra cōflauerat mihi qua-
 tuor ferme aureos: bona quadā fortu-
 na incidi in veterē congerronē, qui ni-
 hilo felicius rem administrarat q̄ ego.
 Compotabamur, coepit vt sit, narrare
 suas fortunas, paciscor hac lege, vt ille
 biberet immunis, mihi communicaret
 artē. Cōmunicauit bona fide, ea nūc ve-
 stigal est mihi. r. Non licet dicere? M.
 Tibi vel gratis impartia ob pristinum
 sodalitiū. Scis nusq̄ non inueniri pluri-
 mos huius artis auidissimos. r. Audiui
 & credo. M. In horum familiaritatem
 quacunq; occasione memet insinuo, ia-
 cto artem. Vbi sensero latum hiātem,
 escā paro. r. Quo pacto? M. Vltro eos
 moneo, ne temere credāt eius artis pro-
 fessorib⁹. Nā plerosq; esse impostores,
 id agētes praestigijs suis, vt exhauriāt
 loculos incautorum. r. Isthuc procerij
 parū accommodū tuo negotio. M. Imò il-
 lud etiā addo, ne quid mihi ipsi credāt,
 ni rē certā oculis ac manibus deprehē-
 derint. r. Mirā artis fiduciā mihi nar-
 ras. M. Iubeo illos adesse, dū peragitur
 metamorphosis, iubeo attentos esse,
 quóq; minus dubitēt, iubeo vt ipsi ma-
 nibus rem omnē peragant, me procul
 spectāte, nec digitū admouēte: liquefa-
 ctam materiam iubeo vt purgent ipsi,
 aut aurifici pargandā deferant, p̄dico
 quantum argēti aurive sit eliquandū,
 denique quod eliquatum est, iubeo vt

pluribus aurificibus deferant ad lydium
 lapidem explorandum. Reperiunt pondus
 predictum, reperiunt purgatissimum
 aurum, aut argentum: nihil enim refert,
 nisi quod minore periculo mihi quidem
 res tentatur in argento. I R. Proinde
 nihil habet ars tua fucis M I. Imò me-
 rus fucus est. I R. Nondum video præsti-
 gium. M I. Faxo ut videas. Primum pa-
 cisoor de mercede, eam nolo mihi nume-
 rari, nisi prius edito artis experimeto.
 Trado illis pulvisculum, quasi huius vi com-
 plicatur totum negotium. Rationem com-
 plicandi pulveris non comunico, nisi magna
 mercede redemerint. Exigo iusuradum,
 ne proferant arcanum artis intra sex me-
 ses cuius mortalius aut immortalis. R.
 Nondum audio fucum. I R. Fucus omnis est
 in vno carbone in hoc parato. Excavo
 carbonem, in eum infero liquefactum argen-
 tum, quantum prædico reddendum: post in-
 fusum pulverem sic instruo vas, ut non
 solum inferne & à lateribus cingatur pru-
 nis, verum etiam superne, persuadeo hoc
 esse artis. Inter carbones qui superne im-
 ponuntur, unum admisceo, qui tegit argen-
 tum aut aurum. Id vi caloris liquefactum, de-
 fluit in reliquam materiam, quae liquefit,
 puta stannum aut æs: repurgatione facta
 inuenitur quod admixtum est. I. Ars ex-
 pedita, sed quomodo fallis, si alter rem-
 agat suis manibus M. Quum is me præ-
 scribente perfecit omnia, prius quam moue-
 atur vas alcumisticum, accedo tandem &
 circumspectio, ne quid forte sit omissum.

Aio mihi videri superne deesse unū at
 que alterū carbonē, clām appono meū
 fingo me eū tollere ex aceruo reliquo-
 rū, at illic ante sic positū, vt nulli pos-
 sit agnosci, & illū fallere. Tollo. i. Cete-
 rū quū illis absq; te periculū facientis
 bus nō succedit, quid adfers? M. i. Mihi
 nihil est periculi, iam numerata pecu-
 nia. Aliquid cōminiscor, aut ollā fuisse
 insynceram, aut carbones vitiosos, aut
 ignē parū scite tēperatū. Deniq; pars
 est artis, quā p̄fiteor, nō diu hærere in
 eodē loco. I. R. An tātus est prouentus
 istius artis vt te possit alere? M. Et quī
 dē splēdide, posthac tu quoq; s̄ sapis,
 reliques istā miserā, & nostrū accedes
 ordinē. i. Imō citius illud agā, vt te re-
 uocē in nostrū ordinē. M. Vt volēs re-
 petā quod semel effugit: ac deserā bonū
 quod inuenisti. R. Habet hoc nostra p̄-
 fessio; dulcescit assuetudine. Proinde
 quū multi sint, qui deficiāt ab instituto
 diui Francisci aut Benedicti, quē vnq;
 vidisti, qui diutius versatus in ordine
 nostro defecerit? Nam tā paucis mensi-
 bus vix gustare poteras, quid esset mē-
 dicitas. M. i. Is gustus me docuit, esse rē
 omnīū miserrimā. I. R. Quur igitur ne-
 mo deficit? M. i. Fortasse quia natura
 miseri sunt. I. R. Ego hāc miseriam ne-
 cū regū quidē fortuna commutarim.
 Nihil enim regno similis quā mendic-
 itas. I. R. Quid ego audio? nihil niui
 similis quā carbo. I. R. Dic mihi,
 qua re potissimū beati sunt reges? M.

Quia faciunt quod animo collubitum
 est. r. Ista libertas, qua nihil suavius,
 nemini regū magis adest q̄ nobis. Nec
 dubito, quin multi reges sint, qui nos
 bis inuideant: siue bellum est, siue pax,
 nos tuto viuimus: non describimur ad
 militiā, non vocamur ad munia publi-
 ca, non censetur quum populus expi-
 latur exactionibus, nullus inquit in-
 vitā nostrā, si quid admissum est etiam
 atrocius, quis dignetur in ius vocare
 mendicū? Etiam si pulsamus hominē,
 pudet pugnare cum mendico. Regibus
 nec in pace, nec in bello licet suauiter
 agere, & quo maiores sunt, hoc plures
 metuant. Nos veluti deo sacros etiam
 religione quadā metuit vulgus offen-
 dere. m. Sed interim fordescitis in pan-
 nis & casulis. r. Quid ista faciūt ad ve-
 ram felicitatē? Extra hominem sunt,
 quæ narras. His pānis debemus nostrā
 felicitatem. m. At vereor ne vobis bre-
 ui peritura sit, felicitatis istius bona
 pars. r. Qui sic? m. Quia iā hoc mus-
 sant ciuitates, ne mendicis liberum sit
 quolibet euagari, sed vnaquæque ciui-
 tas suos alat mēdicos, & in his qui va-
 lent, adigantur ab laborē. r. Quur hoc
 moliantur? m. Quia comperiunt ingē-
 tia facinora sub mendicitatis pretextu
 perpetrari. Deinde non minimā perni-
 ciam ex vestro ordine nasci. r. Istius
 modi fabulas frequenter audiui. Id fiet
 ad Calendas Græcas. m. r. Fortasse ci-
 tius quāam velles.

POLYMYTHVS, GELASINVS.
 Entrapelus, Asteus, Philythlus,
 Philogelos, Euglottus, Le
 rochares, Adolefches. POL.

VT non decet ciuitatem bene insti-
 tutā esse sine legibus ac principe,
 ita nec conuiuī oportet ἀναρχον esse
 καὶ ἀνομον. G. Istuc vero per placet, vt
 vnus totius populi nomine respōdeā.
 Heus puer, adfer huc talos, horum suf-
 fragijs decernetur regnum, cuiunque
 fauerit Iupiter. Euge, Entrapelo fauit
 Iupiter. Non fuere sortes cæcæ, nō pos-
 terat magis idoneus eligi, etiam si per
 singlas trib⁹ viritim collecta fuissent
 puncta. Vulgo iactatur prouerbiū,
 non tam vanum quā parum Latinū,
 Nouus rex, nouus lex. Νομοθετεῖ τοῦτον
 ὁ βασιλεὺς. E V T. Quod felix faustumq;
 sit huic conuiuio. Primū edico, ne quis
 hic proferto præter ridiculas fabulas,
 Cui deerit fabula, drachma mulctator,
 ea pecunia in vinū isumitor, atq; in le-
 gitimis fabulis etiā ex tēpore conficta
 habentor, modo seruetur ἢ πικρανὸν καὶ
 τὸ πριπτόν. Si nulli defuerit fabula, duo
 quorum alter lepidissimam, alter frigi-
 dissimam fabulam dixerit, vini pretiū
 pēdunto, cōuiuator à vini sumptu im-
 munis esto, ciborū sumptū vnus suppe-
 ditato, huius rei si quid inciderit con-
 trouersiae, Gelasinus arbiter ac iudex
 esto. Hæc si vos sciueritis, rata sunt:
 qui legi parere noluerit abito, sic tamē,
 vt postridie ad cōpotationē redire

ius falsq; sit. **O.** Legē à rege latā nostris
 suffragijs ratā esse volumus. Sed vnde
 proficiſcetur fabularū circulus? **E V T.**
 Vnde, niſi à conuiuatore? **A S.** Licētne
 rex dicere tria verba? **E V T.** An tu crē
 dis nefasum eſſe conuiuium? **A S.** Iures
 conſultī negant legem eſſe, quæ nō ſit
 æqua. **E V T.** Aſſentior. **A S.** At tua lex
 æquat optimam fabulā peſſimę. **E V T.**
 Vbi voluptas quæritur, ibi non minus
 laudis promeretur qui peſſime dixit, q̄
 qui optime, eo quōd non minus dele
 ctet. Velut inter cātōres nemo volupta
 ti eſt, niſi qui aut inſigniter bene ceci
 nerit, aut egregie male. Nōne plures
 ridēt audito coccyce, q̄ audita luſciniaſ
 Hic mediocritas laudē non habet. **A S.**
 At quur plectūtur qui laudē auferunt?
E V. Ne nimia felicitas prouocet illis
 Nemefin aliquā, ſi ſimul & laudem au
 ferrēt & immunitatē. **A S T.** Per Bro
 miū, Minos ipſe nūq; tulit legē æqui
 ſorem. **P H.** Nullā feres legē de modo
 bibendi? **E V T.** Diſpecta re, ſequar exē
 plum Ageſilai Lacedæmoniorum re
 gis. **P H I L.** Quid iſ fecit? **E V T.** Iſ cū
 tempore quodam ſympoſtarchus talo
 rum arbitrio delectus eſſet, rogante ar
 chitriclino, quātum cuiq; vini iuberet
 apponi. Si largior, inquit, vini copia pa
 rata eſt, dato cuiq; quantum popoſce
 rit: ſi malignior, omnibus ex æquo diſ
 tribuito. **P.** Quid ſibi voluit Lacō ille
 quum hæc diceret? **E V T.** Hoc agebat,
 vt neq; temulētum, neq; ruſum queſ

rulum esset conuiuium. **P H I L .** Qui
 sic? **v .** Quia sunt qui gaudent largius
 bibere, sunt qui gaudent parcius, repe-
 riuntur & abstemij, qualis dicitur fuis-
 se Romulus. Itaq; si nulli datur vinum
 nisi poscenti, primum nemo compelli-
 tur ad bibendū, & tamen nihil deside-
 rant, quibus grata est largior potatio.
 Ita fit vt nemo tristis sit, in conuiuio.
 Rursus, si parciore copia vini distribuitur
 equis portionibus in singulos, satis ha-
 bent qui bibunt moderatius, neq; quis
 quā in æqualitate potest obmurmura-
 re, quando qui largius erat hausturus,
 æquo animo cōponit sese ad tēperatiā.
 Hoc exemplū si placet, vtar. Volumus
 enim hoc cōuiuū fabulosum esse, non
 vinosum. **P H .** Quid igit bibebat Ro-
 mulus? **v t .** Idem quod bibunt canes.
P H . An nō istud indignū reget? **v t .**
 Nihil magis quā quod reges spirant
 aere cum canibus communi, nisi quod
 illud interest, rex non bibit eandem a-
 quam, quam biberet canis, sed aera
 quem efflauit rex, haurit canis: & vicis-
 sim quē efflauit canis, haurit rex. Plus
 gloriæ tulisset Alexāder ille Magnus,
 si cum canibus bibisset. Nihil enim pe-
 ius regi, qui tot hominum millibus vi-
 gilat, quā vinolentia. Cæterū Romu-
 lum abstemium fuisse declarat apopho-
 tegma nō infestiuiter ab illo dictū. Et
 enim quū quidā vidēs illum abstinere
 à vino, dixisset, vinū vile futurū, si om-
 nes biberent quēadmodū ille: imò, in-

quit, tū arbitror fore charissimū, si biberēt omnes vinū quēadmodū ego. **B**ibo enim quantum libet. **G.** Vtinam hic adesset noster Ioānes Botzemus canonicus Constantiensis, qui nobis Romulum quendam referret: nam & is abstemius non minus est, quā dicitur, alioqui comis ac festiuus conuiua. **P O L.** Age, si simul potestis, non dicam sorbere & flare, quod Plautus ait esse difficile, sed edere & audire, quod est perfacile, bonis aurbus auspicabor fabulādi munus. Si parū erit lepida fabula, scitote Bataua esse. Opinor aliquot vestrū auditū Macci nomen. **G.** Non ita diu est quod perijt. **P O L.** Is quū venisset in ciuitatē quæ dicitur Leidis, ac vellet notus hospes innotescere ioco quopiam, nam is erat homini mos, ingressus est officinā calcearij, salutatur. Ille cupiens extrudere merces suas, rogatur nū quid vellet. Macco conijciente oculos in ocreas ibi pēsiles, rogatur nū vellet ocreas. Annuente Macco, quarit aptas tibijs ibilius, inuentas alacriter protulit, & ut solent, inducit illi. Vbi iam Maccus esset eleganter ocreatus, quā belle, inquit, congruet his ocreis par calcearū duplicatis soleis. Rogatur an & calceos vellet, annuit. Reperti sunt, & additi pedibus. Maccus laudabat ocreas, laudabat calceos. Calcearius tacite gaudēs succinebat illi laudanti, sperans precium æquius posteaquam emptori tantopere placeret merx. Et iam erat nonnulla

cōtracta familiaritas. Hic Maccus, Dic mihi, inquit, bona fide, nunquā mne vsu venit tibi, vt quem sic ocreis & calceis ad cursum armasses, quē admodum nūc armasti me, abierit non numerato pretio? Nūquam, ait ille. Atqui si forte inquit, veniat vsu, quid tu tum faceres? Consequeretur, inquit calcearius, fugientē. Tum Maccus, Serione ista dicis, an ioco? Planē serio, inquit alter, loquor, & serio facerem. Experiar, ait Maccus. En prō calceis pręcurro, tu cursu sequere. Simulque cū dicto coniecit se in pedes. Calcearius euestigio consequutus est quantum poterat clamitans, tenete furem, tenete furem. Ad hanc vocem quum ciues vndiq; profilissent ex ædibus, hoc cōmento cohibuit illos Maccus, ne quis manum iniiceret, ridens ac vultu placido, Ne quis, inquit, remoretur cursum nostrū, certamen est de culpa certisimā. Itaque iam omnes præbere sese certaminis spectatores. Suspiciabātur autem calceariū dolo clamorē eum fingere, vt hac occasione anteuertere. Tandem calcearius cursu victus, sudās & anhelus domum redijt, Maccus tulit brabeum. G. E. Maccus iste effugit quidem calcearium, at non effugit furem. P. Q. Quābrem? G. Quia furem ferebat secum. P. Forte tum non erat ad manum pecunia, quam postea resoluit. Q. Verum erat actio furti. P. O. Ea quidem post intentata est, sed iam magistratibus aliquot innotuerat Maccus.

G E L A. Quid attulit Maccus? **P O L.** Quid attulit rogas, in causa tam vincibili? Magis periclitatus est actor quam reus. **G E L.** Qui sic? **P O L.** Quia gravabat illum actione calumniae, & intendebat legem Rhemiam, quae dicitur, ut qui crimen intenderit, quod probare non possit, poenam ferat quam laturus erat reus, si convictus fuisset. Negabat se contrectasse rem alienam invito domino, sed ultro deferente, nec ullam pretij mentionem intercessisse. Se provocasse calcearium ad certamen cursus, illum accepisse conditionem, nec habere quod queratur, quum esse cursu superatus. **G A.** Haec actio non multum abest ab umbra asini. Quid tandem? **P O.** Vbi satis risum est, quidam e iudicibus vocavit Maccum ad cenam, & numeravit calceario pretium. Simile quiddam accidit Dauetriae me puero. Erat tempus illud, quo regnant piscatores, frigent lanij. Quidam astabat ad fenestram fructuariae, sine Graece multas, oporapolidis, foeminae vehementer obesa, oculis intentis in ea quae proposita venum erant. Illa ex more intuita ut si quid vellet: & quum videret hominem intentum ficis. Vis, ait, ficos? sunt perquam elegantes. Quum ille annuisset, rogat quot libras vellet, Vis, inquit, quinque libras? Annuenti, tantum ficorum effudit in gremium. Dum illa reponit lances, ille se subducit, non cursu, sed placide. Vbi prodisset acceptura pecuniam, vidit emptorem abire, insequitur maior

re voce q̄ cursu. Ille dissimulans, pergīt
quò coepit ire : tandē multis ad foemi
næ vocē cōcurrētibus, restitit. Ibi in po
puli corona agitur causa, risus oborīt.
emptor negabat se emisse, sed quod vl
tro delatum fuisset, accepisse, si vellet
experiri apud iudices, se compariturū.
G. Age narrabo fabulā tuæ non admos
dum dissimilem, fortasse nec inferiorē,
nisi quòd hæc non habet authorē per
inde celebrem atque est Macchus. Pys
thagoras totum mercatum diuidebat
in tria hominum genera, quorum alij
prodissent vt venderēt, alij vt emerēt:
hoc vtrunque genus aiebat sollicitum
esse, proinde nec felix: alios non ob aliū
ud venire in forum, q̄ vt spectent quid
illic proferatur, aut quid agatur : hos
solos esse felices, quòd vacui curis, gra
tuita voluptate fruerentur . Atque ad
hunc modum dicebat philosophū ver
sari in hoc mundo, quemadmodum il
li versarētur in mercatu. Verum in no
stris emporijs quartū hominū genus
obambulare solet, qui nec emunt, nec
vendūt, nec ociosi contēplantur, sed ob
seruant solicite si quid possint inuola
re. Atq; in hoc genere reperiūtur qui
dam mire dextri, dicas esse Mercurio
fauente natos. Cōuiuator dedit fabulā
cum coronide, ego dabo cū procemio.
Nunc accipite quod nuper accidit An
tuverpæ. Sacrificus quidam receperat
illic mediocrē summā pecuniæ, sed ar
gentæ, id impostor quidā animaduert

terat, adiit sacrificū qui gestabat in zona crumenam nigramis turgidam, salutē ciuilitē, narrat sibi datum negotiū a suis, vt vici sui parochō mercaretur nouum pallium sacrū, quæ summa vestis est sacerdoti rem diuinam peragēti. Rogat hac in re cōmodaret sibi tantillum operæ, vt secum iret ad eos, qui vendunt huiusmodi pallia, quo videlicet ex modo corporis ipsi⁹ sumeret maius aut minus, nam sibi videri statarā ipsius cum parochi magnitudine vehementer cōgruere. Hoc officium quum leue videretur, facile pollicitus est sacrificus. Adeunt ædes cuiusdam, prolatum est pallium, sacrificus induit, venditor affirmat mire congruere: impostor quum nunc a fronte, nunc a tergo contemplatus esset sacrificū, satis probauit pallium, sed causatus est a fronte breuius quàm par esset. Ibi vëditor, ne non procederet cōtractus, negat id esse pallij vitium, sed crumenā turgidam efficere vt ea parte offenderet breuitas. Quid multa? Sacrificus deponit crumenam, denuo contemplantur. Ibi impostor auerso sacrificio, crumenam arripit ac semet in pedes cōijcit. Sacerdos cursu insequitur vt erat palliatus, & sacrificum venditor. Sacrificus clamat, tenete furem: venditor clamat, tenete sacrificum: impostor clamat, cohibete sacrificum furentem: & creditum est, quum viderent illum sic ornatum in publico currere. Itaque dum alter alteri in mo-

ra est, impostor effugit. E V T. Dignus
 qui non simplici suspendio pereat, tan-
 tus artifex. G E L A. Nisi iam pendet.
 E V T. Vtinam non solus, sed vnà cum
 illo, qui talibus portētis fauent in per-
 niciem reipublicæ. G E L. Non fauent
 gratis. Catena est, quæ demissa in ter-
 ras pertingit ad Iouem. E V T. Ad fa-
 bulas redeundum. A S. Ad te redit or-
 do, si fas est regem in ordinem cogere.
 E V T. Non cogar, imò volens veniam
 in ordinem, alioqui tyrannus essem, nō
 rex, si leges quas alijs præscribo, recu-
 sem. A S. Veruntamen aiunt, principē
 esse supra leges. E V T. Isthuc nō om-
 nino falso dictum est, si principem ac-
 cipias summum illum principē, quem
 tum vocabant Cæsarē. Deinde si sic ac-
 cipias superiorē legibus, quod alijs co-
 acti vtcunque seruant, illum suapte spō-
 te, multo cumulatius præstare. Quod
 enim anim⁹ est corpori, hoc est bonus
 princeps reipublicæ. Quid opus erat
 addere bonus, quando malus princeps
 non est princeps: quemadmodum spiri-
 tus impurus, qui inuasit corpus homi-
 nis, non est animus? Sed ad fabulam, &
 arbitror conuenire, vt rex regiam fabu-
 lam adferam. Lodouicus Galliarū rex,
 eius nominis vndecimus, quū rebus do-
 mi turbatis peregrinaretur apud Bur-
 gūdiones, occasione venationis, nactus
 est familiaritatem cum Conone quo-
 dam homine rustico, sed animi simpli-
 cis ac sinceri. Nam hoc genus hominis

bus delectantur monarchæ. Ad huius
 sedes frequenter diuerterat rex ex venatu,
 & vt plebeis rebus nonnunquam delectantur
 magni principes, apud eum magna cum voluptate
 vescebatur rapis. Mox vbi Lodouicus restitutus,
 iam rerum potiretur apud Gallos, submouit
 Cononem vxor, vt regem veteris hospitij
 comonefaceret, adiret illum, & rapas
 aliquot insignes illi dono adferret. Tergiuersatus
 est Conon se lufurum operam, principes enim
 non meminisse talium officiorum. Sed vicit
 vxor, deligit Conon rapas aliquot insignes,
 accingitur itineri. Verum ipse per viam
 captus illecebra cibi, paulatim deuorauit
 omnes, vna duntaxat excepta insigniter
 magna. Vbi Conono prorepfisset in aulam,
 qua rex erat iturus, statim agnitus est
 a rege & accersitus. Ille magna cum
 alacritate detulit munus: rex maiore cum
 alacritate accepit, mandans cuidam e
 proximis, vt diligenter reponeretur inter
 ea, quæ haberet charissima. Cononem
 iubet secum prandere. a prædio egit Cono
 ni gratias, & cupienti repetere rus fusi,
 fuffit pro rapa numerare mille coronatos
 aureos. Huius rei fama quam, vt fit,
 per omne regis famulitium esset perua
 gata, quidam ex aulicis dono dedit regi
 equum non inelegantem. Rex intelligens
 illum prouocatum benignitate quam
 præstiterat Cononi, captari prædam, vultu
 maiorem in modum alacri accepit munus,
 & conuocatis primoribus consulo

tare coepit, quo munere pensaret equū tam bellū tamque pretiosum. Interim qui donarat equū, spes opimas animo concipiebat, sic cogitans: si sic pensauit rapam donatam à rustico, quanto munificentius pensaturus est equum talem oblatum ab aulico? Quum regi veluti de re magna consultanti alius aliud respōderet, diūq; vana spe lactatus esset captator, tandem rex, Venit inquit, in mentem, quod illi donem, & accersito ex proceribus quopiam, dicit in aurem vt adferat id quod reperiret in cubiculo (simulque locum designat) serico diligenter obuolutū. Adfertur rapa, eam vt erat obuoluta, rex sua manu donat aulico, addens sibi videri bene pensatū equum cimelio, quod sibi constitisset mille coronatis. Digressus aulicus dū tollit linteum, pro thesauro reperit, nō carbones, quod aiunt, sed rapā iam subaridam. Ita captator ille captus, risu fuit omnibus. A S. Iam si permittis rex, vt plebeius loquar regalia, referā quod ex tua fabula venit in mentē de eodem Lodouico. Nam vt ansa ansam, ita fabula trahit fabulā. Quidā fumulus, quum vidisset pediculū repentem in veste regia, flexis genibus ac sublata manu significat se nescio quid officij præstare velle. Lodouico præbente se, sustulit pediculum, & clam abiit. Rogante rege quid esset, puduit fateri. Quum instaret rex, fassus est fuisse pediculum. Lætum inquit, omen

est, declarat enim me esse hominem, quod hoc genus vermiculorum peculiariter infestet hominem, praesertim in adolescentia. Iussit que pro officio numerari coronatos quadraginta. Post dies aliquam multos alter quidam, qui viderat illi feliciter cessisse tam humile officium, nec animaduertens, plurimum interesse, ex animo facias quid, an arte, simili gestu aggressus est regem, ac rursus illo se praebente, simulabat se tollere quiddam e veste regia, quod mox abijceret. Quum vrgeret rex tergiuersantem, ut diceret quid esset, mire simulato pudore, tandem respondit esse publicum. Rex intellecto furo, quid, inquit, an tu me facias canem? Iussit tolli hominem, ac pro captatis quadraginta coronatis infligi quadraginta plagas. P. H. Non tutum est, ut audio, cum regibus facetijs ludere. Quemadmodum enim leones se nonnunquam placide praebent fricanti, iidem, ubi lubitum est, leones sunt, & iacet collusor: itidem fauet principes. Sed adferam tuę fabulę fabulam non dissimilem, ne recedamus interim a Lodouico, cui pro delectamento erat, coruos hiantes fallere. Dono acceperat alicunde decem millia coronatorum (quoties autem principibus obtigit noua pecunia, venantur omnes officarij, & captant aliquam praedae partem: id non fugiebat Lodouicum) Quum igitur pecunia ex prompta esset in mensa, quomagus irritaret spem omnium, sic lo-

quutus est circūstantibus, Quid san nō videor vobis rex opulentus? vbi collocabimus tantam pecuniæ vim? Donatitia est, donari vicissim conuenit. Vbi nunc sunt amici, quib⁹ pro suis in me officijs debeo? Ad sint nunc, prius q̄ effluat hic thesaurus. Ad hanc vocē accurrere permulti, nemo nō sibi sperabat aliquid. Rex quum vidisset aliquē maxime inhiantē, & iam oculis deuorantem pecuniam, ad eum conuersus, Amice, inquit, quid tu narras? Ille commemorabat se diu aluisse falcones regio, summa fide, nec sine grauib⁹ impēdijs: alius aliud adferebat, suū quisque officiū verbis quantū poterat exaggerabat, idq; nō sine mēdacijs. Rex omnes benigne audiebat, & singulorū orationē cōprobabat. Hęc cōsultatio dilata est in longū tempus, quo diutius spe metūq; torqueret ōnes. Adstabat inter hos primus Cancellarius, nam & hunc iusserat acciri. Is cæteris prudentior, nō prædicabat officia sua, sed agebat spectatorē fabulæ. Ad hūc tandem cōuersus rex. Quid, inquit, narrat me⁹ Cancellarius? Solus ille nihil petit, nec prædicat officia sua. Ego, inquit Cancellarius, plus accepi à benignitate regia, q̄ promeruerim: nec vlla de re magis sollicitus sum, q̄ vt regiæ in me munificentia respōdeā, tantū abest vt velim flagitare plura. Tū rex, Vnus igitur inquit, omnium non egēs pecuniā? Ne egerem, inquit alter, iam tua præstitit

benignitas. Ibi rex versus ad alios, *Næ ego sum, inquit, regum omnium magnificientissimus, qui tam opulentum habeam Cancellarium. Hic magis accensa spes est omnibus, futurum ut pecunia cæteris distribueretur, quandoquidē ille nihil ambiebat. Ad hunc modum ubi satis diu lusisset rex, coegit Cancellarium ut totam eam summam domum auferret. Moxque versus ad cæteros iam moestos, Vobis, inquit, erit alia expectanda occasio. P H I.* Fortasse frigidius videbitur, quod narraturus sum, proinde deprecor doli mali suspicionem fucive, ne videar, de industria ambisse immunitatem. Adijt eundem Lodovicum quidam, petens ut munus, quod forte vacabat in eo pago in quo habitabat, iuberet in ipsum transferri. Rex audita petitione, expedite respondit, Nihil efficies, videlicet amputas omnem spem impetrandi quod petebatur. Petitor item mox actis regi gratijs, discessit. Rex ex ipsa fronte colligens hominem esse non omnino sinistri ingenij, suspicansque illum non intellexisse quid respondisset, iubet eum revocari. Redit. Tum rex, Intellexeras, inquit, quid tibi responderim? Intellexi. Quid igitur dixi? Me nihil effecturum. Quur igitur agebas gratias? Quonia, inquit, est domi quod agam, proinde magno meo incommodo persequutus eram hic spem ancipitem: nunc beneficium interpretor, cito negasse beneficium, meque lucratum quicquid eram

perditurus, si vana spe lactat⁹ fuisset. Ex eo respōso rex cōiectans hominem minime segnem, vbi pauca percōtatus esset: habebis, inquit, quod petis, quo mihi bis agas gratias, simūlq; versus ad officarios, Expediātur, inquit, huic sine mora diplomata, ne hic diu suo dāno hæreat. E. Nō deest quod referā de Lodouico, sed malo de nostro Maxmiliano, qui vt nequaq̄ solit⁹ est defodere pecuniā, ita clemētissimus erat in eos, qui decoxerāt, modo nobilitatis titulo cōmendarētur. Ex hoc hominum genere quū cuidā iuueni vellet opitulari, mādauit illi legationē, vt à ciuitate quadā, titulo nescio quo, peteret cētum millia florenorū. Talis autē erat titulus, vt si quid impetratū esset dexteritate legati, pro lucro duci posset, Legat⁹ extorsit millia quinquaginta, Cēsari reddidit triginta. Cēsari lat⁹ insperata prēda, dimisit hominē, pręterea nihil inquirēs. Interea quæstores & rationales olfecerāt pl⁹ acceptū fuisse q̄ exhibitū: interpellāt Cēsare, vt accerferet hominē. Accit⁹ est, venit ilico. Tū Maximilian⁹. Audio iquit, te accepisse millia quinquaginta. Fassus est. Nō exhibuisti nisi triginta millia. Fassus est & hoc. Reddēda est, inquit, ratio. Promisit se facturū, ac discessit. Rursū quū nihil esset actū, iterpellātib⁹ officiarijs reuocat⁹ est. Tū Cēsari, Nuper, inquit, iussus es reddere rationē. Memini, inquit ille, & in hoc sum. Cēsari suspiciās

illi rationē nōdum satis esse subductā,
 passus est illū sic abire. Quū sic eluderet,
 officarij vehemēter instabāt, clamitantes
 non esse ferendū, vt ille tā palām
 illuderet Cæsari. Persuaserūt, vt accersitus
 iuberetur inibi præsentibus ipsis
 exhibere rationem. Annuuit Cæsar. Accitus
 venit ihico, nihil tergiuersat⁹. Tū Cæsar,
 Nōne inquit, pollicitus es rationem? Pollicitus,
 respondet ille. Iam, inquit, op⁹ est, en
 adsunt qui excipiēt, nec est diutius tergiuersandi
 loc⁹. Assidebāt officarij paratis ad id
 codicillis. Ibi iuuenis sat dextre: Nō detrecto,
 inquit, rationem, inuictissime Cæsar, verum
 huiusmodi rationum nō sum admodum peritus,
 vt qui nunquam reddiderim: isti qui
 assident, talium rationum sunt peritissimi,
 si vel semel videro quæadmodū illi tractent
 huiusmodi rationes, ego facile imitabor.
 Rogo iubeas illos vel exemplū ædere, videbunt
 me docilem. Cæsar sensit dictum hominis,
 quod non intelligebant hi in quos dicebatur,
 ac subridens: Verū, inquit, narras, & æquū
 postulas. Ita iuuenē dimisit. Subindicabat
 enim sic illos Cæsari solere reddere rationē,
 quæadmodū ipse reddiderat, nimirum vt
 bona pecuniæ portio penes ipsos maneret.
 L. Nūc tempus est, vt ab equis, quod aiunt,
 ad asinos descendat fabula, a regibus ad
 Antonium sacrificū Louaniensem, qui
 Philippo cognomento bono fuit in delitijs.
 huius viri ferūtur

multa vel iucunde dicta, vel iocose facta, sed pleraque sordidiora. Nam plerisque lusus suos condire solitus est unguento quodam, quod non admodum eleganter sonat, sed peius olet: deligam unum ex mundioribus. Inuitarat unum atque alterum bellum homunculum forte obuiam in via. Quum redisset domum, reperit culinam frigidam, nec erat nuntius in oculis, quod illi nequaquam erat insolens. Hic opus erat celeri consilio. Subduxit se tacitus, & ingressus culinam foeneratoris, qui cum illi erat familiaritas, quod frequenter ageret cum illo, digressa ancilla, subduxit unam ex ollis aeneis unam cum carnibus iam coctis, ac veste tectam deferebat domum, dat coquae, iubet protinus effundi carnes & ius in aliam ollam fictilem, simulque foeneratoris ollam defricari donec nitesceret. Eo facto, mittit puerum ad foeneratorem, qui deposito pignore drachmas duas a foenatore sumat mutuo, sed accipiat chirographum, quod testaretur tale ollam missam ad ipsum. Foenerator non agnoscens ollam, utpote defricatam ac nitentem, recipit pignus, dat chirographum, & numerat pecuniam, ea pecunia puer emit vinum. Ita prospectum est conuiuium. Tandem quum appareretur prandium foeneratori, desiderata est olla. Hic iurgium aduersus coquam. Ea quum grauaretur, constanter affirmavit, neminem eo die fuisse in culinam praeter Antonium. Improbum

f. iij.

videbatur hoc suspicari de sacrificio. Tandē itum est ad illū, exploratū an apud illū esset olla, ne musca quidē obla reperta. Quid multis? Serio flagitata est ab illo olla, quōd solus ingressus esset culinā, quo tēpore desiderata est. Ille fassus est sumpsisse cōmodato ollā quādam, sed quam remisisset illi vnde sumpserat. Id quū illi pernegarent, & incaluisset cōtentio, Antonius adhibitis aliquot testibus, Videte, inquit, quod periculosum est cum horum temporū hominib⁹ agere sine chirographo, intēderetur mihi propemodū actio furti, ni manum haberem feneratoris. Et protulit syngraphā. Intellectus est dolus, fabula magno cū risu per totā regionē dissipata est, ollam oppignoratā ipsi cuius erat. Huiusmodi dolis libentius fauent homines, si commissi sint in personas odiosas, præsertim eos, qui solent alijs imponere. A. Næ tu nobis mare fabularū aperuisti, nominato Antonio: sed vnam duntaxat, eamq; breuem referam, quam audiui nuperrime. Agitabāt simul cōuiuīū aliquot belli, vt dicūt, homūculi, quibus nihil prius in vita quàm ridere. Inter hos erat Antonius, atq; alter item, & ipse celebris hoc genere laudis, ac velut æmul⁹ Antonij. Porrò quæadmodum inter philosophos si quando conueniunt, proponi solent quæsticulæ de rebus nature, ita hic statim nata est quæstio, quænam esset hominis pars honestissima. Ali⁹

diuinabat oculos, alius cor, alius cere-
 brum, alius item aliud: & suæ quisque
 diuinationis rationem adferebat. An-
 tonius iussus dicere sententiã, dixit os
 sibi videri partẽ omnium honestissimã,
 & addidit causam nescio quam. Tum
 alter ille, ne quid ipsi conueniret cum
 Antonio, respõdit eam partem qua se-
 demus, sibi videri honestissimã. Quũ
 id videretur omnib⁹ absurdum, attulit
 hãc causã, q̄ is diceretur vulgo hono-
 ratissim⁹, qui prim⁹ cõsideret: hoc ho-
 noris cõpetere parti quã dixisset. Ap-
 plausum est huic sententię, & risum est
 affatim. Placuit homo sibi de hoc die-
 cto, visusq; est in eo certamine victus
 Antonius. Dissimulauit Antonius, qui
 nõ ob aliud detulerat ori primã hoes-
 tatis laudẽ, nisi q̄ sciret illũ velut æ-
 mulũ suę glorię diuersam partẽ nomi-
 naturũ. Post dies aliquot, quũ rursus
 vterq; vocat⁹ esset ad idem cõuiuium,
 ingressus Antonius, offendit æmulũ cũ
 alijs aliquot cõfabulantẽ, dum adorna-
 tur cœna: & auersus emisit clarũ ven-
 tris crepitũ ante faciẽ alterius. Ille in-
 dignat⁹, abi, inquit, scurra, vbĩnã didi-
 cisti mores istos! Tũ Antoni⁹, Etiã in-
 dignaris, inquit! Si te salutassem ore,
 resalutasses: nũc te saluto parte corpo-
 ris, vel te iudice, omnium honestissima,
 & scurra vocor. Sic recuperauit prius
 amissam gloriã Antoni⁹. Dixim⁹ om-
 nes, nũc superest vt pronunciet iudex.
 G. Id faciã, sed non prius q̄ suũ quisq;

cyathum ebiberit. En aspicio, sed lū-
 pus in fabula. P O. Haud leuū omē
 adfert Leuinus Panagathus. L. Quid
 actum est inter tam lepidos congerro-
 nes? P O. Quid aliud? Certatum est fa-
 bulis, donec lūpus interuenires. L E.
 Huc igitur adsum vt perficiam fabu-
 lam, volo vos ōnes cras apud me prā-
 dere, prandium Theologicum, & Scy-
 thicum promittis conuiuium. L E.
 Nisi fatebimini hoc fuisse
 vobis quouis fabuloso conuiuiū iucū-
 dius, non recuso dare pœnas in coena.
 Nihil iucundius, q̄ quū serio tractan-
 tur nugæ.

P V E R P E R A

E V T R A P E L V S, F A B V L L A.

SAlua sit optima Fabulla. F A. Sal-
 ue multum Eutrāpele. Sed quid tā-
 dem nouæ rei accidit, quōd nunc salu-
 tator insolēs adueneris, quem hoc tri-
 ennio toto nemo nostrum vidit. E V.
 Dicam: forte præteriens has aedes, vidi
 cornicem obuinctam candido linteo,
 demirabar quid esset cause. F. Adeōne
 hospes es in hac regione, vt ignores
 hoc esse symbolū puerperij in ædibus?
 E. Eho, an nō prodigiū est videre cor-
 nicē albā? Sed extra iocum, sciebā ma-
 xime, verū suspicari nō potui, te puel-
 lam, vix dū ingressam decimū sextum
 annū, tā mature didicisse difficillimam
 artē gignēdi liberos, quā ægre discit
 quædam ante annos triginta. F A. Vt
 tu semper es quod diceris, Eutrāpele.

E . Ut nunquam deest Fabullæ fabula.
 Demirâti igitur, commodum occurrit
Polygamus . **F** . Is qui nuper extulit vxo
 rem decimam? **E** . Is ipse, sed quod te fu
 git, opinor, rursus tam ambitiose pro
 cū agit, quasi hætenus vixerit cœlebs,
Hic percontantī quid accidisset nouæ
 rei, Muliebri corpus, inquit, in his ædi
 bus per mediū sectum est in duo. Ob
 quod, inquam, facinus? Si verum est in
 quit, quod rumore populari iactatur,
 hic materfamiliās sustinuit deglubere
 maritum suum, simulq; cum risu sub
 duxit sese. **F** . Homo crasse facit? **E** . Ego
 me protinus intrò conijcio, tibi felicē
 partū gratulaturus. **F** . Salutē mihi gra
 tulare si voles Eutrapele, felicē partū
 tum gratulaberis, quū quod enixa sum
 videris de se præbere specimē boni vi
 ri. **E** . Pie tu quidē & vere mea Fabul
 la. **F** . Nullius Fabulla sum, nisi Petron
 nij. **E** . Vni quidem Petronio paris, at
 non vni vitis, opinor. Cæterū hoc quo
 que gratulor, quod puerum enixa es.
F . Sed quas ob causas felicius iudicas
 peperisse masculum quàm foemīnam?
E . Quin tu potius Fabulla Petronij (iā
 enim vereor mea dicere) illud mihi ex
 pedis, quas ob causas vos magis gau
 detis peperisse masculos quàm foemī
 nas? **F** . Quid aliæ sentiant nescio, ego
 nunc me gaudeo peperisse masculum,
 quia sic visum est Deo: si maluisset ille
 puellam, maluissē & ipsa. **E** . An pu
 tas Deo tātam esse otij, vt etiā partu
 s. v.

riētibus obstetricetur? **F. Quid agat ille potius Eutrapele, q̄ vt propagatione seruet quod condidit? **E. Quid agat o bona? Imò ni deus esset, nō arbitror suffecturum tot negotijs. Exulat Christiernus Danorum rex, pius Euangelij fautor: Franciscus Galliarū rex, hospes est Hispaniarū, nescio quā ex ipsius animi sententia, vir certe dignus meliore fortuna. Carolus molitur monarchiæ proferre pomoeria: Ferdinandus rerū suarum satagit in Germania: Bullimia pecuniarū vrget aulas omnes: periculosos motus cōcitāt agricolę, nec tot stragibus ab instituto deterrent: populus meditat̄ anarchiā: periculosis factionibus collabitur ecclesiæ domus, hinc atque hinc distrahitur illa **I E S V tunica incōsutilis. Vineam domini nō ab vno iā apro vastatur, simūlq; periclitatur sacerdotū cum decimis authoritas, theologorū dignitas, monachorū maiestas: nutat cōfessio, vacillāt vota, labascunt leges Pōtificiæ, vocatur in discrimen eucharistia, expectatur Antichristus, totus orbis parturit nescio qd magni mali, Interim superāt & imminēt Turcæ, nihil nō populaturi si successerit quod agunt, & tu rogas quid agat potius? Imò tēpus arbitror, vt suo quoque regno p̄spiciat in tēpore. **F. Quod hominibus videtur maximū, id fortasse videtur deo nullius momēti. Sed ab hac fabula, Dei personam, si vis, secludamus. Dic quæ te causæ moueant, vt********

felicius existimes peperisse catulum, q̄
 catellam. E. Piæ mentis est, hoc iudica-
 re optimum, quod dedit Deus citra cō-
 trouersiam optimus. Verū si Deus tibi
 daret poculū crySTALLINUM, nōne ma-
 ximas ageres gratias? F. Agerē. E. Quid
 si idem daret vitreum, num pares age-
 res? Sed vereor ne tibi molestiam adfer-
 ram pro solatio, hæc apud te philoso-
 phās. F. Imò Fabullæ nihil est iam à fa-
 bulis periculi. Iam quartam hebdoma-
 dam decumbo, satisq; valeo vel ad lu-
 ctam. E. Quin igitur è nido prouolas?
 F. Vetuit rex. E. Qui rex? F. Imò tyran-
 nus. E. Qui quæso? F. Syllaba dicā, mos.
 E. Heu q̄ iste rex multa præter æquum
 exigit. Pergamus igitur philosophari
 de crySTALLO & vitro. F. Marem, vti cō-
 iſcio, natura præstantiorem ac firmio-
 rem iudicas quàm fœminam. E. Sic ar-
 bitror. F. Nimirum viris authoribus.
 Num igitur viri viuaciores sunt quàm
 fœminæ? Num à morbis immunes? E.
 Nequaquam, sed in genere viribus an-
 tecellunt. F. Sed ipsi rursus superantur
 à camelis. E. Imò prior creatus est ma-
 sculus. F. Prior cōditus est Adā q̄ C H R I
 S T V S. Et solēt artifices in posteriori-
 bus seipſos vīcere. E. At Deus mulierē
 viro subiecit. F. Non statim melior est
 qui imperat, & nuptā subiecit non fœ-
 minā: ac rursus nuptam ita subijcit, vt
 quū vtriq; sit potestas alteri, mulierē
 tamē velit viro morē gerere, nō vt præ-
 stantiori, sed vt ferociori. Dic Eutrapele
 s. vj.

vter infirmior, qui cedit alteri, an cui
 ceditur? B. Tibi quidē hic cedam, si mi-
 hi declararis quid senserit Paulus scri-
 bens Corinthijs, quum viri caput dicit
 esse C H R I S T V M, mulieris caput vi-
 rum: rursus quum virum dicit imagi-
 nem & gloriam Dei, mulierem gloriā
 viri. F. Istud expediam, si mihi declara-
 ris, an solis viris datum sit esse mēbra
 C H R I S T I. B. Absit, id quidem datū
 est omnibus hominibus per fidem. F.
 Qui fit igitur, vt caput vnum quum
 sit, non habeatur omnibus mēbris cō-
 mune? Deinde quum Deus hominem
 fingeret ad imaginem sui, vtrum hanc
 imaginem expresserit in corporis figu-
 ra, an in animi dotibus? E. In animi do-
 tibus. F. At in his quid tandem habent
 viri nobis præcellentius? In vtro sexu
 plures sunt temulentia, rixæ, pugnae,
 cædes, bella, rapinae & adulteria? E. At
 soli viri bellum gerimus pro patria. F.
 Sed ijdem sepius deserto loco turpiter
 fugitis, nec semper pro patria, sed fre-
 quētius pro sordido salariolo deseritis
 vxorē & liberos, & peiores gladiatorii-
 bus vltro corpora vestra traditis in ser-
 uilē necessitatē vel moriendi, vel occi-
 dēdi. Iā vt maxime jactes mihi virtus
 tem bellicā, nemo vestrū, si semel esset
 expertus quid sit parere, nō mallet de-
 cies in acie stare, q̄ subire semel, quod
 nobis toties est experiēdū. In bello nō
 semper venit ad manū: & si venit,
 nō in quavis exercitus parte discrimē.

Tui similes disponuntur in acie media, alius est in subsidijs, alius tuto sedet post principia, deniq; plurimos seruat deditio & fuga: nobis cominus cum morte conflictandum est. E. Ista non nunc primum audio, verum suntne haec vera quae dicuntur? F. Nimirum vera. E. Visne igitur Fabulla ut marito tuo persuadeam, ne post hac te contingat? Na eo pacto tuta fueris ab isto discrimine. F. Equidem nihil malim si possis. E. Quid praemij feret orator hic si persuaserit? F. Dabo decem linguas bubulas fumo duratas. E. Ista malim quam decem linguas lusciniarum. Non rejicio conditionem, verum contractum hunc ratum esse nolim prius, quam intercesserit stipulatio. F. Addatur, si libet, & si qua est alia cautio. E. Id fiet ex animi tui sententia post mensem exactum. F. Quin potius nunc fit ex animi mei sententia? E. Dicam, quia vereor ne post mensem non sit eadem animi tui sententia. Itaque & tibi solvendum esset duplex praemium, & mihi duplex esset sumenda opera, persuadendi ac dissuadendi. F. Age, fiat ut voles, sed interim perge demonstrare, quare viri sexus sit praestantior foemineo. F. Video te meditatam hanc monomachiam, quam obrem in praesentia quidem consultius arbitror tibi concedere. Congrediar aliam, sed armatus, nec absque subsidiario milite. Nam ubi lingua res geritur, ne septem quidem viri pares sunt uni foeminae. F. Nimirum hoc telo armavit nos

natura, quanquã ne vos quidẽ elingues
 estis. E. Fortassis, sed vbi puellus? F. In
 conclau proximo. E. Quid illic, coquit
 olus? F. Nugator, apud nutricem est. E.
 Quam mihi nutricẽ narras? an est alia
 nutrix q̃ ea quæ mater est? F. Quid nisi
 vulgo fit. E. Pessimum mihi nominas
 authorem rei bene gerendæ, vulgum
 Fabulla. Vulgo peccant, vulgo luditur
 alea, vulgo cõmeatur ad fornices, vul
 go fraudatur, potatur, insanitur. F. Sic
 amicis vîsum est, censuerunt enim par
 tendũ huic ætati tam teneræ. E. Atquĩ
 si natura dedit vires ad concipiendum,
 haud dubie dedit & ad lactandum. F.
 Probabile quidẽ est. E. Dic mihi, nõne
 sentis esse dulcissimum matris vo
 cabulũ? F. Sentio. E. Itaq; si fieri posset,
 patereris aliã mulierẽ esse matrem tui
 partus? F. Minime gentiũ. E. Quur igitur
 volẽs plus q̃ dimidiatũ matris no
 men transfers in foeminam alienam? F.
 Bona verba Eutræpele, non diuido fl
 lium, sola totãque sum mater. E. Imò
 hic tibi Fabulla reclamatione ipsa na
 tura. Quur terra dicitur omnium pa
 rēs? an quòd gignat tantum? Imò mul
 to magis quòd nutriat ea quæ genuit.
 Quod aqua gignit, in aquis educatur.
 In terra nullũ animãtis aut plãtæ ge
 nus nascitur, quod eadẽ terra succo suo
 nõ alat. Nec est vllũ animantis genus,
 quod nõ alat suos foetus. Vlulæ, leones
 & viperæ educãt partus suos, & homi
 nes suos foetus abijciunt. Obsecro te

quid crudelius ijs, qui prole educationis tædio dicuntur exponere (F. Abominanda dicis. E. Atqui nō perinde factum abominantur homines. An non expositionis genus est, infantulum tenerū, adhuc à matre rubentem, matrem spirantem, matris opem ea voce implorantem, quæ mouere dicitur & feras, tradere mulieri, fortassis nec corpore salubri, nec moribus integris, denique cui pluris sit pecuniæ paucillulū, quā totus infans tuus (F. Delecta est mulier salubri corporis temperatura. E. Hoc medici certius iudicēt quā tu. Sed finge hic illam tibi vel parem, vel aliquanto, si vis, superiorem: an nihil interesse censes, vtrum infans tenellus cognatum illum & familiarem hauriat succū, & calore iam assueto foueatur, an alienis cogatur assuescere (Triticum in aliud solum iactum, degenerat in auenā aut siliginem: vitis in aliū collē translata, mutat ingeniū: plantula reuulsa à pariete terra, flaccescit ac velut emoritur, eoque quantum fieri potest cū terra natia transferunt. F. Imò narrāt plantas trāslatas & insitas exuere syluestre ingeniū, & fructus edere generosiores. E. At non protinus vt natæ sunt o bona. Veniet & olim hoc tēpus, si deo voluerit, vt adolescētē tuū ableges ab edib⁹ literis iā ac seuerioribus disciplinis imbuendum, quæ functio patris est potius quàm matris. Nunc ætas tenera fouenda est. Porro quū ad salubritatē firmis

tatémq; corporis plurimū refert qua-
 lis fit alimonia, tū vero præcipue quo
 succo tenerū illud ac molle corpuscu-
 lum imbuatur. Nam hic quoq; locum
 habet illud Flacci dictum, Quo semel
 est imbuta recens seruiabit odorē Testa
 diu. F. De corpore nō ita multū laboro,
 modo sit animus qualem optamus.
 R. Pie tu quidem, sed parum philosop-
 phice. F. Quamobrem? R. Quur tū igitur
 quoties concidis holus, quereris ac-
 ciem cultri retusam esse, & iubes ex-
 cui? Quur acū reijcis obtusa cuspide,
 quū ea res nō adimat artē? F. Nō deest
 ars, sed obstat instrumentum parū ido-
 neum. R. Quur quibus est opus oculo-
 rū acie, vitant lolium & cepas? F. Quia
 vitiāt oculos. R. Nōne animus est qui
 cernit? F. Est, nam nihil vident exanis-
 mes. Sed quid agat faber vitiata securis?
 R. Agnoscis igitur corpus esse mentis
 organum? F. Apparet. R. Et fateris, vi-
 tiato corpore non agere animum, aut
 incommodius agere? F. Non dissimile
 veri dicis. R. Age, videor mihi nactus
 ingenium philosophicū. Finge igitur
 animū hominis demigrare, in corpus
 galli gallinacei, num æderet vocē quā
 nūc ædimus? F. Nequaquā. R. Quid obsta-
 ret? R. Quia desūt labra, dētes, & lingua
 similis: nec epiglottis, nec tres adfunt
 cartilagines à tribus motæ musculis, ad
 quos pertinet nervi à cerebro demissi,
 nec faucos, nec es simile. R. Quid si in
 corpus suis? F. Grūniret suo illo more. R.

Quid si in corpus cameli? F. A. Caneret vt canit camelus. E. Quid si in corpus asini, quod euenit Apuleio? F. Ruderet, opinor, vt asinus. E. V. Nimirum fatetur hoc ille, quum cuperet inclamare Cæsarem, cōtractis quantum potuit labris, vix ò sonuit, Cæsarem nullo pacto potuit exprimere. Idem quum fabulam auditam ne excideret describere cuperet, damnauit cogitationem tantum asininā, quum ungulas intueretur solidas. F. Et merito. E. V. Ergo lippientibus oculis, minus videt animus: operpletis sordibus auribus, minus audit: vbi cerebrū occupat pituita, minus obfacit: vbi stupet membrum, minus sentit: vbi malis humoribus vitiata est lingua, minus gustat. F. Negari non potest. E. Non ob aliud nisi quia vitiatum est organum. F. Arbitror. E. Nec inficiaris, plerumque vitiari cibo potuque. F. Fateor, sed quid isthuc ad bonam mentem? E. Proinde quid lolium ad perspicaces oculos? F. Quia vitiat organum animi. E. Probe respondes. Verū illud expedit, vnde fit, quod alius alio celerius intelligit, ac tenacius meminit: alius alio citius irascitur, aut moderatius odit? F. Sic conditus est animus. E. Nō sic elaboris. Vnde fit, vt qui prius fuit ingenio celeri, felici memoria, postea fiat obliuiosus ac tardus, siue plaga, siue casu, siue morbo, siue senio? F. Tu nunc mihi videre sophistam agere. E. Proinde cōtra fac agas sophistram. F. Opio

nec hoc te velle dicere, quod animus
 quemadmodum cernit & audit per oculos
 & aures, ita per organa quaedam in-
 telligit, meminit, amat, odit, irascitur,
 & placatur. **E V.** Recte coniectas. **F A.**
 Quae tandem sunt ista organa, & ubi
 sunt? **E V.** Oculos ubi sunt, vides. **F A.**
 Et aures, & nares, & palatum ubi sit
 scio. Et toto corpore contactum esse vi-
 deo, nisi quum stupor occupat membrum.
E V. Amputato pede, tamen intelligit
 animus. **F A.** Intelligit, itidem & man-
 nu. **E V.** At qui vehementem plagam
 accipit in tempus capitis, aut in occipi-
 tium, concidit mortuo similis, omniq;
 sensu suo vacat. **F A.** Istud aliquoties
 vidi. **E V.** Ex hoc colligis intra cranii-
 um esse intellectus, voluntatis ac memo-
 ria organa, minus quidem crassa quam
 sunt aures & oculi, sed tamen materia-
 lia. Quandoquidem & spiritus, quos ha-
 bemus in corpore subtilissimos, corpo-
 rales sunt. **F A B.** An ista quoque vitian-
 tur cibo potuq;? **E V.** Maxime. **F A B.**
 Cerebrum procul abest a stomacho. **E.**
 Ita summa fumarum pars abest a foco,
 tamen illi si insideas, senties vaporem.
F A B. Non experiar. **E V.** At si mihi
 non credas, sciscitare e ciconijs. Itaque re-
 fert qui spiritus, qui vapores a stom-
 cho subuolent in cerebrum & in orga-
 na mentis. Nam hi si crudi sint ac frigidi,
 recidunt in stomachum. **F A.** Nae tu
 mihi metam distillatoriam describis,
 qua ex floribus herbisque succum exha-

lantern excipimus. E V. Haud ita male coniectas. Nam hepar, cui fel adheret, ignis loco est, stomachus patella, cranium summæ metæ colophon, atq; adeo, si vis, nasus fistulæ plumbeæ vice fungatur: Itaque ex hoc mutuo fluxu ac refluxu humorû, nascitur ferè quicquid est morborum, vt varie delabitur varius humor, nunc in oculis, nunc in stomachum, aliàs in scapulas, interim in cervicem aliòve. Quòque magis intelligas: Quur qui vino immodico sese ingurgitant, sunt male memores? Qui cibis aluntur subtiliorum spiritû, minus torpent ingenio? Quur coriandrû memoriâ emendat? Elleborus mentem purgat? Quur expletio vehemens epilepsim adducit, quæ stuporem adfert simul omnibus sensibus, quemadmodum & somnus profundus? Denique vt immodica sitis aut inedia, ingenij memoriæ que vim elidit in pueris: ita cibus immodicus in pueris gignit ingenij stuporem, si credimus Aristoteli, nimirum igniculo mentis, velut obruto ingesta materia. F. Estne igitur corporeus animus, vt à rebus corporalibus afficiatur? E. Animi rationalis natura nõ corrumpitur quidem ipsa, sed organis vitiatis impeditur illius vis & actio: velut artifex frustra valet arte, si destituatur idoneis instrumentis. F A. Quanta quæve specie est animus? E V. Rîdicule percontaris de magnitudine aut figura, quum fatearis in

corporalem. F. A. Ego corpus intelligo quod sentitur. E. Imò quæ nō sentiuntur perfectissima sunt, veluti Deus, & angeli. F. Audio deum & angelos spiritus appellari, ac spiritū sentimus. E. Hac voce literæ sacræ ob rudes homines balbutiunt, mentem significantes puram ab omni commercio rerum sensibilibus. F. Quid igitur interest inter angelum & animum? E. V. Hoc ipsum quod inter limacem & cochleam, aut si maus testudinem. F. Corpus igitur domicilium est animi magis, quàm instrumentum. E. Nihil vetat instrumentum adiunctum, dici domicilium. Atq; hac quidem de re variant philosophorum sententiæ. Sunt qui dicant corpus esse vestem animæ, sunt qui domicilium, sunt qui instrumentum, sunt qui harmoniam. Horum quodcumq; dixeris, consequitur actiones animi, corporis affectionibus impediri. Primum, si quod vestis est corpori, idem corpus est animo: quantum ad corporis valetudinem faciat vestis, declaravit Hercules: ne quid de coloribus, aut pilorū pelliūmque generibus referam. Cæterum an eadem anima sufficiat plurib⁹ corporibus deterēdis, quemadmodum corpus multas deterit vestes, viderit Pythagoras. F. Non incommodum foret, si iuxta Pythagoram liceret, ut vestibus, ita corporibus mutatorijs uti: sic, ut mensibus hybernis sumeret corpus obesum crassæq; texturæ, æstivis

rarius & gracilius. E. Atqui parū opus
 nor esset commodum, si quēadmodum
 multis vestibus detritis, tādē & cor-
 pus deterimus : ita multis corporibus
 detritis, tandem & anima senesceret,
 deficerētq; . F. Non sanē. E. Iam quē
 admodum ad corporis salubritatē agi-
 litatēmq; refert, qua veste sit amictū,
 ita refert quod corpus circumferat ani-
 ma. F A. Profecto si corpus vestis est
 animæ, video multos homines admo-
 dum varie cultos. E. Sic est. Et tamen
 nonnulla pars huius rei sita est in no-
 bis, quā commode vestiatur anima.
 F A. Valeat igitur vestis, dic aliquid de
 domicilio. E. Atqui ne quod dico tibi
 videatur commentum Fabulla, ipse do-
 minus I E S V S suū corpus tēplum ap-
 pellat. Et Petrus apostolus suū corpus
 tabernaculum appellat. Nec defuerūt,
 qui corpus dixerunt animæ sepulchrū,
 οὐρανὸν dictum arbitrātes quasi οὐρανὸν, alij
 carcerem mentis appellarunt, nonnulli
 præsidium, vērūt arcem munitā. Quo-
 rum animus est vndiquaque purus, in
 templo habitat: qui non tenētur amo-
 re rerum corporalium, horum animus
 agit in tabernaculo, libēter exiliturus,
 si vocet imperator. Qui prorsus excæ-
 cati sunt vitijs spurcissimis, vt nunquā
 aspirent ad auram libertatis euangeli-
 cæ, horum animus iacet in sepulchro.
 Cæterum qui moleste luctantur cū vi-
 tijs, nec adhuc possunt quod volūt, ho-
 rū animus habitat in carcere, subinde

clamans ad liberatorem omnium. Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo domine. Qui gnauiter pugnant cum satana, vigilantes & excubantes aduersus insidias illius, qui circumit ut leo quaerens quem deuoret, horum animus versatur in praesidio, unde iniussu imperatoris non licet discedere. ¶ Si corpus est animi domicilium, plurimos video, quorum animus male habitet. ¶ Sic est, videlicet in aedibus perstillantibus, opacis, ventis omnibus obnoxiiis, fumosis, pituitosis, laceris ac ruinosis, denique putribus & infectis. Et tamen Cato primam felicitatis partem iudicat, bene habitare. ¶ Tolerabilis res, si liceret in aliud immigrare domicilium. ¶ v. Emigrare non licet, nisi quem euocat locator. Veruntamen si non licet emigrare, licet arte curaque nostra domicilium animi commodius reddere, quemadmodum in aedibus mutantur fenestrae, attollitur solum, incrustantur aut conuestiuntur tabulatu parietes, situs igni suffitumque purgatur. Id in senili corpore iamque ruinam minitatem difficillimum est. Plurimum autem conducit, si puerile corpus ab ipso protinus ortu, sicut oportet curetur. ¶ Tu quidem matrem ac nutricem medicam esses iubes. ¶ Plane iubeo, quod attinet ad delectum, ac moderationem cibi potusque, motus, somni, balneorum, unctionum, frictionum, vestitus. Quam multos esse censes, qui grauissimis morbis, ac vitis obnoxii

funt, epilepsia, gracilitati, imbecillitati, surditati, fractis lūbis, distortis mēbris, infirmo cerebro, stuporī mētis, nō ob aliud, nisi quōd à nutricibus indiligenter curati sunt? F. Demiror te non pro pictore factum fuisse Frānciscanū, qui tam belle concioneris. E V. Vbi te Claranam videro, tum ego tibi Franciscanus concionabor. F. Ego sanè libēs scire cupiā, quid sit anima, de qua tam multa audimus dicimūsq̄, quum nemo viderit. E V. Imō nemo non videt, cui sunt oculi. F. Video pictas animas infantuli specie. Verum quur non addūtur alæ, quemadmodum angelis? E. Quoniam delabentibus è cælo fractæ sunt alæ, si qua Socraticis fabulis habēda fides. F. Quomodo igitur subuolare dicuntur in cælum? E. Quoniam fides & charitas faciūt, vt illis renascantur alæ. Has alas petebat ille pertesus domicilium sui corporis, dum clamat, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescā? Nec enim alias alas habet anima, quum sit incorporea, nec vllam habet speciē, quę corporis oculis sit conspicua, sed certius cernūtur ea quæ videmus animo. Credisne deum esse? F A. Maxime. E. At nihil minus videri potest quā deus. F A B. Videtur in rebus conditis. E V. Itidem videtur animus ex actione. Si quæris, quid agat in corpore viuo, contemplantur corpus exanime. Quū vides hominem sentire, cernere, audire, mo-

veri, intelligere meminisse, ratiocinari: certius vides animam adesse, quā nunc vides hunc cantharum: potest enim falli sensus vnus, tot argumenta sensuū non fallunt. F. Proinde si non potes ostendere animam, sic illam notis quibusdā pinge, quasi mihi velis describere Cæsarem, quē nondum vidi. E. Aristotelis definitio in promptu est. F. Quæ? Nā aiunt istam esse probum rerum omnium depictorē. E. Anima, est actus corporis organici, physici, vitam habentis in potentia. F. Quur actum vocat potius quā iter aut viam? E. Non hic cauetur aurigis aut equitibus, sed animæ ratio definitur. Et actum vocat formam, cuius naturæ est agere, quū materiæ ratio sit pati. Omnis autem corporis motus naturalis ab animo proficiscitur. Est autem varius corporis motus. F. Intelligo. Sed quur addit organici? E. Quoniam anima nihil agit, nisi per organa, hoc est, instrumēta corporis. F. Quur addit physici? E. V. Quia Dædalus frustra fingeret tale corpus. Ideoq; addit, vitam habentis in potentia. Forma non agit in quiduis, sed in materiā capacem. F. Quid si angelus immigraret in corpus hominis? E. V. Ageret quidem, sed non per organa naturalia, nec vitam datet corpori, si abesset anima. F. Habeōne iam totā animæ rationem? E. Habes, Aristotelicā. F. Equidem accepi celebrem esse philosophum, & vereor ne sapientum cen

turie mihi scribant hæreseos dicam, si
 quid refrager. Alioqui quicquid adhuc
 dixit de anima hominis, cõpetit in asinum
 & bouem. E. Imò in scarabeum
 quoq; & limacem. F. Quid igitur interest
 inter animã bouis & hominis?
 E. Qui dicunt animã nihil aliud esse,
 q̃ harmoniã qualitã corporis, faterẽ
 tur non ita multũ interesse, videlicet
 harmonia soluta perire pariter animas
 vtriusq;. Ne ratione quidẽ distinguitur
 bouis ab hominis anima, sed quòd
 boum minus sapit q̃ hominũ, quẽadmodum
 videre est & homines, qui minus
 sapiunt quã bos. F. Næ isti bubulam
 habent mentem. E. Attamẽ illud ad te
 pertinet, quòd pro testudinis qualitate
 modulatio est harmonia. F. Fateor. E. Nec
 parui refert, ex quo ligno quãve figura
 sit facta testudo. F. Verisimile dicis. E. Nec
 ex quorumlibet animantium intestinis fiunt
 canores fides. F. Audiui. E. V. Atq; hæ
 quidem ex aeris circũfusi madore aut sic-
 citate laxantur, cõtrahuntur, nonnunq̃
 & rumpũtur. F. Istiuc vidi nõ semel.
 E. Hic igitur potes opem præstare nõ
 vulgarem infantulo tuo, vt animus il-
 lius testudinem habeat bene temperatam,
 minimẽq; vitiatam, ne laxa sit se-
 gnitie, ne stridula sit iracundia, ne rauca
 sit temulentia. Nam hos affectus inserit
 in nobis nonnunq̃ educatio vestri-
 que ratio. F. Admonitionem accipio,
 sed expecto quo pacto tuearis Ari-

t. j.

stotē. E V. Ille quidem descripsit in genere animā animantē, vegetantē ac sentientem. Anima dat vitam, sed non protinus animal est quod viuit. Viuit enim & senescūt & emoriuntur arbores, at non sentiunt : quanq̄ his quoq; nōnulli sensum tribuūt stupidū. In adhæsis vix deprehēditur sensus, in spōgia deprehēditur ab auulsoribus, in arboribus materiārū cælores sensum cōperiunt, si quid illis credimus. Aiunt enim si palma ferias truncum arboris, quam velis cædere, quemadmodū ferē solent materiarij, difficilius arbor inciditur, vt semet contraxit metu. Quod autem viuit ac sentit, animal est. Nihil autem prohibet esse vegetabile, quod non sentit, veluti fungī, betæ, caules. F. Ista si viuunt vtcunq; , si sentiunt vtcunq; , si mouētur, quū adolescūt, quid prohibet eadem dignari animalis cognomine? E V. Non ita visum est maioribus, neque nobis fas est ab illorum placitis discedere, ac ne refert quidem ad hoc quod nunc agimus. F A. Atqui non feram eandem esse animam scarabei & hominis. E V. Non est eadem & bona, sed ratio quadātenus communis est. Animat, vegetat, sensibile reddit corpus tuum anima tua. Idem agit scarabei anima in corpore. Nā quod quædam aliter, aut aliud agit anima hominis quàm scarabei, partim in causa est materia. Non canit, non loquitur scarabeus, quia caret organis ad hæc ido-

neis. F A B. Illud igitur dicis, si anima
 scarabei demigraret in corpus homi-
 nis, idem ageret quod agit anima hu-
 mana. B V. Imò ne si mens quidē an-
 gelica, quemadmodum dixi. Nihil au-
 tem interest inter angelum & animam
 humanā, nisi quòd hominis anima in
 hoc condita est vt agat corpus huma-
 num naturalibus organis instructum,
 quēadmodū anima scarabei, nō mouet
 nisi corpus scarabei: angelus nō in hoc
 conditus est vt animet corpus, sed vt
 absq; corporalibus organis intelligat.
 F. Num idem potest anima? B. Potest
 quidem à corpore semota. F. Non est
 igitur sui iuris dum est in corpore. B.
 Non profecto, nisi si quid accidat præ-
 ter communem naturæ cursum. F A.
 Verum, tu mihi pro vna anima plures
 animas effudisti, animantem, vegetan-
 tem, sensibilem, intelligentem, memo-
 rem, volētem, irascentem, concupiscē-
 tem. Mihi fatis erat vna. B V. Eiusdē
 animæ diuersæ sunt actiones, ex his va-
 ria sortitur cognomina. F. Non fatis
 assequor quod dicis. B V T. At faciam
 vt assequaris. Tu in cubiculo es vxor,
 in officina es textrix aulæorū, in taber-
 na es aulæorum venditrix, in culina es
 coqua, inter famulos & famulas es do-
 mina, inter liberos es mater, & tamen
 hæc omnia es eadem in domo. F. Satis
 tu quidem pingui Minerua philoso-
 pharis. Sic igitur est animus in corpo-
 re, quemadmodū ego in domo? B. Sic.
 t. ij.

¶. Atqui dum ego texo in officina, nō
 coquo in culina. E V. Neq; enim tu es
 anima tantū, sed anima corpus circū
 ferens: corpus autem non potest simul
 pluribus inesse locis, anima quoniā est
 forma simplex, sic est in toto corpore,
 vt in singulis corporis partibus sit to
 ta, quanquā non idem agat per omnes
 partes, nec eodē modo per quomodo
 libet affectas. Nam sapit ac meminit
 in cerebro, irascitur in corde, concupis
 cit in hepate, audit in auribus, cernit
 in oculis, olfacit in naribus, gustat in
 palato & lingua, sentit in omnib⁹ cor
 poris partibus, quę neruaceum aliquid
 habent adiunctum. Neque enim sentit
 in pilis, nec summis vnguib⁹, ac ne pul
 mo quidē per se sentit, nec hepar, for
 tasse nec lien. F. Proinde in quibusdā
 partibus animat tantū ac vegetat. E .
 Ita videtur. F. Si in vno hominē faciūt
 hæc omnia eadem anima, consequitur
 vt foetus in vtero materno statim vt
 augetur, quod est vitæ signum, simul
 & sentiat & intelligat, nisi forte vnus
 hominis initio plures sunt animæ, de
 inde cæteris cedētib⁹, vna peragit om
 nia. Ita vt primum homo fuerit plan
 ta, mox animal, postremū homo. E V.
 Quod dicis, fortasse non admodū ab
 surdū videatur Aristoteli. Nobis pro
 babilius est, simul cū vita infundi ra
 tionalē animam, sed quę, velut ignicu
 lus, immersa materiæ supra modū hu
 midæ nondū queat exerere vires suas.

F A B. Animus igitur illigatus est corpori quod agit mouetque **E V T.** Non aliter quam testudo domui quam circumfert. **F A B.** Eam mouet quidē, sed sic vt simul moueatur, quemadmodū gubernator flectit nauē quō vult, sed ipse interim cum nauī mouetur. **E V.** Imō quemadmodū scintus voluit caueam rotatilē, mobilis interim & ipse. **F.** Sic & afficit anima corpus, ac vicissim afficitur? **E.** Sanē quod ad operationes attinet. **F.** Ergo quod ad naturam pertinet, par est anima morionis animæ Solomonis. **E V.** Nihil absurdum. **F A.** Itaque pares sunt & angeli, quandoquidē carent materia, quæ parit, vt ais, inæqualitatem. **E.** Iam satis philosophiæ. Quin potius hæc Theologos torqueant, nos hoc agam⁹ quod cœpimus. Si tota mater esse vis, cura corpusculū infantuli tui, quo posteaquē sese explicuit ex vaporib⁹ mētis ignis culos, bonis & cōmodis organis vtatur. Quoties audis puerū tuum vagientem, crede illum hoc abs te flagitare. Quum vides in pectore duos istos veluti fonticulos turgidos, ac lacteo liquore vel suapte sponte manātes, crede naturā admonere te tui officij. Alia oqui quum infans iam fari meditabitur, ac blanda balbutie te mammā vocabit, qua fronte hoc audies ab eo, cui mammā negaris, & ad conductitiam mammā relegaris, perinde quasi caprę aut oui subiecisses? Vbi iam erit fandi

potens, quid si te pro matre voset *semimatrēs*? *Virgā expedies*, opinor. At qui vix *semimater* est, quæ recusat alere quod peperit: potior genituræ pars est nutritio teneri puelli. Alitur enim non solum lacte, sed & fragrantia materni corporis, requirit eundem liquorem iam notum & familiarem, quem haufit in corpore, & vnde coaluit. Atque ego quidem sum in hac sententia ut existimē in pueris ex lactis natura & in dolem vitiari, non aliter quam in frugibus & plantis, terræ succus mutat ingenium eius quod alit. An putas temere vulgo dici, Iste malitiā cū lacte nutricis imbibit? Ne illud quidem opinor, quod à Grecis dici solet, ut *nutrices*, quum significant aliquem male pasci, paululum enim præmansū in os inserunt infantis, maximam partē deglutiunt ipsæ. Proinde ne peperit quidem, quæ quod enixa est mox abijcit. Istud enim abortire est, nō parere. Et in tales foeminas mihi cōpetere Grecorum videtur etymologia, qui *μῆτρης* dici putant à *μη τρεφει* hoc est, à nō seruando. Nam prorsus conductitiam nutricem infantulo adhuc à matre tepētī adsciscere, genus est expositionis. *¶* Accederem, ni delecta esset mulier, in qua nihil desideres. *E v.* Ut nihil referat, quod lac bibat mollis infantia, quæ saluam cum præmanso cibo deglutiat, ut talis cōtigerit nutritrix, qualem haud scio an vlla reperiat, an putas vllam

esse quæ nutritionis omne tædiū desuorare possit quemadmodum mater sordēs, assēssiones, vagit⁹, morbos, seruandī nūquam satis diligentem curās. Si est quæ pariter amet vt mater, erit quæ pariter curet. Quin & illud fiet vt magis amet te filius, natiua illa charitate velut in duas matres distracta. nec tu simili pietate ducēris erga filiū vt iam grandior minus libenter sit obtemperatur⁹ iussis tuis, & tu frigidius illius curā habitura, in cuius moribus fortasse videbis nutricem. Præcipuus autem discendi gradus est, mutuus inter docentem ac discētem amor. Ergo si nihil decesserit illi natiuæ pietatis fragrantia, facilius illi instillabis præcepta recte viuendi. Neq; enim hic parum valet mater, vel ob hoc quòd materiam tractet mollissimā, & in omnia sequacem. **B. A.** Vt video, non tam facilis est res peperisse, quàm vulg⁹ existimat. **B.** Si mihi parum habes fidei, en tibi Paul⁹ aperte de muliere loquēss Salua, inquit, fiet per liberorum generationem. **F.** Salua est igitur quæ peperit? **B. V.** Nequaquam, sed addit, si liberi permāserint in fide. Nondum absoluisi genitricis munus, nisi primum tenerū corpusculum filij, mox animū æque mollē recta educatione finxeris. **F.** Atqui istuc matribus in manu non est, vt filij perseuerent in pietate. **B. V.** Fortassis, sed tātū habet momēti vigiلاس admonitio, vt Paul⁹ existimet ma-

t. iij.

tribus imputandū, si liberi degenerent
 à pijs moribus. Denique, si præstiteris
 quod in te situm est, deus opem suam
 coniunget cum tua diligentia. F. Mi-
 hi quidē Eutrapele, tua persuasit ora-
 tio, si queas idem persuadere parenti-
 bus & marito. E. Isthuc ad me reci-
 pio, modo tu me tuo iuues suffragio.
 F. Polliceor. E. Sed licétne videre pu-
 ellū? F. Licet maxime. Heus Syrisca,
 voca nutricē vnā cum infante. E. Scio
 tus admodum puer. Vulgo dicitur ve-
 niam deberi primum experiēti. At tu
 prima statim experiētia summam ar-
 tis expressisti. F. A. Non est sculptilis
 imago, vt arte sit opus. E. Verum, sed
 fusile sigillum est. Vtcunq; res habet,
 felicissime cecidit, vtinam pari felici-
 tate cadant imagines, quas intexis au-
 læis. F. At tu contrā felicius pingis, q̄
 gignis. E. Sic visum est naturę cū om-
 nibus paria facere. Quam sollicita est
 natura ne quid pereat: duos homines
 in vno repræsentauit, nasus & oculi pa-
 trem referunt, frons ac mētum matrē
 exprimūt. An tu posses hoc tam cha-
 rum pign^o alienæ fidei cōcredere? Mi-
 hi bis crudeles vidētur esse quæ id fa-
 cere sustinent. Quandoquidem nō so-
 lum faciunt id infantis quem ablegāt
 periculo, verumetiam suo, propterea
 quòd in his lac auersione corruptum
 sæpenumero periculosos morbos pa-
 riat. Itaq; fit, vt dū vnus formæ corpo-
 ris consulunt, parū consulant duorum

corporū vitæ: dūmq; cauent, ne cōtinē
 gat præproperū senium, conijciunt se
 se in mortē præproperā. Quod est in
 ditū puero nomē? F. Cornelius. E. Hoc
 erat nomen aui paterni. Vtinā virū in
 tegerrimū & moribus nobis referat. F.
 Dabitur opera, quod quidem in nobis
 erit. Sed heus Eutrapele, vnū quiddam
 obnixē te rogarim. E. Imō puta me tu
 um esse mācipiū, imperabis & impetra
 bis quæ voles. F. Proinde non prius te
 manumittā, q̄ hoc mihi beneficiū cō
 ptū absoluas. E. Quod nā? F. Vt præscri
 bas mihi primum, quibus rationibus
 quæā infantis valetudini consulere, de
 inde quū erit firmior, quibus rudimē
 tis ad pietatem præparandus sit rudis
 animus. E. Id faciam lubens pro mea
 quidem sapientia, sed proximo collo
 quio, nunc orator adeo maritum ac pā
 rentes. F. Precor exorator vt sies.

P E R E G R I N A T I O R E L I G I O S
 N I S E R G O .

M E N E D E M V S , O G Y G I V S .

Quid hoc nouē est rei? Nōne Ogy
 gium vicinū meum video, iam
 totos sex menses non visum cuiquam
 Interisse rumor erat. ipse est, nisi pror
 sus hallucinor. Adibo, ac saluere iube
 bo. Saluus sis Ogygi. o G. Salue & tu
 Menedeme. M E N. Quæ regio te no
 bis reddidit incolumem? Nam tristis
 rumor hic sparserat, te nauigasse Sty
 giam paludem. o. Imō gratia superis,
 t. v.

sic interim valui, vt vix vnquam antea
 hac melius. M. Ita semper vanitatis co
 arguas eiusmodi rumores. Sed qd iste
 huc ornatus est? oblitus est conchis im
 bricatis, stanneis ac plumbeis imaginibus
 oppletus vndiq; culmeis ornatus
 torquibus, brachiū habet oua serpētū.
 O. Visi diuum Iacobū compostellanū,
 & hinc reuersus, Virginem Parathalaf
 siam apud Anglos percelebrem, quin
 potius hanc reuisi. Nā ante annos tres
 inuiserā. M. Animi gratia, vt arbitror.
 O. Imò religionis causā. M. Istam opi
 nor religionem docuerunt te Græcæ li
 teræ. O. Mater vxoris voto sese obstrin
 xerat, vt si filia peperisset masculū vi
 talem, ego diuo Iacobo præsens præ
 senti salutem dicerem, & gratias age
 rem. M. Salutasti diuum tuo duntaxat
 & focrus nomine? O. Imò totius fami
 liæ verbis. M. Equidem arbitror nihilo
 minus salutis futurum fuisse familiæ,
 etiam si Iacobum insalutatū reliquis
 ses. Sed obsecro, qui d respondit agenti
 gratias? O. Nihil, sed offerenti munus
 visus est arridere, & capite leuiter an
 nuere, simulque porrexit hoc imbrica
 tum putamen. M. E. Quur ista potius
 donat quàm alia? O. Y. Quoniam his
 abundat suggerente vicino mari. M. E.
 O benignum diuum, qui & obstetrie
 catur etiam parturientibus, & operam
 dat hospitibus. Verum quodnam iste
 huc nouum vouendi genus, vt otio
 sus alijs laborem imponat aliquis? Si

tu te voto adstringeres, vt si quod ages feliciter cederet, ego ieiunarem bis in hebdomade, an credis me facturum quod vouiffes? O G Y. Non credo, etiam si tu ipse tuo nomine vouiffes. Nam tibi diuis os oblinere ludus est. At socrus est, mos gerendus erat. Nosti mulierum affectus, & mea quoque referebat. M E N. Si non præstitiffes votum, quid erat periculis? O. Non poterat me diuis vocare in ius, fateor: sed poterat in posterum esse surdus ad vota mea, aut tacitus aliquid calamitatis immittere in meam familiam. Nosti principum mores. M E N. Dic mihi, quid valet agiturque vir optimus Iacobus? O G. Multo frigidius solito. M E N. Quid est in causa, senium? O G Y. Nugator, scis diuos non senescere. Verum hæc noua persuasio, quæ late per orbem diuagatur, facit vt infrequentius saluentur solito: & si qui veniunt, salutant tantum, nihil aut quamminimum donant, dictitantes eam pecuniam rectius collocari in egenos. M E N. Impia persuasio. O G Y. Itaque tantus apostolus, qui solet totus gemmis, & auro fulgere: nunc stat ligneus, vix sebaceam habens candelam. M E N E D E. Si verum est quod audio, periculum est, ne reliquis diuis idem veniat vsu. O G Y. Imò circumfertur epistola, quã hac de re scripsit ipsa virgo Maria. M E N E. Quæ Maria? O G Y. Quæ cognomen habet à lapide. M E. Apud Rauracos, ni fallit. t. vj.

hor. o. Ea est. m. Cui scripsit? o. Nomen ipsa indicat epistola. m. Per quem missa est? o. Haud dubie quin per angelum, qui posuerat scriptam in suggesto, unde concionatur is, ad quem scripta est. Et ne quid fraudis suspiceris, videbis epistolam *επιτομια*. m. Itane agnoscis manum angeli, qui est virgini ab epistolis? o. Quid nisi m. Quo tandem argumento? o. Legi epitaphium Bedæ, quod ab angelo insculptum est: elementorum figuræ per omnia congruunt. Legi & syngrapham Ægidio missam: congruunt. An non hæc satis arguunt rem? m. Falsne est inspicere? o. Fas, si deieres te taciturnum. m. Oh lapidi dixeris. o. Jam sunt & lapides hoc nomine infames, quod nihil celent. m. Muto igitur dicito, si lapidi parum fidis. o. Hac lege recitabo, tu fac utranque arrigas aurem. m. Arrexi. o. Maria mater I E S U Glauco pluto s. d. Quod Lutherum sequutus strenue suades, supernuacaneum esse invocare diuos, à me quidem isto nomine bonam magnamque inisti gratiam, scito. Nam antehac tantum non enecabar improbis mortalium opprobriationibus. Ab vna postulabantur omnia, quæ si filius meus semper infans esset, quia talis fingitur pingiturque in sinu meo, ut ex nutu matris adhuc pendeat, neque quicquam ausit negare petenti, videlicet metuens, ne si quid neget roganti, ego vicissim ipsi negem mammam sitienti. Et nonnunquam ea petunt à virgine, quæ

verecundus iuuenis vix auderet petere
 à lana, quæ q̄ me pudet literis cōmit-
 tere. Interim negotiator lucri causa na-
 uigaturus in Hispaniam, cōmittit mi-
 hi pudicitiam suæ concubinæ. Et vir-
 go deo sacra, abiecto velo fugam adoro-
 nans, deponit apud me famam integri-
 tatis suæ, quam ipsa tēdit prostituere.
 Occlamat mihi miles impius, & ad la-
 nienam conductus: Beata virgo da præ-
 dam opimam. Occlamat aleator: Faue-
 diua, pars lucri tibi decidetur. Et si pa-
 rum faueat alea, me cōuicijs lacerant,
 malèq; precātur, quæ nō adfuerim sce-
 leri. Occlamat quæ quæstui turpi semet
 exponit: Da prouētū vberem. Si quid
 negē, ilico reclamāt, ergo ne sis mater
 misericordiæ. Aliorū vota nō tā impia
 sunt, q̄ inepta. Clamat innupta: Maria
 da mihi formosum ac diuitē spōsum.
 Clamat nupta, da mihi bellos catulos.
 Clamat grauida, da mihi facilē partū.
 Clamat anus, da diu viuere sine tussi si-
 tiq; Clamat senex delirus, da repubes-
 cere. Clamat philosophus, da nodos
 insolubiles neſtere. Clamat sacerdos,
 da sacerdotiū opimum. Clamat episco-
 pus, serua meam ecclesiā. Clamat nau-
 ta, da prosperos cursus. Clamat præfe-
 ctus, ostende mihi filium tuum anteq̄
 moriar. Clamat aulicus, da vere cōfite-
 ri in mortis articulo. Clamat rusticus,
 da tempestiuam pluuiam. Clamat ru-
 stica, serua gregem & armentū incolu-
 me. Si quid renuo, ilico sum crudelis.

P E R E G R I N A T I O

Si relego ad filiū, audio, vult ille quicquid tu vis. Itane ego sola & mulier & virgo dabo operam, nauigantibus, beligerantibus, negotiantibus, ludētibus aleam, nubentibus, parturientibus, strapis, regib⁹ & agricolis? Atqui quod dixi minimum est præ his quæ patior. Sed his negotijs nūc multo min⁹ grauior, quo quidē nomine tibi gratias agerem maximas, nisi commodum hoc incōmodum maius secū traheret: plus est otis, sed minus est honorum, minus est opum. Antē salutabar regina cælorum, domina mundi: nunc vix à paucis audio, Ave Maria. Antē vestiabar gemmis & auro, abūdabā mutatorijs, deferebantur aurea gēmeaq; donaria: nunc vix tegor dimidiato palliolo, eōq; corroso à muribus. Prouētus autē annui vix tantum est, vt alā miserū ædituū, qui accendat lucernulā aut candelā sebaceam. Atq; hæc tamē poterāt ferri, ni maiora etiā moliri dicereris. Huc tēdis, vt aiūt, vt quicquid vsquā est diuorum, exigas ex edibus sacris. Etiā atq; etiam vide quid agas. Non deest alijs diuis quo suā vlciscantur iniuriā. Eiectus è templo Petrus, potest tibi vicissim occludere regni cælestis ostiū. Paulus habet gladium. Bartholomæus cultro armatus est. Guilhelmus sub pallio monachi totus armatus est, nō sine graui lancea. Quid autē agas cū Georgio & equite & cataphracto, hasta simul & gladio formidabili? Nec inermis est

Antonius, habet sacrū ignē. Sunt item & cæteris sua vel arma vel mala, quæ quibus volūt immittūt. Me vero quātumuis inermē, nō tamē eijcies, nisi simul eiecto filio, quem vnus teneo. Ab hoc nō me patiar diuelli: aut hunc vnū mecum extrudes, aut vtrunque relinques, nisi maus habere templum sine **CHRISTO**. Hæc te scīre volui, tu cogita, quid mihi respondendum cēseas. Nam mihi planè res cordi est. Ex æde nostra lapidea, Calend. August. Anno filij mei passi 1524.

Beata virgo mea manu subscripti.

MEN. Minax profecto ac formidabilis epistola. Cauebit opinor Glanconplutus. **O**. Si sapit. **M**. Quamobrem nō eadem de re scripsit huic optimus ille Iacobus? **O**. Nescio, nisi quod longius abest, & his temporibus intercipiūtur omnes epistolæ. **M**. Sed quis deus te redegit in Angliam? **O**. Ventus illic inuitabat mire secūdus, atq; id propemodū eram pollicitus diuē Parathalassie, me post bienniū ipsam reuisurū. **M**. Quid petiturus ab illa? **O**. Nihil noui, nisi illa vulgaria, familiā incolumē, rē vberiorē, lōgæuā lætāmque vitā in hoc seculo, & perennē felicitatē in futuro. **M**. Nō poterat eadē præstare virgo mater apud nos? Habet Antuuerpiæ templū longe augustius, q̄ in Parathalasso. **O**. Haud nego posse, verum alijs in locis alia largit̄, siue sic visum est animo illi, siue, vt est benigna, semet ī hoc no

stris affectibus accommodat. M. De Iacobo frequenter audiui: sed obsecro te, describe mihi regnum istius Parathalassie. O. Equidem expediam quam potero paucissimis. Celeberrimum nomen est per vniuersam Angliam, nec temere reperias in ea insula, qui speret res suas fore saluas, quin illam quotannis aliquo munusculo pro facultatum modulo salutarit. M. Vbi habet? O. Ad extremum Angliæ finem inter occidentem & septentrionem, haud procul à mari, passuum ferè tribus milibus. Vicus est vix alia re victitans, quam commeantium frequentia. Collegium est canonicorum sed quibus à Latinis regulæ cognomen additur, medium genus inter monachos & canonicos, quos seculares appellant. M. Amphibios mihi narras, quod genus est fiber. O. Imò & crocodilus. Sed omis sis cauillis, tribus verbis expediã quod vis. In odiosis canonici sunt, in fauorabilibus monachi. M. Adhuc mihi quidẽ enigma refers. O. Quin addã apodixin mathematicam. Si Romanus pontifex fulmine feriat omnes monachos, tum canonici fuerint, nõ monachi. Sin idẽ permittat omnibus monachis vxorem ducere, tũ fuerint monachi. M. O nouos fautores, vtinam abducant, & meam. O. Sed vt ad rem. Collegium hoc vix alios habet prouetus quàm ex liberalitate virginis. Nã maiora quidẽ donaria seruantur. Cæterũ si quid est nummorum aut leuioris pretij, cedit in alimos

niam gregis & prefecti, quē illi Priorem vocant. M. Probæ vitæ? o. Non illa laudatæ, pietate ditiores, quā annuo censu. Tēplum est nitidum & elegans, verum in eo non habitat virgo, sed illud honoris gratia cessit filio. Illa suū habet templum, vt dextra sit filio. M. Dextra? Quò igitur spectat filius? M. Bene mones. Quū occidentē spectat, dextram habet matrē: vbi se vertit ad solis exortū, sinistra est. Nec hic tamen habitat, nondum enim ædificiū est absolutum, & locus est vndique perflabilis, patentibus ostijs, patentibus fenestris, & in propinquo est oceanus ventorum pater. M. Durū, vbi igitur habet illa? o. In eo templo quod in absolutum dixi, est sacellum angustum, ligneo tabulatu constructum, ad vtrūq; latus perangustum ostiolum admittēs salutatores. Lumen est exiguū, nec ferè nisi ex cereis, fragrat odor paribus gratissimus. M. Hæc omnia congruūt religioni. o. Imò si introspicias Menedeme, dicas diuorum esse sedem, adeo gemmis, auro, argentóque nitent omnia. M. E. Accendis animum vt eò me cōferam. o. Haud poenituerit itineris. M. Nihil est illic olei sacri? o. Inepte. Oleum istud non resudat nisi è sepulchris diuorum, velut Andreæ & Catherinæ. Maria sepulta non est. M. Errauit, fateor. Sed absolute fabulā. o. G. Quo latius se spargat religio, alia alijs locis ostenduntur. M. Et fortassis vt vberior

PERGRINATIO

fit largitio, iuxta illud: Fit cito per multas præda petita manus. o. Et nusquam non præsto sunt mystagogi. M. Ex canonicis? o. Nequaquam, illi non adhibentur, ne per occasionem religionis alienentur à religione, ac dum observant virginem, parum ipsi consulant suæ virginitati. Tantum in intimo facello, quod dixi conclave diuæ virginis, adstat altari canonicus quidam. M. E. In quem usum? o. Ut recipiat seruétque quod datur. M. An dant qui nolint? o. Minime, sed nonnullos pius quidam pudor huc adigit, ut dent adstante quopiam, non daturi si testis abesset: aut largius dant aliquanto quam erant daturi. M. Affectum humanum dicis, & mihi non inexpertum. o. Imò vero sunt quidam adeo dediti sanctissimæ virgini, ut dum simulant sese munus imponere altari, mira dexteritate suffurètur quod alius posuerat. E. Fac nullum adstare, an non in tales ilico fulminaret virgo? o. Qui magis id faceret virgo, quam ipse pater æthereus, quem non verètur nudare suis ornamentis, vel perfosso templi pariete? M. E. Non satis mihi constat, utrum magis debeam admirari, illorumne impiam confidentiam, an Dei lenitatem. o. Ad latus itaque septentrionale porta quedam est, non templi, ne quid erres, sed septi, quo tota clauditur area templo adiacens. Ea ostiolum habet per pusillum, quale videmus in valuis nobilium, ut qui velit ingredi, primum ti-

biam periculo exponere cogatur, deinde
 de caput etiam submittat. M E. Profe-
 cto tutum non fuerit ad hostē ingredi
 per tale ostiolum. o. Recte coniectas.
 Narrabat mystagogus olim virū eque-
 stris ordinis, equo insidentem, per hoc
 ostiū elapsū ē manibus inimici, qui
 iam fugienti imminebat. Ibi miser des-
 sperans sui, subita cogitatione salutem
 suam commendauit diuæ virgini quæ
 erat in proximo. Nā ad huius arā fuge-
 re decreuerat, si valua patuisset. Et ec-
 ce rem inauditam, Subito totus eques
 erat intra septa templi, altero frustra
 foris insaniēte. M. Et faciebat tam ad-
 mirandæ narrationis fidem s o. Maxime.
 M. Id quidem nō admodum facie-
 le apud te hominem philosophum. o.
 Ostendebat in ostio laminam cupream
 infixam, quæ habebat imaginem equis-
 tis seruati, eoque cultu quo tum Angli-
 ca gens utebatur, quem & in vetustio-
 ribus picturis videmus: quæ si nō men-
 tiuntur, frigebant id ætatis tonsores,
 & qui pānos tingūt ac texunt. M. Qui
 sic? o o. Quia barbatus erat nō aliter
 quàm capræ, & vniuersa vestis nullam
 habebat rugam, adeoque non erat ma-
 ior corpore, vt strictu corpus ipsum
 redderet angustius. Erat & altera lami-
 na, cellæ figuram, ac magnitudinem
 referens. M E N. Iam dubitare fas non
 erat. o. Subter ostiolum erat cratis fer-
 rea, quæ peditem tantum transmitteret.
 Non conueniebat vt equus post

eum calcaret locum, quem prior eques
 virgini consecrasset. M. Et merito. O.
 Hic ad oriētem est facellum prodigijs
 plenum, eò me confero. Excipit alius
 mystagogus. Illic orauimus paulisper.
 Mox exhibetur nobis articulus huma
 ni digiti, è tribus maximi: exosculor,
 deinde rogo cuius sint reliquię. Ait san
 cti Petri. Nū Apostoli, inquā? Aiebat.
 Deinde contemplans magnitudinē ar
 ticali, qui gigātis videri potuerit: O
 portuit, inquam, Petrum fuisse virum
 prægrandi corpore. Ad hanc vocem è
 comitibus quidam in cachinum solu
 tus est, id certe moleste tuli. Nam si is
 siluisset, æditus nos nihil celasset reli
 quorum. Eum tamen vtouq; placui
 mus datis aliquot drachmis. Ante ædis
 culam erat tectum, quod aiebat hyber
 no tempore, quum nix obtexisset om
 nia, eò subito fuisse delatum è longin
 quo. Sub eo tecto putei duo ad summi
 pleni, fontis venam aiunt esse sacram
 diuę virgini, liquor est mire frigidus,
 efficax medicādo capitis stomachique
 doloribus. M. Si frigida medetur do
 loribus capitis & stomachi, posthac &
 oleum extinguet incendium. O. Mira
 culum audis, ò bone, alioqui quid esset
 miraculi, si frigida sedaret sitim? M. N.
 Et ista sanè est vna pars fabulę. O. G. Y.
 Affirmabāt eum fontē derepente pro
 siluisse è terra iussu sanctissimę virgini
 Ego cuncta diligenter circumspectans,
 rogabam quot essent anni, quòd ea do

muncula fuisset eò deportata, dixit ali-
 quot secula. Alioqui parietes, inquam,
 nō prae se ferūt aliquid vetustatis. Nō
 repugnabat. Ne columnae quidem hae
 lignae. Non negabat esse nuper posi-
 tas, & res ipsa loquebatur. Deinde hæc,
 inquam, tecti culmea arundineaq; ma-
 teria videtur esse recētior. Assentieba-
 tur. Ac ne trabes quidem hae inquam,
 transfersae, nec ipsa tigna quae culmos
 sustinent, videntur ante multos annos
 posita. Annuebat. Atqui quū iam nulla
 casae pars superesset, vnde igitur cōstat,
 inquam, hanc esse casulam illam è lon-
 gino delatam? M. Obsecro quomodo
 sese ab hoc nodo expediebat ædituus?
 O. Scilicet incontanter ille ostendit no-
 bis peruetustam vrsi pellem tignis affi-
 xam, ac propemodum irrisit nostram
 tarditatem, qui ad tam manifestum ar-
 gumentū non haberemus oculos. Ita-
 que persuasi, & tarditatis culpā depre-
 cati, vertimus nos ad caeleste lac beatæ
 virginis. M. O matrem filij simillimā,
 ille nobis tātum sanguinis sui reliquit
 in terris, hæc tantum lactis, quantum
 vix credibile est esse posse vni mulieri
 vni paræ, etiam si nihil bibisset infans,
 O G. Idem causantur de cruce domini,
 quae priuatim ac publice tot locis ostē-
 ditur, vt si fragmenta conferantur in
 vnum, navis onerariæ iustum onus vi-
 deri possint, & tamen totam crucē su-
 am baiulauit dominus. M. An non ti-
 bi quoque mirum videtur? O. Nouum

fortasse dici possit, mirum nequaquam
 quū dominus , qui hæc auget pro suo
 arbitrio, sit omnipotēs. M. Pie tu qui
 dē interpretaris, at ego verēor ne mul-
 ta talia fingantur ad quæstum. o. Non
 arbitror Deū passurū, si quis ipsum ad
 istum irrideat modum. M. Imò quū à
 sacrilegis spoliatur & mater , & filius
 & pater & spiritus, ne tantulū quidem
 sese commouent interdum, vt vel nu-
 tu, vel crepitu deterreant scelestos. Tā-
 ta est numinis lenitas. o. Sic est, sed au-
 di reliqua. Id lac seruatur in altari sum-
 mo, in cuius medio C H R I S T V S, ad
 dextrā mater, honoris gratia. Lac enī
 matrem representat. M. Conspicuum
 est igitur. o G. Videlicet inclusum cry-
 stallo. M. Liquidum igitur. o G. Quid
 liquidum mihi narras, quum fufum sit
 ante annos mille quingentos? Concre-
 tum est , dicas cretam tritam albōque
 oui temperatam. M. Quin igitur nu-
 dum ostentant ? o. Ne contaminetur
 virorum osculis lac virgineum. M E N.
 Probe dicis . Nam sunt, opinor, qui os
 admoueant nec purum nec virgineum
 o G. Vbi nos videt mystagogus, accu-
 rit, lineam vestem induit, sacram stolā
 addidit cervici, procubuit religiose, &
 adorauit, mox nobis lac sacrosanctum
 osculandū porrexit. Hic in extremo al-
 taris gradu religiose procubuim⁹ & ip-
 si: & C H R I S T O primū salutato, vir-
 ginē oratiuncula tali, quā in hoc ipsum
 pararam, appellauimus. Virgo parens,

quæ tuis virgineis vberib⁹ lactare me-
 ruisti cæli terræque dominum filium
 tuū I E S V M, optamus vt illius sangui-
 ne purificati, proficiamus & nos ad fe-
 licem illam infantiam rationabilē que
 nescia maliciæ, fraudis ac doli, lac euan-
 gelicæ doctrinæ concupiscit assidue, do-
 nec proficiat in virum perfectū, in mē-
 suram plenitudinis C H R I S T I, cuius
 felici consortio frueris in æternum, cū
 patre & spiritu sancto. Amen. M. Pia
 sanè deprecatio. Quid illa? O G. Visus
 est vterque annuere, nisi me fallebant
 oculi. Nam subfilire videbatur sacrum
 lac, & candidior aliquāto affulgebat eu-
 charistia. Interim mystagogus ad nos
 accessit, tacitus quidem, sed tabellam
 porrigens, qualē apud Germanos offer-
 runt, qui in pontibus telos exigunt.
 M N. Equidē sæpenumero male pre-
 catus sum illis petacibus tabellis, quū
 per Germaniam iter facerem. O G Y G.
 Dedimus drachmas aliquot, quas ille
 obtulit virgini. Mox per interpretem
 eius linguæ pulchre peritū, & iuuenē
 blandæ cuiusdā eloquentiæ, nomē erat,
 ni fallor, Robertus Aldrisius, percōta-
 tus sum quā potui ciuilissime, quib⁹
 argumētis cognitum haberet, hoc esse
 lac virginis. Id ego sanè pio studio sci-
 re cupiebā, quo possem impijs quibus-
 dam hæc omnia ridere solitis os obtu-
 rare. Primū mystagogus obducta frōte
 obticuit, iussi vt interpret instaret, sed
 blandius etiā. Ille vero blādissime, adeo

ut si matrem ipsam nuper puerperam
 talibus verbis appellasset, non fuerit
 ægre latura. Ille vero tanquam afflatus
 numine quopiã, nos intuens oculis stu-
 pētibus ac veluti horrore vocē blasphemam
 execrantibus, Quid opus, inquit,
 ista percōtari, quum habeatis tabulam
 authenticã? Et omnino videbatur nos
 ut hæreticos eiecturus, nisi drachmæ
 delinissent hominis ferociã. M. Quid
 vos interim? o. Nos quid censes? Non
 aliter quàm fuste icti, aut fulmine ta-
 cti, nosmet illinc subduximus, suppli-
 citer audaciæ veniam comprecati. Sic
 enim cōuenit in rebus sacris. Inde pro-
 ficiscimur ad ædiculam, hospitium di-
 uæ virginis. Huc euntibus aperit sese
 quidã mystagogus ex illis minoribus,
 nōsq; veluti noscitas intuetur: aliquã
 tultu progressis occurrit alius, itidem
 contēplans nos: post etiam tertius. M.
 Fortasse cupiebāt te pingere. o o. At
 ego longe diuersum suspicabar. M. E.
 Quid isthuc? o. Sacrilegum quempiã
 suppilasse nō nihil ex mundo sacræ vir-
 ginis, & in me suspicionem intentam
 esse. Itaq; facellum ingressus, tali pre-
 catiuncula saluto matrē virginē. O so-
 la foeminarum omnium mater & vir-
 go, mater felicissima, virgo purissima,
 nunc te puram impuri visimus, saluta-
 mus, donariolis nostris utcunque colis-
 mus, utinã donet nobis filius tuus, ut
 sanctissimos tuos mores imitātes, me-
 reamur & nos per spiritus sancti gra-

Nam spiritualiter dominum IESUM
 intimis animi visceribus concipere, si-
 mulq; conceptum nūquam amittere.
 Amen. Simulq; exosculatus aram, de-
 posui drachmas aliquot, & abij. M. E.
 Quid hic virgo? Nullōne nutu dedit
 signū auditæ precatiūculæ? o. Lumē,
 vt dixi, erat ambiguū, & illa stabat in
 tenebris ad dextrum latus altaris. Pos-
 tremo me sic deiecerat oratio prioris
 mystagogi, vt non auderem oculos at-
 tollere. M. E. Istius igitur profectio-
 nis non erat admodū letus exitus. o. Imō
 multo lætissimus. M. Reddidisti ani-
 mum, nam mihi quoque cor in genua
 deciderat, vt tuus loquitur Homerus.
 o. A prandio repetimus templum. M.
 Audebas, suspectus sacrilegij. o. For-
 tassis, sed ipse mihi suspectus non erā.
 Nescit pauorē mens sibi bene conscia.
 Trahebat me tabulæ visendæ cupidi-
 tas, ad quam mystagogus nos relega-
 rat. Eā diu quæsitā, tandē inuenimus,
 verū in alto defixam, vt nō à quibuscū-
 bet oculis legi posset. Mihi tales sunt
 oculi, vt nec Lynceus dici possim, nec
 omnino lusciosus. Itaq; legentē Aldri-
 sū oculis obiter affectatus sum, nec il-
 li satis fidēs in re tanta. M. Excussa est
 omnis dubitatio? o. Pudit me mei,
 qui subdubitalsem, adeo res tota illic
 ponebatur ob oculos, nomē, locus, res
 vt erat ordinē gesta: breuiter, nihil o-
 missum. Dicitur est Guilhelm^o Lutetię
 natus, vir pius quā alijs, tum præcipue

religiosus in conquirēdis toto orbe diuorum reliquijs. Is peragratis regionibus plurimis, monasterijs ac tēplis vno diq; lustratis, tandē peruenit Constantinopolim. Nam huius Guilhelmi frater illic agebat episcopum. Is iam adornantem reditum, admonuit esse virginem quandā Deo dicatā, quę lac haberet virginis matris, abunde felicē futurū, si vel precario, vel pretio, vel arte, portionē aliquam posset nācisci. Nā ceteras reliquias omnes, quas hacten⁹ collegerat, nihil esse ad tam sacrū lac. Ibi Guilhelmus non conquieuit, donec exorat dimidiū eius lactis. Eo thesauro pl⁹ q̄ Croesus sibi videbat. *m.* Quid nisi & quidē præter spem. *o.* Rectā domum properat, in itinere morb⁹ occupat. *m.* Vt nihil est in rebus humanis nec diu, nec vndiquaq; felix. *o.* Vbi videt periculū, accersit clam Gallum, fidissimū eius peregrinationis comitē. Et religiose stipulatus silentiū, committit illi lac, hac lege, vt si incolumis domū redeat, deponat eū thesaurū in ara diuę virginis, quę colitur Lutetię in augusto templo, vtrinq; Sequanam præterlabentē intuens: & annis ipse videtur honoris gratia decedere numini virginis. Vt rem in pauca cōferā, sepultus est Guilhelmus: alter properat, & hunc morbus corripit. Is desperans sui, tradit Anglo comiti lac, sed multis obtestationibus adstricto, vt faceret quod fuerat ipse factur⁹. Moritur hic,

recipit ille, & in arā deponit lac, cano-
 nicis eius loci præsentib⁹, qui tū tēpor-
 ris adhuc dicebantur regulares, quales
 adhuc sunt apud diuā Genouefam. Ab
 his impetrauit lactis dimidiū. Id dela-
 tum in Angliam, tandē in Parathalaſ-
 ſum detulit, huc vocante mentē illius
 afflata ſpiritus. M. Pulchre certe ſibi
 cōſtat hæc narratio. O. Imò ne quā re-
 ſidere poſſet dubitatio, aſcripta erant
 nomina episcoporum à ſuffragijs, qui lac
 illud inuiſentib⁹ nō abſq; munuſculo,
 tantū impartierūt relaxationis, quātū
 ex ſuo dimēſo largiri poſſūt. M. Quā-
 tum id eſt? O. Dierū quadraginta. M.
 Etiā apud inferos dies eſt? O. Certe tē-
 pus eſt. M. Vbi totū hoc dimēſum ſe-
 mel fuerint elargiti, nō ſuperest q̄ lar-
 giātur? O. Minime. Subſcatet enī ſub-
 inde quod dent, ac planè diuerſū quid-
 dam accidit hic, atq; in dolio Danaidū.
 Illud enī quū cōtinēter impleat, ſem-
 per tamē inane eſt: hinc ſi ſemp hau-
 rias, nihilo tamē min⁹ eſt in dolio. M.
 Si centū hominū millib⁹ largiant̄ qua-
 draginta, ſinguli tantūdem habent? O.
 Tantūdem. M. Et ſi qui ante prandiū
 acceperūt quadraginta, ruruſ ſub cœnā
 poſcerent quadraginta, præſtōne eſſet
 quod dareſ? O. Imò ſi hora eadē decies.
 M. Vtinā mihi tale ſcriniolū eſſet do-
 mi, nō optarim niſi tres drachmas, mo-
 do ſic ſcateāt. O. Quin optas vt totus
 ſias aureus, tantūdem acceptur⁹ ex vo-
 co. Verū ad fabulam redeo. Addebatur
 V.ij.

& illud, pij cuiusdā candoris argumen-
 tum: lac virginis, quod alijs cōplurib⁹
 in locis ostēdebatur, satis quidem esse
 venrādum, hoc tamen cæteris esse ve-
 nerabilius, quōd illa abraderētur à sa-
 xis, hoc ex ipsis virginis vberib⁹ efflu-
 xisset. M. Vnde id cōstabat? o. Oh, nar-
 rat hoc virgo quæ lac dederat. M. E.
 Et illi fortasse cōmunicarat diuus Ber-
 nardus. o. Sic arbitror. M. Cui natu
 grandī cōtiguit gustare lac ex eadē mæ-
 ma, quā fluxit puer I E S V S. Vnde mir-
 ror, illum mellifluum dici potius q̄ lac-
 tifuluū. Sed quomodo lac virginis di-
 citur, quod non fluxit ex vberibus? o.
 Fluxit & illud, sed saxo, cui forte la-
 ctans insidebat, exceptū concrevit, de-
 inde volente Deo sic multiplicatū est.
 M. Recte. Perge. o q. His itaq; pera-
 ctis, dum paramus abitū, obambulan-
 tes interim, & si quid offerretur spe-
 ctatu dignum circūspectātes: rursū
 adsunt mystagogi, limis intuētur, digi-
 to subnotāt, accurrūt, abeūt, recurrūt,
 nutant, videbātur cōpellaturi si fuisset
 audaciæ satis. M. Nihil ibi metuebas?
 o. Imō faciem illis obuerti, sic aridēs
 & intuens, quasi ad compellendū inui-
 tarem. Tandem vnus aggressus, rogat
 quod mihi nomen esset, ædo. Num is
 essem, qui antè biennium affixisset vo-
 tiuam tabellam literis Hebraicis. Fate-
 bar esse me. M. Scribis Hebræicè? o.
 Minime, sed isti quicquid non intelli-
 gūt, Hebræicū vocāt. Mox accersit⁹, vt

conijcio, venit illius collegij. *ἡρώδης*
ἑσπερος. M. Quod isthuc dignitatis no-
 men est? Nō habent abbatē? o. Nō. M.
 Quia ita? o. Quia nesciūt Hebraice.
 M. Non episcopum? o. Nequaquā. M.
 Quam ob rem? o. Quia virgo pauper
 rior etiamnum est, quam vt erant per
 dum ac mitrā nimio venalem. M. Nō
 saltem Præpositum? o. Ne id quidem,
 M. Quid obstat? o. Quia præpositus
 dignitatis est nomen, nō sanctimonie.
 Est ideo canonicorū collegia nomē ab-
 batis reijciunt, Præpositi libenter am-
 plectūtur. M. Atqui *ἡρώδης* *ἑσπερος* ante
 te hac audiui nūquā. o. Ne tu magnoe
 pere rudis es grāmatices. M. *ἡρώδης*
ἑσπερος noui in tropis. o. Tenes. Hic qui
 priori pximus est, Prior est posterior
 et. Suppriorē dicis? o. Is me saluta-
 rit satis humaniter. Narrat quanto pe-
 re sudatum sit à multis, vt versus eos
 legerent, quot frustra extersa cōspicere
 la. Quoties aduenisset aliquis vetustus
 theologiæ aut iuris doctor, adduct⁹ est
 ad tabellā, alius dicebat esse literas A-
 rabicas, alius fictitias: tandē repert⁹ est
 q̄ legeret titulū. Is descript⁹ erat vere
 bis ac literis Romanis, sed maiusculis.
 Græci versus erāt: descripti Græcis ma-
 iusculis, quæ prima specie videntur re-
 ferre maiusculas Latinas. Rogatus, de-
 scripsi sententiā carminū Latine, vero-
 lum verbo reddēs. Huius opellæ quū
 præmiolum oblatū constanter recusa-
 rem, affirmans nihil esse tam arduum,

quod in virginis sanctissimæ gratiã nõ
 essem cupidissime factururus, etiã si lites
 ras iuberet illinc perferre Hierosoly
 mam. M. Quid opas te grãmatopho
 ro, quũ illi tot angeli adsint à manib⁹
 atq; à pedibus? o. Ille protulit è cru
 mena ligni fragmētũ defectũ è trabe,
 in qua virgo mater visa est consistere.
 Odor mirus protinus arguebat esse rē
 oppidò sacram. Ego vero tam insigne
 munus pronus & nudato capite, sum
 ma cū veneratione tēq; quatēq; ex
 osculat⁹, reposui in crumenā. M. Licet
 ne videres? o. Per me quidē licebit. Cē
 terũ si ieiunus nõ es, aut si nocte pro
 xima fuit tibi res cū vxore, non suase
 rim vt videas. M. Ostēde, nihil pericu
 li. o. En tibi. M. O te beatũ isto ma
 nere. o. Ego, ne sis insciens, nõ permu
 tarim hoc tantillũ fragmētulum cum
 vniuerso auro Tagi. Includã auro, sed
 sic, vt per crySTALLũ pelluceat. Tũ Hy
 steroprot⁹ vbi me videt tam religiose
 gestientē eo munusculo, iudicans non
 indignũ, cui maiora quoq; cōmitterē
 tur, rogat num. quãdo vidissem secreta
 virginis. Ea vox, me nõ nihil cōmouit,
 nõ tamē ausus sum. percōtari quæ di
 cetet secreta virginis. Siquidē in reb⁹
 tam sacris etiam linguæ lapsus non va
 cat periculo. Nego me vidisse, sed vi
 dēdi cupidissimũ esse dico. Inducor iã
 velut afflatus numine. Accēditur vna
 atq; altera teda cerata, ostenditur im
 guncula nec magnitudine, nec mate

ria, nec opere præcellens, sed virtute pollens. M. Moles non multum habet. niornēti ad gēda miracula. Vidi Christophorū Lutetiaē nō hamaxieum aut colossæum, sed monti iusto parē, nullis tamē illic miraculis nobilē, quod quidam audierim. O. Ad pedes virginis est gēma, cui nondū apud Latinos aut Græcos nomen inditū, Galli à buffone dederūt nomen, eo quòd buffonis effigē sic exprimat, vt nulla ars idē possit efficere. Quòq; mai⁹ est miraculū, puill⁹ est lapillus, nō prominet buffonis imago, sed in ipsa gēma velut inclusa pellucet. M. Fortassis imaginatur buffonis similitudinē, quēadmodū insecta filicis stirpe imaginamur aquilam. Et quēadmodū pueri quid nō vidēt in nubibus dracones ignē spirātes, montes igni candentes, armatos cōcurrētes. O. Imò ne scis nesciens, null⁹ buffo, viua euidētī⁹ exprimit seipsum, quā illic erat expressus. M. Hactenus pertuli fabulas tuas, posthac alium quærs, cui persuadeas de buffone. O. Nihil mirū est Menedeme, te sic affectū esse. Nec mihi quisquam persuasurus erat, etiā si totus ordo Theologorum asseuerasset, nisi his oculis, hisce inquam oculis vidissem, intuitus essem, comperissem. Sed interim mihi videris satis incurius rerum naturalium. M. Quam ob rem? quia non credo volare asinos? O. An non vides, quā ludat artifex natura in omnium rerum coloribus ac

V.iiiij.

formis exprimēdis, quū alijs quidē in rebus, sed præcipue in gemmis: deinde quæ admirandas vires gemmis illis indiderit prorsus incredibiles, ni cominus experientia faceret nobis fidē: Dic mihi, crediturus eras chalybem intactam à magnete attrahi, & rursus ab eodem depelli sine contactu, nisi vidisses oculis? M. Profecto nūquā, etiam si decē Aristoteles hoc mihi deierassent. o G. Ne protin⁹ igitur fabulosum clames, si quid audis nōdum experimento cōpertum. In cetaunia fulminis videm⁹ imaginem, in pyropo viuum ignem, in chalazia grandinis & speciem & rigorem, etiam si conijcias in mediū ignē: in smaragdo profundas ac pellucas maris vndas: carcinias cancri marini speciem imitatur, echites viperæ, scarites scari piscis, hieracites accipitris, gēranites gruvis collū effictū exhibet, ægophthalmus caprinū oculū ostēdit: est qui suillū, est qui tres simul hominis oculos: lycophthalmus lupi pingit oculū quatuor colorib⁹, rutilo & sanguineo, in mediū migrū candido cingitur: cyanteā migrā si aperias, fabā ī medio seperies: dryites truncū arboris effingit, & ligni in modū ardet quoque: cissites & narcissites hederā pigit, astrapias fulminis radios ē medio candido seu cyaneo iaculat: phlegōtites incēditū int⁹ ostēdit, quod nō exeat: ī anthracitide videas scitillas quasdā discurreres: crocias croci colorē reddit: rhodites rō

se, chalcites aris, acetites aquilã exprimit, cauda candidioris pavonis pieturam habet, chelidonia aspidis; myrmecites innatam habet formice repetitis imaginẽ, cantharias scarabæi totũ exprimit, scorpites scorpiũ mire depingit. Sed quid ego hæc persequor, quæ sunt innumera, quum nulla sit naturæ pars vel in elementis, vel in animantibus, vel in plantis, quã illa veluti lascivians nõ expresserit in gẽmis? Miraris in hac gemma buffonẽ expressum? M. Miror naturæ tantũ esse otij, vt sic ludat omniũ rerũ imitatione. o. Vult exercere curiositatem humani ingenij, nõsque vel sic ab otio propellere. Et tamen quasi nihil sit quo fallamus tepidũ tẽporis, insanimus in moriones, in aleas, in præstigiariũ ludibria. M. Verissima prædicas. o. Addũt quidã nõ leues, hoc gẽmarũ genus si admoueas aceto, innatare, motis etiã mẽbris. M. Quibus buffonem addunt virgini? o. Quia hæc spurcitiẽ omnem, virulentiam, fastum, auaritiã, & quicquid est terrenarũ cupiditatum, vicit, calcavit, extinxit. M. Væ nõbis qui tantum buffonũ geramus in pectore. o. Puri erimus, si sedulo colamus virginẽ. M. Quomodo gaudet coliso. Gratissimũ illi cultũ præstiteris, si fueris imitatus. M. Numero dixisti, sed isthuc perdifficile est. o. Est fanẽ, sed idem pulcherrimũ est. M. Age, perge quod cœperas. o. Deinde cõmonstrat aureas argenteasq; statuas. hæc, inquit,

V.V.

merè aurea est, hæc argentea inaurata
 addit singulis pondus, pretiū, ac domi
 authorē. Quū ad singula mirabundus
 gratularer virgini tam beatam opulen
 tiam: mystagogus, quoniā inquit, vi
 deo te pium spectatorem, nō arbitror
 æquū, vt te quicquid celem, videbis quæ
 virginis sunt secretissima: simulq; des
 promit ex ipso altari mūdū rerū admī
 rabiliū, cuius singulas partes si pergā
 recēdere, dies hic nō suffecerit narratio
 ni. Sic illa sanè peregrinatio mihi felici
 sime cessit. Expletus sum affatim spe
 ctaculis, & hoc inestimabile donū me
 cū aufero, pignus ab ipsa virgine datū.
 M. Nullūmne fecisti periculū quid va
 leat lignū tuum? o. Feci, in diuersorio
 quodā ante tridū reperi quēdā mēte
 captū, cui iā parabantur vincula, lignū
 hoc suppositū est illius cervicali clam
 ipso, obdormijt somno profundo pari
 ter ac prolixo, mane surrexit integræ
 mētis. M. Nō fuerat phrenesis, sed par
 omnia fortassis. Huic malo solet mederi
 somnus. o. Quū libabit iocari Menede
 me, fac aliā tibi quæras materiā: in di
 uos iocis ludere, nec piū est, nec tutū.
 Igitō vit ipse narrabat sibi in sōnis ap
 paruisse mulierē admirāda specie, quæ
 poculū ipsi porrēxerit. M. Elleborū opi
 nor. o. Istiuc incertū est, illud certissi
 mum, hominē mētis esse compotē. M.
 Præteristi Thomā Cantuariensem ar
 chiepiscopum? o. Minime gentiū. Nul
 la peregrinatio religiosior. M. Audire

gestio nisi molestum est. o. Imò te que-
 so vt audias. Cantium dicitur ea pars
 Angliæ, quæ Galliã & Flãdriã spectat.
 Huius metropolis est Cantuaria. In ea
 sunt duo monasteria penè contigua, v-
 trunq; Benedictinos habet. Id quod ha-
 bet diui Augustini titulũ: videtur an-
 tiquius: hoc quod nũc appellatur diu-
 Thomæ, sedes archiepiscopi fuisse vide-
 tur, vbi cũ paucis electis monachis vi-
 tam ageret, quẽadmodũ & hodie præ-
 fules habent ædes ecclesiæ cõtiguas, sed
 ab ædibus reliquorũ canonicorũ semo-
 tas. Olim enim ferè tam episcopi tum
 canonici, monachi erant. Id arguunt ma-
 nifesta rerum vestigia. Templum autẽ
 diuo Thomæ sacrum, tanta maiestate
 sese erigit in cælum, vt procul etiã in-
 stantibus religionem incutiat. Itaque
 nunc suo splendore vicini luminibus of-
 ficit, & locũ antiquitus religiosissimũ
 velut obscurat. Turres sunt ingentes
 duæ, procul veluti salutantes aduenas,
 mirorq; nolarum ænearum boatu lãge-
 latẽq; regionem vicinam personãtes.
 In vestibulo tẽpli, quod est ad austrũ,
 stant saxo sculpti tres armati, qui ma-
 nibus impijs virum sanctissimum tru-
 cidarũt, addita sunt gẽtis cognomina,
 Tulci, Fusci, Berrĩ. M. Quis tantũ ho-
 noris habetur impijs i o g. Videlicet
 idem honoris habetur ijs, quod habet-
 tur Iudæ, Pilato, Caiphæ, cohorti mili-
 tũ sceleratorũ, quos operose sulptos vt-
 des in auratis altaribus. Adduntur cos-
 v. vj.

gnomina, ne quis posthac vsurpet glo-
 riæ causa. Ingeruntur oculis, ne quis au-
 licus posthac inijciat manus vel in epi-
 scopos, vel in possessiones ecclesiæ. Nā
 tres illi satellites, à peracto facinore,
 versi sunt in rabiē, nec reddita mēs est,
 nisi implorato Thomæ sanctissimi fa-
 ctione. M. O perpetuam martyrū. clemē-
 tiā, o. Ingressis aperit sese spatiosa quæ-
 dam ædificij maiestas. Ea pars quosli-
 bet recipit, M. Nihilne illic visendū? o.
 Nihil præter structuræ molē, & libros
 aliquot columnis affixos, in quibus est
 euangelium Nicodemi, & sepulchrum,
 nescio cuius. M. Quid deinde? o. Cæce-
 li ferrei sic arcent ingressum, vt cōspe-
 ctum admittāt eius spatij, quod est in-
 ter extremā adū & chori, quē vocant,
 locum. Ad hunc, conscenditur multis
 gradibus, sub quibus testudo quædam
 aperit ingressum ad latus septētriona-
 le. Illic ostēditur altare ligneum diuæ
 virginis sacrum, pusillum, nec vlla re vi-
 sendū, nisi monumēto vetustatis, luxū-
 hīs temporibus exprobrātis. Illic vir-
 gini dicitur extremū, vnde dixisse vir-
 gini, quum mors immineret. In præ-
 cuspis gladij, quo præfectus est verter-
 optimi præfulis, eo cerebrū confusum,
 videlicet quo mors esset præfētior. Hu-
 ius ferri sacram rubiginē amore mar-
 tyris religiose sumus exosculati. Hinc
 digressi subimus cryptoporticū, ea hæ-
 bet suos mystagogos, illic primū exhibe-
 tur caluaria martyris perforata, relic-

qua, tecta sunt argento, summa citius
 pars nuda patet osculo. Simul ostendit
 tur plumbea lamina Thomæ Acrensis
 titulum habens insculptum. & pendent
 ibidem in tenebris indusia cilicina, cin-
 gula, subligariâq; quibus antistes ille
 subigebat carnē suâ, ipso aspectu hor-
 rorem incutientia, nobisq; mollicie ac
 delicias nostras exprobrantia. M. Fortasa-
 sis & monachis ipsis. o. Isthaec de re nec
 affirmare possū, nec negare, nec refert
 quidem mea. M. Vera narras. o. Hinc re-
 dimus in chori locum. Ad latus septē-
 trionale referantur arcana, dictu mirū,
 quantum ossium illinc prolatū sit, cal-
 uaria, menta, dentes, manus, digiti, inte-
 gra brachia, quibus omnibus adoratis
 fiximus oscula: nec erat futur⁹ finis, nisi
 qui mihi tum comes erat eius peregrī-
 nationis parum cōmodus, interpellas-
 set ostentandi studium. M. Quis iste? o.
 Anglus erat, nomine Gratian⁹. Pullus,
 vir eruditus ac pius, sed minus affectus
 erga partem hanc religionis quam ego
 volebam. M. Vicleuita quispiam, opi-
 nor. o. Non arbitror, etiam si libros il-
 lius legerat, incertum vnde nactus. M.
 Is offendit mystagogum? o. Prolatum
 est brachium adhuc carnē habens san-
 guinolentam, huius osculū exhorruit,
 ac vultu quoq; tedium quoddam præ-
 se ferebat. Mox sua recōdidit mystago-
 gus. Hinc spectauimus altaris tabulā
 & ornamenta, mox quę sub altari fue-
 rant recondita, opulēta omnia diceret

Midam & Croesum fuisse mendicos, si spectares vim auri atq; argēti. M. Hic nihil osculorum? o. Non, sed aliud vortorum genus tetigit animum meum. M. Quodnā? o. Suspirabam domi meae nihil esse talium reliquiarum. M. Sacri legum votum. o. Fateor, & supplex veniam precatus sum à diuo prius quàm pedem efferrem templo. Post hæc, ducimur in sacrarium, Deus bone, quæ illic pompa vestium holosericarum, quæ vis candelabrorum aureorum? Ibidem vidimus pedum diui Thomæ, videbatur arundo lamina argentea obuestita, minimum erat ponderis, nihil operis, nec altius quàm vsq; ad cingulum. M. Nulla crux? o. Nullam vidi. Ostensum est pallium, holosericum quidem, sed crasso filo, nullo auro, gemmisve insignē. Aderat & sudariū, sudoris ex colore contracti, manifestasq; sanguinis notas retinens. Hæc vetustæ frugalitatis monumenta libenter sumus exosculati. M. Ista non ostenduntur quibuslibet. o. Nequaquam ò bone. M. Vnde tibi tantum est habitum fidei, vt nihil arcani celaretur? o. Erat mihi nonnihil notitiæ cum R. P. Guilhelmo Vuaramo archiepiscopo, is me tribus verbis commendauit. M. Ex multis audio virum singulari præditū humanitate. o. Quin potius dicas ipsam esse humanitatem, si noris. Iam ea doctrina, ea morū sinceritas, ea vitæ pietas, vt nullā absoluti præsulis dotem in eo desideres. Ab his

igitur deducimur ad superiora. Nam post altare summū rursus velut in novum templū ascenditur. Illic in sacello quodā ostēditur tota facies optimi viri inaurata, multisq; gēmis insignita. Hic casus quidā inopinatus penē totā illam felicitatē interturbavit. M. Expecto quid mali dicas. o. Hic minimum iniit gratiæ comes meus Gratianus. Is à precatiuncula rogavit mystagogum assessorē. Heus, inquit, bone pater, verūne est quod audio, Thomā dū viveret fuisse benignissimū erga pauperes? Verissimum, inquit ille. Cœpitque multa de illius erga tennes beneficentia cōmemorare. Tum Gratianus, Non arbitror eum affectum in illo mutatū esse, nisi forte in melius. Assensus est mystagogus. Rursum ille, Quū igitur vir sanctissimus tam liberalis fuerit in egenos, quū adhuc pauper esset, & ipse præsijs pecuniarum egeret ob corpusculi necessitatē, an non putas æquo animo laturum nunc quū tam opulentus sit, nec vllius egeat, si qua mulier paupercula, domi habens liberos famelicos, aut filias ob dotis inopiā de pudicitia periclitantes, aut maritū morbo decumbētem, omnibūsq; præsijs destitutū, precata veniā, detrahat ex his tantis opibus aliquam particulā, sublevandæ familiæ, velut à volente sumens vel dono vel mutuo? Ad hæc quum nihil responderet assessor capitis aurei, Gratianus, vt est vehemēs, ego, inquit,

planè cōfido sanctissimū victimā etiam
 gauisurum, quòd mortuus quoq; suis
 opibus subleuaret inopiā pauperū. Ibi
 mystagogus corrugare frontem, porri-
 gere labra, Gorgoneis oculis nos obtu-
 eri nec dubito quin spūto conuitijsq;
 nos eiecturus fuerit è templo, nisi cō-
 gnouisset nos ab archiepiscopo cōmen-
 dados. Equidem vtcūq; placui blādis
 verbis iram hominis, negans Gratianū
 quicquam horum ex animo loqui, sed
 suo more ludere, simūlq; drachmas ali-
 quot depositi. M. Ego sanè tuā pietatē
 vehementer approbo. Verum mihi nō
 nunquam serio venit in mentem, quo
 colore possint excusari à crimine, qui
 tantū opam infumunt templis extruē-
 dis, ornādis, locupletādis, vt nullus om-
 nino sit modus. Fateor in sacris vestia-
 bus, in vasis tēpli, deberi cultui solēni
 suā dignitatē, volo & structurā habere
 maiestātē suam. Sed quorsum attinent
 tot baptisteria, tot candelabra, tot sta-
 tuæ aureæ: quorsum organorū, quæ vo-
 cāt, immensi sumptus: nec vnici inter-
 rim cōtēti sumus: quorsum ille musi-
 cus hīnētus, magno censu cōducēdus,
 quū interim fratres & sorores nostræ,
 viuāq; C H R I S T I tēpla siti famēq;
 cōtabescāt. In his quidem nemo vir
 pius ac prudēs modū nō desiderat: ve-
 rum quoniam hoc vitium ex immodica
 quadam pietate nascitur, fauorem pro-
 meretur, præsertim quoties in mētem
 venit diuersus morbus istorū qui tem-

pla suis opibus spoliât. Ista ferè donan-
 tur à potētibus ac monarchis, deterius
 peritura in aleam ac bellum. Et si quid
 hinc alienes, primū habetur pro sacra
 legio, deinde contrahunt manus suas
 qui dare solent, insuper & invitatur ad
 rapinam. Igitur harum rerū magis illi
 custodes sunt quàm domini. Denique
 malim videre tēplum sacra supellecti-
 le luxuriās, quàm, ut sunt quaedam nos-
 tra, sordida, stabulis equorum similiora
 quàm templis. M. E. At legimus olim
 laudatos episcopos, quòd vasa sacra di-
 uēdiderūt, eaque pecunia subuenerunt
 egenis. O. Laudantur & hodie, sed lau-
 dantur tātum, imitari nec licet, nec li-
 bet, opinor. M. Remoror tuam narra-
 tionem. Nunc expecto fabulæ catastro-
 phen. O. Accipe, paucis expediam. In-
 ter hæc, prodijt summus ille mystago-
 gus. M. Quis nā? abbas loci f. O. Mitrā
 habet, census habet abbaticos, solo no-
 mine caret, & Prior dicitur ob id, quòd
 Archiepiscopus abbatis loco est. Nam
 antiquitus quisquis erat eius ditionis
 Archiepiscopus, idē erat & monachus.
 M. Equidem vel camelus appellari sus-
 tineam, si census esset abbate dignus.
 O. O. X. Mihi quidem visus est. vir pius
 iuxta & prudens, neque Scoticæ Theo-
 logiæ rudis. Is nobis aperuit thecam,
 in qua reliquū sancti viri corpus quies-
 scere dicitur. M. E. Vidisti ossa? O. G. Id
 quidem fas non est, nec liceret nisi ad-
 motis scalis: sed auream thecam the-

ea contēgit lignea, ea funibus sublata,
 opes nudat inestimabiles. M. Quid au-
 diot? o. Vilissima pars erat aurum, gē-
 mis raris ac prægrandibus collucebant,
 nitebant ac fulgurabant omnia: quæ-
 dam superabant oui anserini magni-
 tudinem. Ibi multa cum veneratione
 circumstabant aliquot monachi, subla-
 to tegumēto adorauimus omnes. Pri-
 or candida virga demonstrabat conta-
 ctu singulas gemmas, addens nomen
 Gallicū, pretium & authorē doni. Nā
 præcipuas Monarchæ dono miserant.
 M. Oportuit illum esse præditum insi-
 gni memoria. o. Recte coniectas, quæ-
 quam iuuat & exercitatio, frequenter
 enim hoc agit. Hinc reducit in cryptos-
 porticū. Illic domicilium habet virgo
 mater, sed subobscurū, semel atq; ite-
 rum ferreis cancellis circumseptā. M. E.
 Quid metuit? o. Nihil opinor, nisi fur-
 res. Nec enim vnquā vidi quicquid diui-
 tijs onustus. M. E. Cætas mihi diuitias
 narras. o. G. Admotis lucernis vidimus
 plusquam regale spectaculum. M. Vincit
 opibus Parathalassiam? o. G. Specie
 longe superat, abstrusa nouit ipsa. Hæc
 nō ostēditur, nisi magnatibus, aut præ-
 cipuis amicis. Postremo reducimur in
 sacrarium, illic detractum est scrinium
 nigro contectam corio, depositum est
 in mensam, apertū est, mox omnes flex-
 is genibus adorarūt. M. Quid inerati?
 o. Fragmenta quædam linteorum lace-
 ra, pleraq; mucæ vestigium seruatis.

His, ut aiebant, vir pius extergebat sudorem à facie siue collo, pituitã à naribus, aut si quid esset similiũ fœdium, quibus non vacant humana corpuscula. Ibi meus Gratianus rursũ non optimam iniit gratiã. Huic & Anglo & noto, nec mediocris authoritatis viro. Prior benignus vnũ è linteolis obtulit dono, credens sese munus longe grauiissimũ offerre. Sed Gratianus hic parũ gratus, non sine fastidij significatione digitis contrectauit vnũ, & contemptim reposuit, porrectis labijs velut popysmũ imitans. Nã hic illi mos erat, si quid offenderet, quod tamen cõtemnendũ esse iudicaret. Meũ animũ simul & pudor & timor discruciabãt. Prior tamen, ut est homo nõ stupidus, dissimulabat hoc factũ, nõsq; post oblatum vini poculum humaniter dimisit. Quũ rediremus Londinum. M. Quid oportuit, quam iam nõ procul abesses à litore tuo? Sic est. Sed ego litus illud perquam lubens fugi, magis infame fraudibus, ac rapinis, quam vllæ sunt Maleæ naufragijs. Dicã quod proxima vidi traiectione. Complures è litore Caletiesi deuehebatur ad nauem maiorem. In his erat Gallus quidam iuuenis, pauper ac pannosus. Ab hoc exigunt dimidium drachmæ. Tantum enim extorquent è singulis ob breuissimam vocationem. Ille excusabat paupertatem, isti per iocum explorant scilicet, ac detractis calceis inter suppa-

Etas soleas reperiunt decem aut duodecim drachmas, eas eripiunt palam ridentes, & cōuicijs ludentes in sceleratum Gallum. M. E. Quid iuuenis? O. Quid aliud? Flebat. M. E. Num ex auctoritate faciebant ista? O. Proorsus eadem qua futantur sarcinas hospitum, qua tollunt erumenas, si quando datur opportunitas. M. Mirum est istos tantū audere facinus, tot testibus cōscijs. O. S. Sic assueuerunt, vt recte fieri putent. Spectabant è maiore nauī cōplures, in cymba aderāt aliquot Angli negotiatores qui frustra obmurmurabāt. Illi velut in re faceta gloriabantur, deprehēsum sceleratum Gallum. M. Ego istos maritimos fures ludens ac iocans subigerem in crucem. O. Atqui talibus scetet vtrunq; litus. Hic mihi coniecta, Quid domini faciant, quisint quī talia fures? Proinde posthac quasilibet ambages malim quā illud compensidum. Ad hęc, quemadmodum ad inferos facilis descēsus, sed reditus difficilissimus, ita per hoc litus ingressus non admodū facilis, exitus difficilissimus est. Hærebāt Londini nauatæ aliquot Antuerpienses, cum illis decteneram me mari committere. M. Habet ea regio nauatæ adeo sanctos? O. Vt simia semper est simia, fateor, ita nauata semper est nauata: verum si ad hos cōferas qui raptō viuere didicerūt, angeli sunt. M. Meminero si quando me quoq; libido cæperit eam insulam iuuicendi. Sed in

viam redi, vnde te deduxi. o. G. Ergo Londinū petentibus, haud procul à relictā Cantuaria, occurrit via vehementer caua simul & angusta, præterea decliuis, sic vtrinque abrupto aggere, vt non possis effugere: neq; vitari potest, quin hac facias iter. Ad eius viæ læuū latus, est mendicabulum aliquot feniculorū: ab ijs procurrat aliquis simulatq; sentiunt aduenientem equitem, cōspersit aqua sacra, mox offert calcei summam partem obuinctam greo circulo, in quo vitrum est gemmæ-specie. Ex osculati dant nummulum, m. In eiusmodi via malim mendicabulū feniculorum, quàm gregem valentium latronum. o. Gratianus equitabat mihi sinister, propior mendicabulo: conspersus est aqua, tulit vtcunque. Vbi porrigeretur calceus, rogabat quid sibi vellet. Ait calceum esse S. Thomæ. Incanduit homo, & ad me versus. Quid, inquit, sibi volunt hæ pecudes, vt osculemur calceos omnium bonorū virorū? Quin, calces opera porrigūt osculandum spiritum, aliāq; corporis excrementa? Miserebat me feniculi, datoque numulo consolatus sum tristem. m. Mea sententia, non omnino præter causam incanduit Gratianus. Si calcei soleæq; seruarientur vt argumentū frugalis vitæ, non improbarem: cæterū impudens est, soleas, calceos, & subligaria osculanda obtrudere. o. Præstabat ista non fieri, ne quid dissimulem: verū ex his re-

bus, quæ subito corrigi non possunt, sed
 leo si quid inest boni decerpere. Dele-
 ctabat interim animum meum illa cõ-
 templatio, virum bonum esse similem
 oui, malũ, noxiæ bestiæ. Vipera postea
 quàm perijt, mordere quidem non po-
 test, odore tamen saniæque inficit: ouis
 quum viuit, lacte nutrit, lana vestit, foe-
 tura ditat: mortua porrigit vtile coriũ,
 totaq; esculẽta est. Itidem viri feroces,
 & huic mundo dediti, dum viuunt, om-
 nibus incõmodi sunt, mortui strepitu
 nolarum, ambitiosa sepultura molesti
 sunt viuis, nonnunquam & successorũ
 inaugurationibus, hoc est nouis exa-
 ctionibus: probi vero nulla nõ ex par-
 te magnã omnibus de se præbent vti-
 litatem. Velut hic diuus, dum in viuis
 esset, exẽplo, doctrina, monitis ad pie-
 tatem inuitabat, consolabatur destitu-
 tos, subleuabat egenos: ac mortui penẽ
 maior utilitas, extruxit hoc locupletis-
 simum templũ, sacerdotum ordini per
 vniuersam Angliam plurimum autho-
 ritatis conciliauit. Hoc denique calcei
 fragmentum alit egenorum conuenti-
 culum. M. Est quidem ista pia cõtem-
 platio: sed demiror te, quum isto sis a-
 nimo, nunquam inuississe antrum S. Pa-
 tricij, de quo prodigiosa quædam vul-
 go iactant, nec mihi satis verisimilia.
 O G. Imò nulla hic tam prodigiosa po-
 test esse narratio, quin res ipsa superet.
 M E N. Ergo illuc quoque penetrastis
 O G. Enauigauit paludem vere Stygiam,

descēdi in fauces auerni, vidi quicquid
 apud inferos geritur. M E. Bearis me
 si non grauaberis referre? o G. Sit hoc
 colloquij nostri proœmiū, fatis, vt ar-
 bitror, proluxum. Eo domum, vt iube-
 am adornari cœnam: nam adhuc im-
 pransus sum. M E N. Quir imprāsus
 num religionis gratia? o G. Minime,
 sed inuidiæ causa. M E N E. Num inui-
 des ventri tuo? o. Imò rapacibus cau-
 ponibus, qui quum nolint quod æquū
 est apponere, tamen non verentur ab
 hospitibus quod iniquum est exigere.
 Eos sic vlcisci soleo. Si spes datur cœ-
 næ lautioris vel apud notum, vel apud
 pandocheum paulo minus sordidum,
 in prandio laborat mihi stomachus.
 Sin prandiū obtulit fortuna quale vo-
 lo, sub cœnā incipit dolere stomachus.
 M E N E. Non pudet videri parcum, ac
 sordidum? o G Y. Menedeme, qui talis
 bus in rebus pudoris impendium facie-
 unt, crede mihi, male collocant sum-
 ptum. Ego meum pudorem alijs vsu-
 bus seruare didici. M E N. Iam sitio re-
 liquum fabulæ: quare me in cœnā ex-
 pecta conuiuam, ibi narrabis commo-
 dius. o G Y. Equidem habeo gratiam,
 quòd vltro tenet offers cōuiuam, quū
 multivehementer rogati pernegēt: sed
 hæc tibi conduplicabitur gratia, si ho-
 die domi cœnes. Nam mihi tēpus hoc
 sumetur salutandæ familiæ. Sed habeo
 consilium vtrique nostrum commodi-
 us. Cras mihi vxorique meæ domi tuæ

adornato, prandium, tum vel vsque ad
 cenam proferentur fabulae, donec te fa-
 tearis iam esse faturum : & si voles ne
 in cena quidem te destituemus. Quid
 scabis caput? Tu para, nos bona fide ve-
 niemus, M. Malim inemptas fabulas.
 Verum age, prandiolum dabitur, sed in-
 sipidum, nisi tu bonis fabulis condias.
 o G. Sed heus tu, nonne titillat te ani-
 mus, vt has peregrinationes obeas? M.
 Fortasse titillabit vbi tu peroraueris,
 nunc, vt affectus sum, sat habeo statio-
 nes obire Romanas. o. Romanas, qui
 Romam nunquam videris? M. Dicam.
 Sic domi obambulo, ingredior concla-
 ue, curoque vt salua sit filiarum pudic-
 itia. Rursus hinc in officinam contem-
 plor quid agant famuli famulaeque. Inde
 in culinam circumspectans, si quid opus sit
 admonitu: hinc alio atque alio observans
 quid agant liberi, quid vxor, sollicitus
 vt omnia sint in officio. Haec mihi sunt
 stationes Romanae. o G. At ista pro te
 curaret diuus Iacobus. M. Vt ipse cu-
 rem ista, praecipunt sacrae literae: vt di-
 uis committam, nusquam legi praecipit.

I X Θ Y O Φ A Γ I A .

L A N I O , S A L S A M E N T A

R I V S .

Dic mihi insulissime falsamentarie,
 nondum emisti restim? s. estim?
 Lanio? L. A. Ita restim. s. A. L. Cui tan-
 dem rei? L. A. Cui, nisi suspēdio? s. A. L.
 Emant alij, me nondum vsque adeo tū

det huius vitæ. L A. At breui tēdebit
 s. In vatem ipsum ista vertat deus ali
 quis potius. Sed quid est malis? L A. Si
 nescis, dicā. Instat tibi tuisq; planè Sa
 guntina, quod aiunt, fames, vt res pla
 nè sit vobis ad laqueū reditura. s. Bo
 na verba Lanio. Ista sint hostibus no
 stris. Vnde nobis ex lanio repēte pro
 disti Pythius quispiam, vt diuines tā
 tam calamitatem? L. Non est diuina
 tio, ne tibi blandiaris, res ipsa adest in
 foribus. s. Enecas, æde rem, si quid ha
 bes. L. Ædam tuo magno malo. A Ro
 mano senatu venit edictū, vt posthac
 liberum sit cuique vesci quibus velit.
 Quid igitur tibi tuoque ordini restat,
 nisi bulimia cū putribus salsamētis? s.
 Per me quidem vel limacibus, vel vr
 ticis vescatur, qui volet. At num inter
 dictum est cuiquam ne vescatur pisci
 bus? L. Non, sed data potestas vescens
 di carnibus quibus fuerit collibitū. s.
 Siue vana prædicas, tu potius dign⁹ es
 suspendio: siue vera, tibi potius paran
 dus funis. Nā mihi posthac spero que
 stum vberiolem. L A. Imò prouentū
 vberimum; sed esuritionis vsq; ad sa
 turitatem: aut si mauis audire lētiora,
 posthac lōge mūdi⁹ viues, neq; quod
 soles, cubito nasum emunges pituito
 sum & scabie fruticantem. s. Ohe, ve
 nimus! ad summum, cæcus conuitia iac
 cit in luscū, quasi vero quicquā apud
 laniones purius sit ea parte corporis,
 quæ dicitur semper lotionē superior.

Utinam verū esset quod annuntias, at
 vereor ne me conijcias in falsum gau-
 diū. L. Tibi quidem nimirū vera nun-
 tio. Sed vnde tibi quæstum promittis
 vberiorē? s. Quoniam eò video re-
 cidisse mores hominum, vt quod veti-
 tum sit, impotētius appetāt. L. Quid
 tum postea? s. A. Quia plures abstinere
 bunt ab esu carnū, vbi permissa est ves-
 scendi potestas, nec vllum erit lautum
 conuiuium absq; piscibus, quēadmodū
 apud priscos fieri consuevit. Itaq; car-
 nium esum permissum gaudeo, vtinā
 & pisciū esus esset interdictus: auidius
 his vescerentur homines. L. Pium me
 hercule votum. s. A. L. Hoc optarē, si
 quod tu facis, nihil aliud spectarem q̄
 pecuniæ lucrū, cuius amore tu crassam
 istā & carniorā animam dijs manib⁹
 deuouisti. L. A. Salsus es totus, quū in-
 falsa sit oratio. s. Quæ ratio commo-
 uit Romanos, vt tot seculis obseruatā
 legem carnariā relaxarint? L. Nimirū
 hoc ipsa res iam dudū illis persuasit.
 Reputant id quod est, per falsamenta-
 rios inquinari ciuitatem, infici terram,
 flumina, aerem, & ignem, & si quod al-
 liud est elementum: corrumpi corpora
 mortaliū: ex piscium enim esu, corpus
 impleri putribus humoribus: hinc fe-
 bres, tabes, podagræ, epilepses, lepræ, &
 quid non malorum? s. Dic igitur mi-
 hi Hippocrates, quur in ciuitatib⁹ be-
 ne institutis vetitum est intra mœnia
 mactare tauros ac fues? Rectius etiam

consuleretur salutem ciuium, si nec pecudes iugularentur. Quur lanijis describitur certus locus, ne si passim uiuant, totam urbem reddant pestilentem? An est vllum foetoris genus corrupto animantiū cruore saniēq; pestilentius? L. Aromata mera sunt si ad piscium putorem conferas. s. Tibi quidē, opinor, aromata mera sunt, at nō idem visum magistratibus, qui vos ab vrbe submovent. Porro quā suauiter oleant vestrae istae lanienae, declarāt ij qui nariibus obturatis praeterūt: declarāt vulgo, qui malunt habere vicinos decem lenones quā vnum lanionem. L. At vobis ad abluenda putria salsamenta, nec lacus nec amnes toti sufficiūt: vestraeq; quod dici solet, inaniter aquā cōsumitis. Semper enim piscis piscē olet, etiam si vnguentis oblinas. Quid autē mirum, mortuos sic olere, quum pleriq; viui mox vt capti sunt, oleāt? Carnes muria cōditae, seruantur multos in annos, adeo non putentes, vt aromaticum quiddam redoleant. Rursus vulgari sale conditae, durant absq; foetore. Duratae fumo ventōve, nihil molesti odoris contrahunt. Hęc omnia, si pariter adhibeas pisci, nihil aliud q̄ piscē olebit. Vel hinc cōijce, nullum esse putorem cum pisciū foetore conferendū, quod ab his putrefit etiā ipse sal, i hoc a natura datus, vt a reb⁹ arceat putrefactionē, dū genuina vi claudit cōstringatq; simul & excludens quod extrin⁹

secus noxam afferre possit, & humores
 int⁹ vnde putrefactio poterat oriri, de
 sicans, in solis piscibus sal non est sal.
 Nostras ædes fortassis aliquis delicati⁹
 or præteriens obturat nares: at nemo
 sustinet in cymba sedere, in qua vestra
 sunt falsamēta. Viatori, si quādo occur
 runt plaustra onusta falsamentis, quæ
 sibi fugas quæ nariū obturatio: quæ spu
 ta: quæ excreatio: Et si quā fieri possit,
 vt falsamenta pura in urbē adueherē
 tur, quēadmodum nos. maçtatorū boū
 carnes apportamus, lex non dormiret:
 nunc quid facias ijs, quæ putria sunt
 etiam quū comeduntur: Et tamē quo
 ties videmus ab Agoranomis damnæ
 tas merces vestras conijci in flumen,
 vobis indicta mulcta: Id vero sapius
 etiam fieret, nisi illi corrupti per vos
 magis spectarēt priuatū commodū, q̄
 publicam salutem. Nec hac tantū parte
 nocetis Reipub. sed impia conspira
 tione vetatis, ne aliunde pisces recen
 tiores aduehātur in ciuitatē. s. Quasi
 vero nullus vnq̄ viderit mulcta percuf
 sum lanionē, quod porcū insyncerum,
 & linguæ maculis lepræ vitiū profite
 tem vendiderit, aut quod ouem aquis
 coenove suffocatam, aut alioqui vermi
 tantes armos, lotionē & circumlito re
 centi cruore vitium dissimularit. 1. A.
 Atqui nullū ex nobis tale extat exem
 plum, quale nuper ex vobis: ex vnica
 anguilla crusto panis incocta, periere
 pouem conuiuæ. Talibus obsonijs vos

instruitis: mensas civiū. s. Casum narra-
ras, qui nemini vitari possit, si fortuna
velit. At vobis penē quotidianum est;
pro cuniculis altilis feles vendere, pro
leporibus canes, si per auriculas & per
des hirsutos liceret. Quid autē cōmer
morem artocreas ex humanis carnib?
confectas? L. Tu quod in me damna-
bas, casus & hominum vitia mihi op-
probras, tueantur ista qui committūt
ego quæstum cum quæstu confero. Al-
ioqui damnētur & oktōres, quod in-
terdum imprudētes pro caule vendāt
cicutā aut aconitū: damnētur & phar-
macopolæ, quod interdū pro remedijs
porrigunt venena. Nulla est ars tā in-
culpata, quin isthæc incidat mala. Vos
quū omnes officij numeros implene-
ritis, venenū est quod venditis. Si tor-
pedinem, si hydram, si leporem mari-
num retibus admixtū cum cæteris vē-
deretis, casus esset non crimen, nec ma-
gis imputari poterat vobis q̄ medico,
qui nonnunquam occidit legum quæ
cubat. Ferri poterat hoc malum, si mē-
sibus duntaxat hybernis extruderetis
vestra purulenta: rigor temporis miti-
garet pestilentiam. Nunc æstatis incē-
dio putrem additis materiam, autum-
num per se nocentem redditis nocens-
torem. Quūque iam se renouat an-
nus, & humores cōditi sese rursus pro-
ferunt, nō absque corporum periculo,
ibi vos totos menses duos tyrānidem
occupatis, & anni renascentis infantia

accersito senio vitiatis . Quamq; hoc
 meditetur natura, vt corpora succis in
 salubrib⁹ repurgata, nouis succis repu-
 bescant, vos ingeritis meros putores
 merasq; fanies: & si quid est in corpo-
 ribus vitij, augetis, malū malo adijciē-
 tes, & bonos insuper corporis succus
 corrūpētes. Tolerari poterat hoc quo-
 que, si tantum corpora vitiaretis, nunc
 quoniam ex ciborū differentijs. vitiā-
 tur animorū organa, fit vt ipsi vitiē-
 tur animi. Tales ferè videas homines
 istos pisculētos, quales sunt ipsi pisces,
 pallent, olent, stupent, muti sunt. s: O
 nouum Thaletem. Quid igitur sapiūt
 qui betis viciant? nimirum quantum
 ipse betæ. Quid sapiunt qui boues &
 oues & capras deuorant? nimirū quod
 boues, oues & capræ. Vos hoedos pro
 delitijs venditis, & tamen hoc animal
 vt est morbo comitiali obnoxium, ita
 gignit eundem morbū in his qui gau-
 dent esu carniū. An non prestabat sal-
 samentis placere latrātem stomachū?
 L. Quasi solū hoc mentiti sint rerum
 naturalium scriptores. Et si maxime ver-
 rum sit quod narrāt, corporibus mor-
 bo obnoxijs. saepe quæ per se optima
 sunt, pessima sunt. Ecticis ac phthisi-
 cis vendimus hoedos, nō vertiginosis.
 s. A. Si piscium esus tantam perniciem
 adfert rebus mortalium, quur nobis præ-
 salum ac principum sententia licet to-
 to anno nostras merces diuendere, vos
 bis bonā anni partem indictæ sunt se-

riæ? L. Istud quid mea refert. Fortassis hoc procuratum est à malis medicis, quo quæstus ipsis esset vberior. S A L. Quos malos medicos mihi cōmemoras, quū nulli sint piscib⁹ hostes æque capitales? L. Ne quid erres ó bone, nō faciūt hoc studio vestri, nec amore piscium, quū ab his nulli religiosius abstineant, suum agunt negotium. Quo plures tussunt, languent, ægrotāt, hoc illis annona benignior est. S. Medicis hic non patrocinator, ipsi suam vicem ulciscuntur, si quando in casses illorum incideris. Mihi pro mea causa sufficit veterum sanctimonia vitæ, probatissimorum authoritas, episcoporum maiestas, publica Christianarum gentium consuetudo, quos omnes si dānabis insanie, malo cum illis insanire, quàm cum lanijis esse sobrius. L A. Tu recusas pātronus esse medicis, ego nolim esse criminator aut censor veterū publicæ ve cōsuetudinis. Ista venerari soleo, non incesse. S. Isto quidem nomine cautus es verius q̄ pius lanio, nisi te prorsus non noui. L. Meo iudicio sapiunt, qui cauēt ne quid habeant rei, cum his qui fulmen habent in manib⁹. Attamen quid ex meis Biblijs, quæ populari lingua versa nōnunquam lego, sentiam, non tacebo. S. Ut nunc fies ex lanione theolog⁹. L. Arbitror primos illos homines simulatq; ex vda argilla prodierūt, fuisse corpore salubri ac succulēto. Id declarat illorū viuacitas. Deo

inde paradifum fuiffe locū multo com̄
 modiffimū fitu cœlōque faluberrimo.
 Tali loco talia corpora, vel aeris hau-
 ftus, herbarū, arborū ac florum vndiqz
 aspirantium fragrantia, citra cibū vllū
 potuiffe viuere, præfertim quā vltro
 citra sudorem hominis affatim tellus
 effunderet omnia, nec morbus, effet vl-
 lus, nec fenium. Cultus enim talis hor-
 tū, voluptas erat verius quā labor. s.
 Adhuc verifimilia prædicās. L. Ex tā
 vario horti feraciffimi prouentu, nihil
 interdictum eft præter vnicā arborem.
 s. Veriffimum eft. L. Id'qz non ob a-
 liud, nifi vt per obedientiā agnofcerēt
 dominū & conditorem furū. s. Recte.
 L. Quin & illud arbitror, recentē ter-
 ram omnia progenuiffe feliciora, me-
 liorisqz fucci, q̄ nunc gignit fenefcens
 ac propemodam effœta. s. Efto. L. A.
 Id'qz præcipue in paradifo. s. A. Haud
 diffimile veri. L. Illic igitur vefci, vo-
 luptatis erat, non neceffitatis. s. Audi
 ui. L. A. Et abftinere à laniandis ani-
 mantib⁹, humanitas erat nō fanctitas.
 s. A. Nefcio. Animantium eſum à dilu-
 uio permiffum lego, prius interdictū
 non lego. Quorfum autem attinebat
 permittere, fi iam permiffus erat? L.
 Quare non vefcimur ranis? Non quia
 vetite, fed quoniam abhorremus. Qui
 ſcis, an Deus illic admonuerit, quem
 eibum requireret humana fragilitas,
 non quē permetteret? s. Nō fum ario-
 lus. L. Atqui in ipfo ſtatim cōditi ho-

minis initio legimus, Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animalibus, quæ mouetur super terram. Quis vsus dominij, si vesci nõ licet? s. O crudelem herum. Itane deoras seruos & ancillas, tuos liberos & vxorẽ? Quin eadem opera vesceris matula tua, cuius dominus es? l. Sed audi vicissim insulse falsamentarie: E cæteris vsus est, nec est inane dominij nomen. Equus vehit me tergo, camelus gestat sarcinas: è piscib⁹ vero quis vsus nisi vescaris? s. Quasi vero nõ sint immura ex piscibus remedia. Deinde multa sunt in hoc tãtũ cõdita, vt delectent hominem contemplantem, & in conditoris admirationẽ rapiãt. Forte nõ credes delphinos hominẽ tergo vehere. Deniq; sunt pisces, qui nobis prædicãt imminere tempestatẽ, velut echinus. An non talem seruum, optares domituz? l. Verum vt hoc largiamur, ante diluuium non fuisse fas vesci cibus, præterquam terræ frugibus, nihil magni erat abstinere ab ijs, quæ non requirebat corporis necessitas, & habebant laniandi crudelitãtẽ: illud fateris animãtiũ esum initio permissum ob humanorum corporũ imbecillitatẽ. Frigus induxerat diluuium: & hodie videmus in regionibus frigidis nasci homines, cæteris edaciores: ac terræ prouẽtũ vel extinxerat, vel corruerat inũdatio. s. Esto. l. Et tamẽ à diluuiõ præteribant annum ducentesimũ. s. Credo. l. Quur

igitur Deus quod illis robustis citra
 exceptionem permisit, post imbecillio-
 ribus æuiq; contractionis astrinxit, ad
 certa animantium genera, quæadmodum
 præcepit Moses. Quasi meum sit, eorum
 quæ Deus gerit rationem reddere. Arbit-
 ror tamen hoc tum fecisse Deum, quod
 solent heri, qui contrahunt indulgentiam
 in seruos, ubi vident illos abuti lenitas
 dominorum. Sic equo plus satis fero-
 cienti subducimus fabas & auenam, par-
 oisq; foeno pascimus, frenoq; & calcari-
 bus asperioribus subigimus. Excusserat
 hominum genus omnem reuerentiam,
 in tantamq; licentiam sese effuderat, quasi
 nullus omnino Deus esset. Hic inuenti
 sunt legis cancelli, ceremoniarum repagu-
 la, minarum ac preceptorum frena, quo vel
 sic resipiscerent. **L. Quin igitur manet
 hodie legis illius repagula.** Quia subla-
 ta est carnalis seruitutis asperitas, post
 eam per Euangelium adoptati sumus
 in filios Dei. Detractum est præ-
 ceptis, ubi contigit vberior gratia. **L.
 Quum Deus appellet suum testamentum
 sempiternum, quumq; CHRISTVS ne-
 garit se soluere legem, sed consummare,
 qua fiducia posteriores ausi sunt bonam
 legis partem abrogare? s. Gentibus ea lex
 data non erat, & ideo visum est aposto-
 lis, eas non onerare circumcisionis mo-
 lestia, ne quod Iudei faciunt & hodie, in
 corporalibus observationibus, constitueret
 salutis spem potius, quam in fiducia &
 charitate erga Deum. **L. Omitto gene-****

tes. Quæ scriptura manifeste docet, Iudeos si professionē Euangelicā fuerint amplexi, manumissos esse à Mosaicę legis seruitute. Quoniam id fore prædictū erat à prophetis, qui promittūt testamentum nouum & cor nouum, inducūtq; Deum abominantem festos Iudeorum dies, auersantem illorum victimas, detestantem ieiunia, reijcientē donaria, desiderantem populum circumciso corde. Confirmauit illorū promissa dominus ipse, qui porrigens discipulis corpus & sanguinem suum, appellat testamentum nouum. Si nihil aboletur de veteri, quur hoc dicitur nouū? Ciborum Iudaicum delectum nō exēplo quidem, sed sententia sua abrogauit dominus, quum negat hominē inquinari cibis qui mittuntur in stomachū, & per secessum repurgantur. Docet idē Petrus cōspecta visione, imō Petrus ipse cum Paulo ceterisq; vescens cibis communibus, à quibus lex præceperat tēperari. Agit hoc vbiq; Paulus in suis epistolis, nec dubitat, quin quod hodie sequitur populus Christianus, ab apostolis veluti per manus traditū ad nos deniq; peruenerit. Itaq; nō tā manumissi sunt Iudæi, q̄ à legis superstitione velut à lacte cōsuetō quidē & familiarari, sed iā itēpestiuo depulsi. Neq; lex abrogata est, sed ea pars iussa est cedere, quę iā erat otiosa. Frōdes & flores pollicēt fructū exoriturū, isvbi grauat arborem, nemo flores desiderat. Neq;

! x. vj.

quisquam deplorat perisse filij sui pueritiā, vbi iam ad ætatem maturā peruenit. Neq; quisquam requirit lucernas & funalia, vbi se terris deprōpsit sol. Nec habet quod queratur pædagogus, si filius iam puber suam libertatē sibi vindicat, ac pædagogū in sua vicissim habet potestate. Pignus desinit esse pignus, vbi promissa sunt exhibita. Sponsa prius quàm deducatur ad sponsum, epistolis ab illo missis sese consolatur, exosculatur munuscula ab illo venientia, picturas illum referentes amplectitur: cæterum vbi iam ipsius spōsi data est copia, præ huius amore negligit illa prius adamata. At Iudæi primū egrediebantur à consuetis, velut si puer assuetus lacti, iam grandis, mammam inclinet, cibum solidū fastidians. Itaq; propemodum vi depulsi sunt ab illis, vel figuris, vel vmbriis, vel tempotariis solatijs, quo se iam totos conuertāt in eum, quem lex illa promiserat & adhiberat. Quis expectarat tantū theologie à sacramentariis. Soleo pisculētum commeatum suppeditare nostræ ciuitatis Dominicano collegio: itaque fit, vt illi frequēter prædeāt apud me, ego nonnunquā apud illos. Ex eorum cōflictationibus hoc decerpsi. L. Næ turdigous es, qui ex sacramentario fias piscium recentium venditor. Verū illud expedi: Si Iudæus esses, neq; mihi satis liquet an sis, & immineret ex fame certū vitæ periculū, viscereris carne sua,

an mortē præoptares? Quid facturus essem, scio: quid mihi faciendū esset, nō dū intelligo. L. Deus utrūq; vetuit, nō occides, & non vesceris carne suilla. In tali casu utrū præceptū vtri par est cedere? Primum non constat, an hoc animo Deus vetuerit vesci suilla, ut mortē vellet oppeti potius, quàm esu vitæ cōsuli. Nam ipse dominus excusat Dauid, qui contra legis præceptum comederit sacros panes. Et in exilio Babylo-nico multa nō obseruata sunt à Iudæis quæ lex præscripserat. Proinde censerē eam legem, quā ipsa quoq; natura tulit, eòq; perpetua est & inuiolabilis, debere potiorē haberi ea, quæ neq; semper fuit, & post erat abrogāda. L. Quir igitur laudati sunt fratres Macchabæi, qui maluerunt duris cruciatibus exanimari, quàm carnē gustare suis? Opinor, quoniam hic esus à rege præscriptus cōplectebatur totius patriæ legis abnegationē, quemadmodū circūcisio, quam Iudæi gentibus obtrudere conabantur, continebat totius legis professionē, nō aliter q̄ arra data ad vniuersum contractū præstādum obligat. L. Itaq; si crassior illa legis pars post exortam Euāgelij lucē recte sublata est, quo cōsilio nūc videmus vel eadē, vel his grauiora reuocari, præsertim quū dominus iugū suū appellet suaue, & Petrus in Actis apostolorū, Iudæorū legē appellet durā, quā nec ipsi ferre potuerint, nec patres ipsorū? Sublata est cir-

cuncifio, sed successit baptifmus durior
 re propè dixerim conditione. Illa diffe
 rebatur in octauum diem, & fi quis in
 terim casus interceptiflet puerum, votū
 circuncifionis pro circuncifione impu
 tabatur: nos pueros vix dum è latebris
 vteri materni egressos in frigidā aquā,
 quæ q; diu in alueo faxeo constitit, nō
 non enim dicam computruit, totos im
 mergimus: & fi vel primo die, atque
 adeo in ipfo partus ostio perierit, nula
 parētum aut amicorum culpa, deditur
 miser æternæ damnationi. s. Sic
 iunt. l. Sublatū est sabbatum, imò non
 sublatū est, sed trāslatū in diē domini
 cū. Quid refert? Paucorū dierū ieiunia
 indixit lex Mofaica: nos illis quantum
 addidimus numerū? In delectu ciborū
 quāto liberiores Iudæi nobis, quibus li
 cebat vel totū annum vesci, ouibus, cap
 pis, perdicibus, & hœdis: Illis nullū ve
 stis genus erat interdictū, præter eam
 quæ esset lana linóq; cōtexta. Nūc præ
 ter tot vestium præscriptas & interdix
 ctas formas & colores, accessit capitis
 rasura, eaq; varia: ne commemorē inte
 rim confessionis onus, & constitutionū
 humanarum sarcinas, decimationes nō
 simplices, astrictū arctioribus vinculis
 matrimonium, nouas affinitatis leges,
 aliáq; permulta: quæ faciūt vt hac par
 te non paulo cōmodior videatur fuisse
 Iudæorū, q̄ nostra cōditio. s. Erras tota
 via Lanio. C H R I S T I iugū nō estima
 tur ad istā regulā, quā imaginariis, Pla

nibus astringitur Christianus, & astringitur ad difficiliora, denique ad poenam grauiorē: sed his adiūcta copiosior vis fidei & charitatis facit ea suauia, quæ natura sūt grauissima. L. Atq; quū olim spiritus specie linguarū ignearū ē celo delapsus, copiosissimo dono fidei & charitatis locupletarit credentiū pectora, quur detractū est legis onus, velut imbecillibus, ac sub iniqua sarcina periclitantibus? Quur Petrus iam afflatus spiritu vocat onus intolerabile? s. Detractū est ex parte, ne Iudaismus, vt coeperat, obrueret Euangelij gloriā, & ne legis odio gētes alienarētur à CHRISTO, inter quas erāt infirmi plurimi, quibus instabat duplex periculū, alterū ne crederēt, sine legis obseruatione neminē posse salutē cōsequi: alterū ne potius haberent in paganismo manere, quā Mosaicæ legis iugū accipere. Horum imbecilles animos oportebat velut esca quadam libertatis allicere. Rursus quo mederentur illis, qui negabant ex Euāgelij professione salutis esse spem citra legis obseruationē, circūcisionē, sabbatismos, delectus ciborū, aliāq; id genus aut prorsus sustulerunt, aut in aliud verterūt. Porro quòd Petrus negat se legis onus portare potuisse, non est referēdum ad eam personam, quam tum gerebat, quū illi iā nihil est intolerabile, sed ad crassos & infirmos Iudeos, qui nō sine tædio arrobebāt hordei tunicā, nondū gustata spiritus me-

dulla. L. Satis tu quidem crasse differis. Atqui mihi videtur & hodie non minus esse causarum, quur observationes istæ carnales hætenus tolli debeant, vt arbitrariæ sint, nō obligariæ. s. Qui sic! L. Nuper in linteo quodā amplissimo vidi totū orbē depictū. Illic didici quātula esset mūdi portio, CHRISTI religionē pure syncerēq; profitēs: nimirū Europæ particula vergēs ad occidentem, rursus altera vergēs ad septētrionem, tertia tendens, sed procul, ad meridie: ad oriētē vergētis quartæ postrema videbatur Polonia. Reliquus orbis aut Barbaros habet, non ita multum à brutis animātibus differētes, aut schismaticos, aut hæreticos, aut vtrunq; s. At non vidisti totū illud litus Austriacum, & sparsas insulas Christianis insignibus notatas? L. Vidi, didiciq; illic auctas prædas, Christianismū inductū non audiui. Quū igitur tam ampla sit messis, videtur hoc esse cōsultissimum ad religionē Christianam propagandā, quemadmodū apostoli sustulerūt onus legis Mosaicæ, ne gentes resiliirent: ita nunc ad illiciendos etiā imbecilles, tolli quarundam rerum obligationes, sine quibus initio seruatus est orbis, & nūc seruari posset, modo adsit fides & caritas euangelica. Rursus audio vidēos que plurimos esse, qui in locis, vestibus, cibis, ieiunijs, gesticulationibus, cātibus, summam pietatis constituūt, & ex his proximū iudicāt, contra præces

ptum. euangelicum. Vnde fit, vt quum omnia referantur ad fidem & charitatem, harum rerum superstitione extinguatur vtrūq;. Procul enim abest à fide euangelica, qui fidit huiusmodi factis: & procul abest à charitate Christiana, qui ob potū aut cibum, quo recte quis vti potest, exasperat fratrem, pro cuius libertate mortuus est **C H R I S T V S**. Quam amarulentas contentiones videmus inter Christianos, quam inimicas calumnias ex veste aliter cinctā tinctāve, ex cibo quem porrigunt aquæ, & quem porrigunt pascua! Hoc malum si ad paucos serpsisset, contēni poterat. Nunc videmus vniuersum orbem ob hæc diffidijs exitiabilibus conuerti. Hæc & huiusmodi si tollerentur, & nos maiori cōcordia viueremus, neglectis ceremonijs, ad ea tantum contententes quæ docuit **C H R I S T V S**, & reliquæ nationes citius amplecterētur religionem cum libertate cōiunctā. s. Extra ecclesiæ domum, nō est salus. **L. Fateor. s. Extra ecclesiam est, quisque non agnoscit pontificem Romanū. L. Non reclamo. s. Sed hunc non agnoscit, qui illius præscripta negligit. L. Atque ideo spero futurum, vt hic pontifex nomine Clemēs, animo pietatēq; clementissimus, quo magis omnes nationes ad ecclesiæ sodalitatem alliciat, omnia mitiget, quæ hactenus visa sunt aliquot populos à Romanæ sedis fœdere alienare, potiúsque habeat euange-**

hij lucrum, quàm suum in omnibus ius
 persequi. Audio quotidie veteres que-
 rimoniae de annatis, de condonationibus,
 de dispensationibus, deq; reliquis
 exactionibus, de grauatis ecclesijs : sed
 arbitror huc ita moderaturum omnia, vt
 posthac impudens sit, qui pergat queri-
 s. Vtinam idem facerent omnes monar-
 chae. Nihil addubito quin res Christia-
 na nunc in arctum coacta felicissime sit
 proferenda, si gentes barbarae senserint
 se vocari non ad seruitutem humanam: sed
 ad libertatem euangelicam, nec ad rapinam
 expeti, sed ad felicitatis & sanctimoniae
 consortium. Vbi coaluerint: & in nobis
 mores vere Christianos compererint,
 vltro plus offerent, quàm ab eis vlla vis
 queat extorquere. L. Id breui futurum
 auguro, si pestilens Ate, quae duos po-
 tentissimos orbis monarchas funesto
 bello commisit, abierit *εξ οὐρανοῦ*. s. Atq;
 ego demiror iamdudum non esse factum,
 quum Francisco nihil fingi possit huma-
 num, & Carolo Caesari arbitror a prae-
 ceptoribus instillatum, vt quo per fortunam
 plus accesserit imperij finibus, hoc ipse
 plus addat clementiae benignitatisq;. Ad
 haec habere solet, & aetas ea peculiarem
 facilitatis ac mansuetudinis dotem. L. A.
 Nihil est quod in utroq; desideres. s.
 Quid igitur remoratur publicum orbis
 votum? L. Adhuc iureconsulti de finibus
 ambigunt, & scis comoediarum tu-
 multus semper desinere in nuptias: ibi
 idem principes suas finit tragoedias.

Sed in comœdijs subito coeunt nuptiae,
hic inter magnos magnis moliminib⁹
res agitur. Et praestat aliquanto serius
obduci cicatricem, quam mox iterum
hulcus erumpere. s. An credis istas nu-
ptias esse firma concordiae vincula? L.
Vellem quidem, sed ex his video ferè
nasci maximam bellorum partem, & si quod
bellum ortum fuerit, dum affinis adest
affini, laetius se spargit incendiū, & dif-
ficilius componitur. s. Fateor, & agno-
sco verissimum esse quod dicis. I. Sed
aequumne tibi videtur, vt ob iurecon-
sultorum rixas & contractuum moras to-
tus orbis tantum perpetiatur malis? Nunc
enim nihil usquam tutum est, & pessis-
simo licet plurimum, dum neque bellum est,
neque pax. s. A. De principum consilijs
non est aequum dicere. Verum si quis me fa-
ciat Caesarem, scio quid sim facturus. L.
Eia, facinus te Caesarem, simulque Roma-
num pontificem si libet. Quid facis? s. Fac
me potius Caesarem & regem Galliae. L.
Age, esto utrunque. s. Protinus conce-
pto pacis voto, edicere per uniuersam
ditionem meam inducias, dimissis copijs,
denuntians poenam capitis, si quis vel
gallinam alterius attigerit. Ita pacatis re-
bus meo commodo, vel vt melius dicam,
publica, transigerem de ditionis finibus,
aut de coniugij conditionibus. L. Has
bestiae firmiora foederis vincula quam ma-
trimonium? s. Arbitror. L. Imparti-
s. Si Caesar essem, sic absque mora trans-
egissem cum rege Gallorum: Frater, ma-

lus quispiam genius bellum hoc inter
 nos excitauit, neq; tamē inter nos cer-
 tamen fuit de capite, sed de ditione. Tu
 quod in te fuit, fortem ac strenuū bel-
 latorē præstitisti. Fortuna mihi fauit,
 teq; ex rege fecit captiuum. Quod ac-
 cidit tibi, mihi potuit accidere, & tua
 calamitas omnes nos admonet huma-
 næ conditionis. Experti sumus quàm
 hoc certaminis genus vtriq; sit incom-
 modum. Age, diuerso genere inter nos
 conflictemur. Dono tibi vitam, dono
 libertatem, pro hoste recipio te in ami-
 cum. Sit omnium præteritorum malo-
 rum obliuio, redi ad tuos gratis ac li-
 ber, habe tibi tua, esto bonus vicinus,
 & posthac gerat vnū hoc certamen in-
 ter nos, vter alterum fide, officijs ac be-
 neuolentia vincat: neq; certatus vter
 altero latius regnet, sed vter sanctius
 administret suam ditionem. In priori
 cōflictu, fortunati laudē tulisti qui vi-
 cerit longe splendidius auferet decus.
 Mihi quidē hæc clementiæ fama plus
 adferet veræ laudis, quàm si vniuersam
 Galliã mee ditioni adiunxissim. Et ti-
 bi gratitudinis opinio plus decoris ob-
 ciliabit, quàm si me tota Italia depos-
 lisses. Noli inuidere mihi laudē quam
 affecto, ego vicissim tuæ sic fauebo, vt
 huic amico libenter sis debiturus. L.
 Profecto sic possit astringi Gallia, imò
 totus orbis. Etenim si cōditionib⁹ in-
 quis huiusmodi obducatur veni⁹ quàm
 sanetur, vereor ne mox per occasionem

rupta cicatrice, pus vetus erumpat maiore cum malo. s. Quam magnificam, quamq; plausibilem gloriam hæc humanitas per vniuersum orbem pararet Carolo! Quæ natio se non lubens tam humano, tamq; clementi principi submitteret! L. Egesti Cæsarem sat feliciter, nunc age pontificem. s. Per longū sit singula persequi, dicam compendio. Sic agerem, vt vniuersus orbis intelligeret esse principem ecclesie, qui nihil aliud sitiret quam CHRISTI gloriam, & salutem omnium mortalium. Ea res vere mederetur inuidie pontificij nominis, & solidā ac perennē pararet gloriam. Sed interim ab asino, quod aiunt, delapsi, multum aberrauimus ab instituto. L. Ego te mox reducam in viam. Ais igitur obligare Pontificum leges omnes qui sunt in ecclesiis? s. Aio. L. Ad poenam gehennæ? s. A. Aiant. L. Etiam episcoporum? s. A. Sic arbitror in sua cuiusque ditione. L. Etiam abbatum? s. Hæreo, nam hi certis conditionibus accipiunt administrationem, nec possunt suos grauare cōstitutiōibus, nisi ex autoritate totius orationis. L. Quid si episcopus iisdem conditionibus accipiat suam functionem? s. A. Addubito. L. Quod episcopus constituit, pontifex potest rescindere? s. Opinor. L. Quod pontifex decreuit, nemo potest abrogare? s. A. Nemo. L. Vnde igitur audimus rescissas pontificū sententias, hoc titulo, quod parum recte

fuerint edocti, & priorum constitutio-
 nes à posterioribus antiquatas, quod à
 pietate delirarent? s. A. Ista subreptitia
 sunt ac tēporaria. Nam & in pontificōe
 vt hominem, cadit ignorantia personæ
 factiue. Cæterum quod ex authoritate
 cōcilij vniuersalis proficiscitur, cæleste
 oraculum est, & pondus habet par eu-
 angelijs, aut certe proximū. L. Licētne
 de euangelijs dubiraret? s. Bona verba-
 ne de concilijs quidem rite in spiritu
 sancto congregatis, peractis, æditis &
 receptis. L. A. Quid si quis dubitet, an
 hæc competant in concilium quod ob-
 ſicitur, quēadmodum audio Basiliensē
 conciliū à nōnullis reijci, nec omnibus
 probari Cōstātiensē: loquor de his qui
 nunc habentur orthodoxi, ne quid dis-
 cā de proximo concilio Lateranensi. s.
 Dubitent qui velint suo periculo, ego
 nolo dubitare. L. Petrus igitur habuit
 authoritatē condendi nouas leges? s. A.
 Habuit. L. Habuit & Paulus cū ceteris
 apostolis? s. Habuerūt in suis quisq;
 ecclesijs, à Petro seu CHRISTO cō-
 missis. L. A. Et Petri successoribus par
 est potestas cū ipso Petro? s. Quid nis
 L. Tantundem igitur honoris debetur
 rescripto Romani pontificis, quantum
 epistolæ Petri: & tantundem constitu-
 tionibus episcoporū, quantum episto-
 læ Pauli? s. Equidem arbitror etiam
 amplius deberi, si præcipitāt, & legem
 ferant cum authoritate. L. Sed fasne
 est dubitare, an Petrus & Paulus scri-

pferint afflatu diuini spiritus ? s. Imò
 hæreticus fit qui dubitet. L. Idem cen-
 ses de rescriptis & cōstitutionibus pō-
 tificum & episcoporum s. De pontifice
 cenfeo, de episcopis ambigo, nisi quòd
 pium est, de nullo perperam suspicari,
 ni res ipsa palàm clamitet. L A. Quis
 spiritus citius patitur errare episcopi,
 quàm pontificem? s. Quia grauius est
 à capite periculum. L. Si tantum va-
 lent præsulum constitutiones, quid si-
 bi vult quod dominus in Deuterono-
 mio tam rigide comminatur, ne quis
 quid addat, aut adimat legis? s A. Non
 addit legi, qui latius explicat quod læ-
 tebat, qui ea suggerit quæ spectant ad
 legis obseruationem: neque detrahit
 qui pro viribus audientium legem dis-
 pensat, alia promens, alia celans pro
 ratione temporis. L. Num obligabant
 Phariseorum ac scribarum cōstitutio-
 nes? s A. Non arbitror L A. Quis ita?
 s A. Quia docendi habebant authori-
 tatem, nō condendi leges. L. Vtra po-
 testas videtur amplior, condendi leges
 humanas, an interpretandi diuinas? s.
 Condendi humanas. L A. Mihi secus
 videtur. Etenim cui⁹ est interpretādi,
 huius sententia pondus habet legis di-
 uinæ. s A. Non satis assequor quod di-
 cis. L A. Dicam explanatius. Lex di-
 uina iubet subuenire parenti: Pharise-
 us interpretatur hoc esse datum patri
 quod missum est in carbonā, eo q̄ Des-
 us pater sit omniū. Nōne huic inter-

pretationi cedit lex diuina? s. Ista quidem falsa interpretatio est. l. Sed postea quàm illis semel tradita est interpretandi authoritas, vnde mihi constabit, cuius sit vera interpretatio, maxime si ipsi inter se dissentiant? s. Si minus satisfecerit tibi sensus communis, sequere presulum authoritatem, id tutissimum est. l. Ergo Phariseorum & scribarum authoritas deuoluta est ad theologos & concionatores? s. Est. l. Sed nullos audio frequentius inculcantes, audite, ego dico vobis, quàm eos qui nunquam versati sunt in palestris theologicis. s. Audies omnes candidè, sed cum iudicio, modo ne simpliciter insaniant. Tum enim oportet populum cum sibilo surgere, quo suam agnoscant dementiam. Ceterum quibus contigit titulus doctoris, his oportet fidere. l. Verum in his quoque comperio nonnullos multo rudiores, ac stultiores illis qui prorsus sunt illiterati: & inter doctissimos miram video controuersiam. s. Elige quæ sunt optima, inexplicata alijs relinquito, ea semper amplectens, quæ procerum & multitudinis consensus approbavit. l. Scio isthuc esse tutius. Sunt igitur & constitutiones iniquæ, quæ admodum sunt interpretationes falsæ? s. An sint, alij viderint, arbitror esse posse. l. A. Annas & Caiphas habebant potestatem condendi leges? s. Habebant. l. Num horum quauis de re constitutiones obligabant ad poenam gehene? s. Nescio. l. Pus

ta Annam cōstituisse, ne quis reuersus
 à foro sumeret cibum, nisi lotò corpo-
 re: qui illotus caperet cibū, num crimē
 gehenna dignū admitteret? s. Nō ar-
 bitror, nisi cōtemptus publicę potesta-
 tis crimen exacerbaret. L. An omnia
 p̄cepta Dei obligant ad poenā gehē-
 nā? s. Non opinor. Nam deus prohib-
 buit omne peccatū quālibet veniale, si
 theologis habenda fides. L. Fortassis
 & veniale pertraheret in gehennā, nisi
 Deus sua misericordia subleuaret im-
 becillitatē nostrā. s. Nō est absurdum
 dictu, affirmare nō ausim. L. Quū Is-
 raelitæ exularent in Babylone, p̄ter
 alia plurima quę lex p̄scripsit, in mul-
 tis fuit omīssa circūcisio. An omnes hi
 perierūt? s. Deus nouit. L. Si Iudæus
 clam fame periclitans vesceretur carne
 suilla, committerētne crimen? s. Mea
 quidē sententia, necessitas excusaret fa-
 ctū, quādoquidē ore domini defensus
 est Dauid, quòd contra legis p̄ceptū
 comederit panes sacros, quos appellāt
 propositionis, nec solum comedit ipse,
 sed & fugę comites prophanos iisdem
 paut. L. Si quē ea necessitas constrin-
 geret, vt aut pereundum sit fame, aut
 furtū cōmittendū, vtrū eligeret, mor-
 tem an furtum? s. Forsitan in eo casu
 furtum, furtum non esset. L. A. Hem
 quid audio? ouum non est ouum? s. A.
 P̄sertim si caperet animo reddendi,
 placandique dominum quum primū
 liceret. L. Quid si pereundū homini,

nisi falsum testimoniū ferat aduersus
proximū, vtrum eligendum? s. Mors.
L. Quid si commisso adulterio possit
seruare vitam? s. Potior erit mors. L.
Quid si simplici stupro possis effuge-
re mortem? s. Moriendum potius, vt
aiunt. L. Quir hic ouum non desinit
esse ouū, præsertim si nulla fiat vis aut
iniuria? s. Fit iniuria corpori puellæ.
L. Quid si periurios? s. Moriendum. L.
Quid si simplici nulliq; noxio mēda-
cios? s. Docent præoptādam mortem.
At ego crediderim graui necessitate,
aut ingēti proposita vtilitate mēdaciū
huiusmodi aut nullū esse crimē, aut le-
uissimū: nisi quod aperta fenestra, peri-
culū est ne discamus & perniciosus mē-
dacijs assuescere. Finge incidisse casum,
vt innoxio mendacio possit seruare &
corpora & animas totius patriæ suæ,
vtrū eliget vir pius, fugiet mēdaciū?
L. Quid alij sint facturi nescio, ego vel
quindecim Homerica mendacia nō ve-
rear dicere, mōxq; labeculā illam abs-
tergerē aqua sacra. s. Idem ego faces-
tem. L. Igitur nō quicquid De⁹ præ-
cipit aut interdicit, obligat ad poenam
gehennæ. s. Non videtur. L. Modus
igitur obligationis non est ab authore
legis tantum, sed ex materia. Quædam
enim cedunt necessitati, quædā non ce-
dunt. s. Sic videtur. L. Quid si sacer-
dos periclitetur de vita, seruāsus si du-
cat vxorem, vtrum eliget? s. Mortem.
L. Quum diuina lex cedat necessitati,

quur hæc lex humana terminum agit,
 nulli dignans concedere? s A. Non lex
 obstat, sed votum. L. Quid si quis vo-
 uisset visere Hierosolymã, nec id pos-
 set nisi certo vitæ dispendio, non ibit,
 an morietur? s. Morietur, ni voti rela-
 xationem impetrarit à pontifice Ro-
 mano. L. Quur alterum votū relaxa-
 tur, alterum minime? s. Quia alterū
 solenne, alterum priuatum. L A. Quid
 est solenne? s. Quod solet fieri. L A.
 An non igitur solenne & alterū quod
 quotidie fit? s. Fit, sed priuatim. L A.
 Proinde monachus si priuatim apud
 abbatē profiteretur, nō esset votum so-
 lenne? s A. Nugaris. Ideo facilius rela-
 xatur votum priuatum, quia minore
 offendiculo soluitur: & is qui facit, hoc
 animo facit, vt si commodum sit, mu-
 tet sententiam. L A N. Hoc igitur a-
 nimo vouent, qui priuatim profiten-
 tur perpetuam castimoniam? s A. De-
 berent. L A N. Perpetuū igitur & nō
 perpetuum? Quid si Cartusianum mo-
 nachum hic constringat casus, vt aut
 vescēdum sit carnibus, aut moriendū,
 vtrum eliget? s. Docent medici, nul-
 las esse carnes tam efficaces, quin idem
 efficiat aurum potabile & gemmę. L.
 Vtrum igitur conducibilius, gemmis
 & auro succurrere periclitanti, an ea-
 rum retum pretio multos de vita pe-
 riclitantes seruare, & ægroto dare pul-
 lum gallinaceum? s A. Hæreo. L A N.
 Atqui piscium aut carniū esus, non

7.ij.

est ex eorum numero, quæ vocant substantialia. s. Cartusianos suo iudici relinquamus. l. Dicamus in genere. Diligenter, frequenter, multisq; verbis inculcatur in lege Mosi sabbatismus. s. Verum. l. Vtrum igitur succurrã, vrb̄i periclitanti violato sabbato, an nō s. At interim me vis esse Iudæum? l. Volo, & quidem recutitum. s. Istum nodum secuit ipse dominus. Sabbatum enim, hominis causa est institutū, non contrã. l. A. Ista lex igitur valebit in omnibus humanis cōstitutionibus? s. Valebit, nisi quid obstet. l. A. Quid si conditor legis nō hoc animo ferat legem, vt quenq̄ obliget ad pœnã gehēnæ, imò ne ad reatum quidem vllum, sed cōstitutionē nihilo plus velit habere ponderis, q̄ exhortationē? s. O bone, non est in manu conditoris, quantū obliget lex. Vfus est sua potestate ferenda lege, cæterū ad quid obliget, aut non obliget, id Deo in manu est. l. A. Quir igitur audimus quotidie parochos nostros è suggesto clamãtes, cras ieiunandū sub pœna dānationis æternæ, si nobis non constat, quomodo lex obliget humana? s. Id faciūt, quo magis terreant contumaces, nam ad hos arbitror ea verba pertinere. l. Sed interim an cōtumaces talibus dictis terret, nescio, certe infirmos vel in scrupulum vel in periculum conijciunt. s. A. Difficile est vtrisq; consulere. l. Eadē autē est vis consuetudinis & legis? s.

Aliquando maior. L. Proinde tamen
non adest animus consuetudinē indu-
centibus iniiciendi laqueum cuiquam,
tamen obligat volentes nolentes? s. A.
Arbitror. L. Onus imponere potest,
tollere non potest? s. Admodū. L. Iā
itaq; vides, opinor, quantum sit peri-
culi, nouas leges ab hominibus ferri, si
nulla necessitas vrgeat, aut nulla ma-
gna inuitet utilitas. s. Fateor. L. Do-
minus quum ait, nolite omnino iura-
re, num quemuis iurantem obnoxium
facit gehēnē? s. Non arbitror. Consi-
lium est enim, non præceptū. L. A. At
istud vnde mihi liquet, quū vix aliud
accuratius aut seuerius interdixerit, q̄
ne iuremus? s. Disces à doctoribus. L.
Et Paulus quū dat cōsiliū, nō obligat
ad gehennā? s. Nequaquā. L. Quir itaq;
s. Quia nō vult iniicere laqueū infir-
mis. L. Est igitur in manu condentis
legem, obstringere ad gehennā, aut nō
obstringere? Et sanctum est cauere, ne
quibuslibet cōstitutionib⁹ illaqueem⁹
imbecilles? s. Est. L. Et si Paulus hic
cautionē adhibuit, multo magis sacer-
dotibus adhibēda: de quib⁹ incertum,
quo spiritu agantur. s. Fateor. L. At
qui pauloāte negabas, esse in manu cō-
ditoris quatenus obstringeret lex. s. A.
Iam consiliū est, non lex. L. Nihil est
facilius quā cōmutare vocabulum.
Noli furari præceptū est? s. A. Est. L.
Noli omnino resistere malis? s. Consi-
liū est. L. At hoc posterius, magis ha-

bet speciē præcepti, quàm illud prius. Saltē hoc est episcopis in manu, vtrū velint esse præceptum quod instituūt, an consilium? s. Est. L. At istud paulo ante fortiter negabas. Etenī qui non vult suam constitutionem quenquā ad vllum crimē astringere, nimirum vult eam esse consilium, non præceptum. s. Verum, sed non expedit hoc scire vulgus, ne protinus clamitent esse consilium, quod seruare non libet. L A. At quid interim facies, tot infirmis conscientijs tam misere confusis tuo silētio? Verum age, dic mihi, nullisne notis docti deprehendere possunt, vtrum consilij vim habeat cōstitutio, an præcepti? s. Possunt, sicut audiui. L. Non licet scire mysterium? s A. Licet, nisi velis effutire. L A. Ah, pisci dixeris. s. Quum nihil audis, nisi, hortamur, ordinamus, mādamus, consilium est: quū audis, iubemus, districte præcipimus, præsertim si accedāt minæ excommunicationis, præceptum est. L A. Quid si debeam pistori meo, quūque soluendo non sim, fugere malim quàm conijci in carcerem, num pecco criminaliter? s A. Non arbitror, nisi desit soluendī voluntas. L A. Quir igitur excommunicor? s A. Istud fulmen terreat improbos, nō adurit innocentes. Scis enim & apud priscos Romanos fuisse leges diras ac minaces, sed in hoc ipsum tantūmodo latas, qualis illa fertur è duodecim tabulis, de disseccando

corpore debitoris, cuius ideo nullū ex-
 tat exemplum, quod non in vsum, sed
 ad terrorem esset prodita. Iam vt ful-
 men non agit in ceram aut linum, sed
 in æs: ita tales excōmunicationes non
 agunt in miseros, sed in cōtumaces. Et
 tamen, vt ingenue dicam, in huiusmo-
 di friuolis adhibere fulmen à C H R I-
 S T O traditum, propemodum esse vi-
 detur, quod veteres dicebant, in lente
 vnguentum. L. Num idem ius patri-
 familiās in sua domo, quod episcopo
 in sua dioecesi? s A. Arbitror pro por-
 tione. L A. Et huius præscripta simi-
 liter obligant? s A. Quid nisi? L A. Edis-
 co, ne quis vescatur cepis. Quomodo
 periclitatur apud Deum, qui non pæ-
 ruerit? s A. Ipse viderit. L A. Posthac
 non dicam meis, præcipio, sed admo-
 neo. s A. Sapiens. L A. Verum perspi-
 cio vicinum meū proximū esse pericu-
 lo, & arreptum clam admoneo, vt sese
 subducatur ab ebriosorum & aleatorum
 commercio: ille monitorem asperna-
 tus, perditius incipit viuere quam an-
 tea, num hic illum obstringit admoni-
 tio? s A. Videtur. L A. Igitur neq; cō-
 sulendo neq; exhortando fugimus la-
 queum. s A. Imò non adfert laqueum
 admonitio, sed admonitionis argumē-
 tum. Etenī si frater admonitus, vt cre-
 pidis vteretur, negligeret, nullo crimine
 teneretur. L. Non hic percōtabor,
 quantū obligēt præscripta medicorū.
 Votū obstringit ad pœnam gehennæ.

y.iiij.

3. Maxime? l. Omne? s. Omnissimū,
 modo sit licitū, legitimū, ac liberum.
l. Quid appellas liberum? s. Quod
 nulla extorsit necessitas. **l. Quid est**
 necessitas? **s. Est metus cadens in con-**
 stantem virum. **l. Etiam in Stoicum,**
 quem si fractus illabatur orbis, impa-
 vidum ferient ruinae? **s. Istum Stoicū**
 mihi ostende, & respondebo. **l. A. Sed**
 extra iocum, num famis aut infamiae
 metus cadit in constantē virum? **s. A.**
 Quid nisi **l. Si filia nondū emancipa-**
 ta clam nubat, inscijs parentibus, nec
 passuris si sciant, legitimū erit votum?
s. Erit. l. A. An sit, nescio, certe si qua
 sunt, hoc est vnum ex illorū numero,
 quae licet vera sint, tamen ob scandalū
 imbecillium silenda sunt. **Quid si vir-**
 go quae ex auctoritate parentum con-
 traxit matrimonium cum spōso, clam
 & inuitis parentib⁹, voto semet addi-
 cat collegio sanctae Clarae, eritne licitū
 & legitimū? **s. Si fuerit solenne. l. A.**
 Num solenne est, quod in agro fit, in
 obscuro monasteriolo? **s. Sic habetur.**
l. Si eadē domi paucis testibus voto
 profiteatur perpetuā corporis integri-
 tatē, num erit legitimū? **s. A. Nō. l. A.**
 Quā ob rem? **s. Quia sanctius votum**
 obstat. **l. Eadē puella si vendat agel-**
 lum, valebit cōtractus? **s. Nō opinor.**
l. Et valebit, si seipsam dederit in pos-
 testatē alienam? **s. Si se deo dicauerit.**
l. An non & votum priuatum dicat
 hominē deo? **Et qui suscipit sanctum**

coniugij sacramentum, nōne se dicat deos? Et quos deus iūgit, dicāt se diabo lo? De solis cōiugibus dixit dominus, Quos deus iūxit, homo ne separet. Ad hęc, quī adolefcens vixdū pubescens, aut puella simplex, minis parētū, sēuitia tutorū, improbis instinctibus monachorū, blāditijs & odijs protruditur in monasteriū, num liberum est votū s. Si sint doli capaces. l. Ea ætas maxime capax est doli, vt cui facillime possis imponere. Quid si proponā in animo, diebus Veneris abstinere à vino, perinde obstringit propositū vt votū s. Non arbitror. l. Quid igitur interest inter certum propositum, & votum tacita cogitatione conceptū s. Animus obligandi. l. Negabas ante hic valere animum. Propono si queam, & voueo siue queam, siue non queam s. Habes. l. Habeo nebulas in pariete depictas, hoc est, nihil. Est igitur & in proposito dispicienda materiæ ratio? s. A. Opinor. l. Et vt illic à legis, ita hic à voti nomine cauendum? s. Recte. l. Si Romanus pontifex statueret, ne quis iungat matrimonium intra septimum propinquitatis gradum, admitteret crimen qui duceret cognatam gradu sextos. Opinor, certe periclitaretur. l. A. Quid si episcopus suis ediceret, ne quis haberet rē cū vxore, nisi die lunę, Iouis & sabbati: cōmitteret crimē, qui clām alijs diebus vteret vxore? s. Arbitror. l. Quid si ediceret ne quis bulbis ve

sceretur? s. Quid isthuc ad pietatē? L. Quia bulbi prouocant libidinē. Quod de bulbis dico, idem dictū puta de eructis. s. Hæreo. L. Quid hæres? vnde est humanis legibus obligādi vis? s. Ex dictis Pauli, Obedite præpositis vestris. L. A. Hinc igitur obligat omnis episcoporum ac magistratuū constitutio? s. Modo sit æqua, iusta, & legitime lata. L. Sed istius rei quis erit iudex? s. Ipse qui cōdidit. Nam eius est interpretari, cuius est condere legē. L. Ergo citra delectū est obediendum quibuslibet constitutionibus? s. Opinor. L. Quid si præpositus stultus & impius, ferat legē impiā & iniquam, ipsius iudicio standum est, & populus, cui nullū est iudicandi ius, obtemperabit? s. Quorsum attinet ea somnariæ quæ non fiunt? L. Qui subuenit parenti, non subuenturus nisi si lex cogeret, num impleuit legem? s. Non arbitrator. L. Qui sic? s. Primum non satis facit animo eius qui condidit legem, deinde volūtati impiæ addit hypocrisim. L. A. Qui ieiunat, non ieiunaturus nisi præciperet ecclesia, num satis facit legis? s. Mutas & authorem legis, & materiam. L. Confer igitur Iudæū sic ieiunantē diebus præscriptis, vt si lex huc adigat non sit ieiunaturus, cū Christiano seruante ieiuniū ab hominibus indictum, haudquaquā seruaturus si legē tollas: aut si mauius Iudæū abstinētem à carne suilla, & Christianum abstinētem à carnibus & lactarijs die Veneris.

s. Infirmiſtati nō nihil reluctāti legi pu-
to paratam eſſe veniā, certe propoſito
legē auerſanti & obmurmurāti nō itē.
L. Atqui fateris leges diuinas nō ſem-
per obligare ad pœnam gehennæ. **s.** **A.**
Quid ni fatear? **L.** Nec audes fateri eſſe
legem humanam, quæ non obligat ad
eandem pœnam, ſed hominē relinquit
in ācipitiſ? Videris igitur aliquāto plus
tribuere legibus hominum quàm dei.
Mēdaciū & obtreſtatio ſuapte natura
ſunt mala, & à deo prohibita, & tamē
fateris eſſe aliquod mendacij & obtre-
ſtationis genus, quod non obliget ad
pœnā gehennæ, nec audes eū qui quom-
modocūq; veſcitur carnibus in die ve-
neris, liberare à pœna gehennæ. s. Nō
eſt meum quenq̄ abſoluere aut damna-
re. **L.** Si diuinæ leges & humanæ pari-
ter obſtringūt, quid igitur intereſt in-
ter has & illas? **s.** Nimirum quòd qui
violat legem humanā, immediate pec-
cat aduerſus hominem, ſi mihi conce-
diſ ſcholasticorū floſculis vti, mediate
aduerſus deum: qui violat legem diui-
nam, contra. **L.** **Quid refert, vtrū prius**
miſcueris, acetum an abſinthium, quū
mihi vtrunq; ſit ebibēdum? Aut quid
refert, vtrū lapidē à me vulnerato reper-
cuffus feriat amicū, an ordine verſo? s.
Hoc didici. L. Et ſi ex materia circū-
ſtantijſq; ſumitur obligādi modus in
vtriſq; legibus, quid intereſt inter au-
thoritatem dei & hominum? **s.** Impia
percontatio. **L.** Attamen multi credūt
y.vj.

plurimū interesse. Deus tulit legē per Mosen, nec licet violare. Idem fert leges per Pontifices, aut certe cōsiliū, quid interest inter has & illas? Lex Mo si per hominē, leges nostræ per homi nes. Et vidētur minus pōderis habere quæ deus tulit per vnū Mosen, q̄ quæ spiritus sanctus ædit per frequens epis coporum & eruditorum concilium. s. De spiritu Mosi dubitare non licet. l. Paulus in episcoporū vicē venit. Quid igitur interest inter Pauli præcepta & cuiuslibet episcopis. Quia sine cōtro uersia Paulus scripsit afflatus spiritu, l. Hæc scriptorū authoritas quousque se porrigit. Arbitror nō vltra aposto los, nisi quod cōciliorum est inuiolata authoritas. l. Quare de Pauli spiritu dubitare non licet. s. Quia obstat eccle siæ cōsensus. l. De episcopis dubitare licet. s. De his nihil temere suspicādū, nisi res ipsa palàm clamitet quæstū, aut impietatē. l. Quid de cōcilijs. s. Nō li cet, si fuerint rite & per spiritū sanctū cōgregata peractaq;. l. Est igitur ali quod cōciliū in quod ista nō cōpetāt. s. Esse potest. Quod ni esset, Theologi nequaquam adderēt hanc exceptionē. l. Videtur igitur & de concilijs dubi tari posse. s. Non arbitror, posteaquam fuerint Christianarum gentium, iudicio consensūq; recepta comprobataq;. l. Posteaquā excessimus pomeria, quibus deus voluit circumscribi sacrosan ctam illam & inuiolabilē scripturæ au

thoritatem, videtur mihi & aliud esse
 discrimē legū diuinarū & humanarū.
 s. Quod L. Leges diuinę sunt immuta-
 biles, nisi si quę sunt eius generis, vt si
 gnificādi coercendive gratia videātur
 ad tēpus datę, quas & prophetę desitu-
 ras iuxta carnalē sensum prædixerunt,
 & apostoli iā omittēdas oocuerūt. De
 inde, inter leges humanas existūt non
 nunq̄ iniquę stultęq; & pestilētes, vn-
 de & abrogātur vel autoritate supe-
 riorū, vel cōsentiente neglectu populi.
 Tale nihil est in legib⁹ diuinis. Rursus
 humana lex suapte spōte cessat, vbi ces-
 sarit causa ppter quā lata est: veluti si
 cōstitutio iuberet singulos quotānis alī
 qd cōferre in structurā tēpli, tēplo ab-
 soluto, cessat rigor legis. Ad hęc, lex ab
 hominib⁹ lata nō est lex, nisi fuerit vtē-
 tiū cōsensu cōprobata. Lex diuina nec
 expēdi debet, nec potest abrogari. Quā
 quā & Moses legē laturus, suffragia po-
 puli collegit, nō quod hoc esset neces-
 se, sed vt illos magis haberet obnoxio-
 os. Impudēs enim est legē cōtemnere,
 quā tuo suffragio comprobaris. Postre-
 mo quū leges hominū, quę ferē corpo-
 ralia præscribūt, pædagogi sint ad pie-
 tatē, cessare vidēt, vbi quis profecit ad
 spīritus robur, vt iā talibus cācellis nō
 egeat, modo pro virili vitetur scādālū
 infirmorum, non malitiose supersticio
 forū. Velut si pater præscribat filiæ im-
 puberi, ne bibat vinū, quo tutior sit il-
 lius virginitas vsq; ad nuptias: quum

adoleuerit, iamque viro tradita fuerit, non tenetur precepto patris. Multae leges habent instar pharmacorum, ea vero mutantur & cedunt pro re nata, ipsis etiam medicis approbantibus, qui si semper iisdem utantur remedijs a veteribus proditis, plures occiderent quam sanarent. s. Multa tu quidem congeris, quorum nonnulla placet, aliqua displicent, quaedam non intelligo. l. Si lex episcopi questum euidenter oleat, hoc est, statuat ut singuli parochi bis in anno emant aureo ducato ius absoluendi a casibus, quos vocant episcopales, quo plus extorqueat a suis, obtemperandi censes? s. Censeo, sed interim clamandum aduersus legem iniquam, exclusa semper seditione. Sed vnde hic mihi percontator Lanio? Tractet fabrilis fabri. l. Huiusmodi questionibus sepe torquemur in conuuijs, interdum diatriba feruescit ad pugnam & sanguinem. s. A. Pugnent qui volent, ego censeo leges maiorum esse reuerenter suscipiendas, & obseruandas religiose, velut a deo profectas: nec esse tutum, nec esse pium, de potestate publica sinistram concipere, aut ferere suspicionem. Et si quid est tyrannidis, quod tamen non cogat ad impietatem, satius est ferre, quam seditiose reluctari. l. Ista quidem ratione fateor bene consultum rebus eorum qui dignitate pollent, & tecum sentio, nec illis iniurio deo. Caeterum lubes audiam rationem, qua consulatur & populi vel libertati,

vel cōmodis. s. Deus non destituet populum suum. L. Verū vbi interim illa libertas spiritus, quā apostoli promittunt ex euangelio, quam Paulus toties inculcat clamans, Regnum dei nō est esca & potus : & quod filij non simus sub pædago, nec amplius seruiamus elementis huius mūdi, aliāq; innumera: si tanto pluribus constitutionibus onerantur Christiani quā Iudæi, & si arctius obligāt hominum leges quā pleraq; à deo tradita præcepta s. Dicā Lanio. Non in hoc est Christianorum libertas, vt liceat illis facere quæ velint, liberis à constitutionibus humanis, sed quod ex feruore spiritus ad omnia prompti, lubentes & alacres ea faciunt quæ præscribuntur, nimirum filij potius q̄ serui. L. Expedite, sed erant & sub lege Mosaica filij, & sunt sub euangelio serui, atq; adeo vereor ne maxima pars hominum, si serui sunt qui lege coacti suum officiū faciunt. Quid igitur discriminis, inter nouam & veterem? s. Meo iudicio multū interest. Quòd vetus sub inuolucris docuit, noua sub oculis posuit: quod illa sub ænigmatibus prædixit, hæc dilucidius ostēdit: quod illa subobscure promissit, hæc exhibuit maxima quidem ex parte. Illa tradita erat vni genti, hæc ex æquo docet omnes salutē: illa paucis prophetis & eximijs viris impartijt insignem illā & spiritualē gratiā, hæc omne donorū genus largiter effudit in omniū

etatum, sexuum & nationum homi-
 nes, linguas, sanationes, prophetias, mi-
 racula. L. Vbi nunc igitur ista? s. Cessa-
 runt, non interierunt: vel quia non est
 opus, iā euulgata C H R I S T I doctri-
 na: vel quia pleriq; titulo tantū Chri-
 stiani, fide, quæ est miraculorum archi-
 tectrix, caremus. L. Si propter incre-
 dulos ac diffidētes opus est miraculis,
 talium nunc plena sunt omnia. s. Est
 incredulitas simpliciter errans, qualis
 erat Iudæorū obmurmurantiū Petro,
 quòd Cornelij familiam recepisset ad
 euangelij gratiam: qualis erat gētium,
 quæ religionem, quam à maioribus ac-
 ceperant, putabant esse salutiferam, &
 apostolorum doctrinā esse superstitionem
 peregrinam: hi cōspectis miracu-
 lis conuersi sunt. Nunc qui diffidunt
 Euangelio, tāta luce per vniuersam or-
 bem coruscante, non simpliciter errāt,
 sed excæcati malis affectibus, nolūt in-
 telligere vt bene agāt: hos nulla mira-
 cula reducerent ad mētem meliorem.
 Et sanādi tēpus nunc est, puniēdi post
 futurū est. L. Quanquam multa dixisti
 satis probabiliter, tamen mihi proposi-
 tū est, nō fidere falsamētario, sed adibo
 theologū quēdam eximie doctū, quic-
 quid is de singulis pronuntiauerit, cę-
 lestis oraculi vice fuerit. s. Quis iste?
 Pharetri? L. Ille simpliciter delirat &
 ante annos, dignus qui cōcionetur deli-
 ris aniculis. s. Bliteus? L. An ego tā lo-
 quaci sophistæ credam? s. Amphicho-

lus? L. Nunquam ei credam in soluen-
 dis quæstionibus, cui meo malo credis
 di carnes meas. An ille bona fide sol-
 uat problemata, qui pessima fide non-
 dum soluit pecuniam? s. Lemantius? L.
 Non vtor cæcis ad indicandum viã.
 s. Quis igitur? L. Si scire vis, Cepha-
 lus est, vir trium linguarum & omnis
 politioris literaturæ perpulchre gna-
 rus, tum in sacris voluminibus & vetu-
 stis theologis diu studiosq; versatus.
 s. Dabo rectius cõsiliũ. Eas ad inferos,
 illic inuenies rabinum Druinũ, qui te-
 nediabipēni dissecat omnes tuas quæ-
 stiunculas. L. Tu præi, quo mihi viam
 appares. s. Sed extra iocum: Est ne ve-
 rum quod narras, datam potestatē ve-
 scendi carnibus? L. Ludebã, te vt vres-
 rem. Et si Romanus pontifex id vellet
 maxime, ordo falsamentariorum moue-
 ret seditionem, deinde mundus est ple-
 nus pharisaicis hominibus, qui nõ alia
 re sibi possunt vindicãre sanctimoniam,
 nisi talibus obseruatunculis, hi nec pa-
 terentur sibi detrahi iam partam glo-
 riam, nec sinerent minoribus plus esse
 libertatis, quã ipsi fuit. Ne in lanio-
 num quidem rem esset, permitti libe-
 rum quarũlibet rerum esum. Tũ enim
 varius esset euentus nostrę negotiatio-
 nis, nunc certius est lucrum, & minus
 alex, minúsq; laborũ. s. Verissime præ-
 dicas, sed eadem incommoditas ad nos
 rediret. L. Gaudeo tandem inuentum
 aliquid, in quo falsamētario cum lanio

ne cōueniat. Iam vt incipiā & ipse se-
rio loqui, quemadmodum fortassis ex-
pediret populum Christianum paucio-
ribus constitutiunculis obstringi, præ-
sertim si quæ non multū, aut nihil con-
ducunt ad pietatem, ne dicam officiū;
ita non libet ab istis stare, qui omnes
omniū hominum cōstitutiones reijci-
unt, neque floccifaciunt. Imò ob hoc
ipsum multa faciunt, quia præceptum
est ne faciant. Attamen demirari non
possum in plerisque rebus præpostera
mortalium iudicia. s. Idem nec ego fas-
tis admirari possum. L. Cælum terræ
miscemus, si quid periculi suspicamur,
ne quid decedat pōderis sacerdotū con-
stitutionibus authoritatique; & dormio-
tamus quū imminet euidēs periculū,
ne tantum tribuamus hominū autho-
ritati, vt authoritati diuinæ minus tri-
buatur, q̄ oportet. Sic à Scylla declina-
mus, vt nō metuamus Charybdim, ma-
lū exitiabilius. Debetur episcopis suus
honus, quis negat. præsertim si agunt
quod dicuntur: Sed impiū est, honores
soli deo debitos transferre in homines,
& dum impēse reueremur hominē, pa-
rū reuereri deum. Honorandus deus in
proximo, venerandus in proximo, sed
interim adhibenda cautio, ne deus per
hanc occasionē suo fraudetur honore.
s. Itidem videmus multos intantū fi-
dere corporalib⁹ ceremonijs, vt his fre-
ti negligent ea quæ sunt verę pietatis,
suis meritis arrogātes quod est diuinæ

largitatis, & ibi consistentes, vnde gradus erat ad perfectiora: & ex his rebus proximū calumniantes, quæ per se nec bonæ sunt, nec malæ. l. Quin in eadē re quum duo sint, quorum alterū altero præstātius, semper deterioris est nobis potior ratio. Corpus & quæ corporis sunt, vbiq; pluris sūt, q̄ ea quæ sunt animi. Et hominē occidisse, pro graui crimine ducitur, vt est: at pestifera doctrina, vipereis instinctibus corrupisse mentem hominis, ludus est. Si sacerdos alat capillitiū, aut vestē sumat hominis prophani, rapitur in carcerē, acriter punitur: si bibat in lupanari, si scortetur, si ludat aleā, si vitiet alienas vxores, si nihil attingat sacre lectionis, tamē columna est ecclesiæ. Non excuso mutata vestem, sed excuso præposterū iudiciū. l. Imò si nō persoluat pensum precū horariarū, paratū est anathema: si foeneretur, si simoniā admittat, impune est. s. Si quis videat Cartusianū aliter vestitū, aut vescentē carnibus: q̄ execratur, quā horret, q̄ timet ne terra dehiscēs & spectatorem & spectatum abforbeat: idem si videat eum temulētum, mendacibus verbis in famā aliorū debacchantem, manifestis dolis imponentē tenui vicino, nemo perinde abominatur. s A. Veluti si quis videat Franciscanū enodi cingulo cinctū, aut Augustinēsē nō corio sed lana cinctū, aut discinctū Carmelitā, aut cinctum Rhodiensem. Rursus si percalceatum

Franciscanum, aut semicalceatum cruciferum, nonne concitaret Tyria, quod dici solet, maria s. l. Imò nuper apud nos ex duabus foeminis, quarum utranque dixisses prudentem, altera abortiit, altera concidit syncopi, quod conspiceret Canonicum quendam sacris virginibus praefectum in propinqua vicinia, sed tamen in publico obambulare, qui vestem lineam non haberet tectam nigro pallio. At eadem crebro viderant aves eiusmodi comestantes, cantillantes, saltitantes, non addam caetera, nec ullam sentiebant nauseam. s. A. Sexui fortasse debetur venia. Opinor tibi notum Polythrescum. Is aegrotabat periculose, phthisis erat. Medici diu suaserant, ut vesceretur ovis & lactarijs, sed frustra eodem cohortabatur episcopus. Ille quum esset vir non indoctus, & theologiae baccalaureus, videbatur citius emoriturus, quam utriusque medici consilio more gesturus. Ita visum est medicis & amicis ut falleretur, parata est sortitio ex ovis & lacte caprino, dictum est lac amygdalinum. Ille lubens comedit, & idem aliquot diebus faciens, coepit habere meliuscule, donec puella quaedam fucum prodidit. Ibi coepit quod comederat reuomere. At idem superstitiosus in lacte, nulla religione commotus est, quo minus abiuraret pecuniam mihi debitam. Nam chirographum simpliciter exhibitum clam ungui sciderat. Delatus est iusiurandum, ego illi cessi. Is vero tam

non grauatim recepit, vt optare vide-
retur quotidianas eiusmodi delationes.
Quid hoc iudicio peruersius? Peccabat
aduersus mentem ecclesiae, qui hic non
obtemperarit sacerdoti & medicis: &
in periurio manifesto firmam habebat
cōscientiam tam infirmus in lacte . l.
Hic mihi succurrit fabula, quā nuper
Dominicanus quidam narrauit in con-
cione frequentissima, quo sermonis a-
maritudinē (nam in die parasceues ex-
ponebat mortem domini) incundiore
narratione dilueret. Virginem sacram
oppresserat adolescens, vteri tumor ar-
guit factum. conuocatus est virginum
chorus, praesedit abbatissa. Accusata est.
In ficiali statui nō erat locus, argumen-
tum erat necessarium. Confugit ad sta-
tum qualitatis, nisi mauis trāslationis.
Oppressa sum à valentiore. At saltem
exclamasses. Fecissem, inquit, sed in dor-
mitorio nefas est soluere silētium. Sit
hec fabula, modo fateamur hoc stultio-
ra geri permulta. Nūc dicam quod his
oculis vidi. Nomen hominis lociq; si-
lebitur. Habebam affinem Priorē ab-
bati proximū, ordinis Benedictini, sed
ex eorum numero, qui non vescuntur
carnibus, nisi extra locum quem appel-
lant magnum refectorium. Habebatur
doctus, & ipse volebat haberi, ānos na-
tus ferè quinquaginta. Certare poculis
& hilarescere vino, erat illi quotidia-
num. Duodecimo quoque die adibat
thermas publicas, illic dabatur opera

purgandis renibus. s. A. Erat vnde id fieret? L. Possidebat annue sexcentos florenos. s. O paupertatem optabilem. L. Ex vino & venere incidit in phthisin. Desperantibus medicis, abbas imperabat esum carniū, addens illud terribile verbum, sub poena inobedientię. Ille vix adigi potuit, vt moriens gustaret carnes, à quibus tot annis non abhorruerat. s. Prior tali abbate dignus. Diuino tamen quos dicas, nam eadem fabulam & ab alijs audire memini. L. Diuina. s. Nōne abbas est prægrandi obesoq; corpore, lingua subleſa? Prior humiliore statura, sed erecta, gracili vultu? L. A. Diuinasti. s. A. Accipe par pari relatum. Audies quod nuper ipse vidi, cuique nō interfui solum, verum etiam propemodum præfui. Erāt duę monachę, quę vīsebant cognatos suos. Vbi venissent quò volebant, famulus per obliuionem reliquerat codicem precum, iuxta consuetudinem ordinis & loci in quo viuebant. deum immortalem, quanta illic perturbatio. Nō audebant cœnare nisi dictis precibus vespertinis, nec sustinebāt ex alio codice dicere quàm ex suo. Interim tota domus cœnaturiebat. Quid multis? Cantherio recurrit famulus, sub multā noctem adfert relictum codicem. Dicuntur preces, vixq; ad decimam cœnauimus. L. A. Hactenus nihil audio, quod sit magnopere reprehendendum. s. A. Nimirum, dimidium duntaxat audisti

fabulæ. Inter cœnandum cœperunt illæ virgines hilarescere vino, tandem resoluta, iocis parum pudicis perstrepuerunt conuiuium, sed nemo licentius egit quàm illæ, quæ nisi dictis ex ordinis forma precibus, cœnare noluerunt. A conuiuio lusus, choreæ, cantilenæ, reliqua non audeo cœmemorare, sed plane vereor, ne quid ea nocte patratura sit parum virgineum, nisi me fallebant proœmia, lasciui lusus, nut⁹, & suauia.

L A N. Istam peruersitatẽ non tam imputo virginibus, quàm sacerdotibus earum curam gerentibus. Sed age, fabulam fabula pensabo, quin potius audies oculatam historiam. Hisce diebus aliquot cœiecti sunt in carcerem, quod ausi sint die dominico panẽ coquere, quum forte deesset. Equidem nõ damno factum, sed excutio iudicium. Alii quanto post, die dominico, qui vulgo palmarum dici, forte erat quur vicus propinquus mihi esset adeundus. Ibtum ad horam diei fermẽ quartam à prandio, obuium habeo, ridiculum ne dicam, an miserãdum spectaculum, arbitror nulla Bacchanalia plus habuisse turpitudinis. Alij vacillabant huc illuc vino, non aliter quàm nauis destituta rectore iactatur vëtis & fluctibus. Erant qui complexi brachium alterius sustinebant lapsantem, sed ipsi parum firmi: alij subinde cadebant, ægré que surgebant: nonnulli quernis frondibus erant coronati. s. Magis conue-

niebat pampineis, tum addendi thyrsi.
 L. Senior quidam Silenum agens, far-
 einæ in morē sublimis, gestabatur hu-
 meris, eo gestu quo solent olim effere-
 ri cadauera, pedibus eò porrectis quò
 ibant, nisi quòd pronus baiulabatur, ne
 vomitu præfocaretur supinus. Is mise-
 re conuomebat furas extremorum bai-
 ulorum. Nec inter baiulos quisquam
 erat sobrius, pleriq; ridebant, sed sic vt
 facile diceres mentē abesse. Bacchi fu-
 ror habebat omnes. Atque hac pompa
 ciuitatem ingressi sunt, idque clara fu-
 ce. s. Vnde collegerant eam insaniam
 L. In vico propinquo vinum paulo vil-
 lius venditur quàm in vrbe, eò se con-
 tulerant aliquot combibones, quo vilis-
 us insanirent, sed largius. Nō enim mi-
 nus impensum est pecuniæ, sed plus cō-
 tractum est dementiæ. Hi si gustassent
 ouum, velut admisso parricidio pertra-
 cti fuissent in carcerem, quum præter
 omissam sacram cōcionem, præter ne-
 glectas preces vespertinas, in die tam
 sacrato tantum intemperantię publici-
 tus esset admissum, nemo punijt, ne-
 mo detestatus est. s A. Atqui ne isthuc
 tātoperere mireris, in medijs vrbibus, in
 popinis tēplo proximis, dieb⁹ quālibet
 festis, potatur, cātatur, saltatur, pugna-
 tur tanto strepitu, tantóq; tumultu, vt
 nec sacri peragi, nec sacra concio possit
 exaudiri. Idem si eodem tempore con-
 fuissent calceum, aut si in die Veneris
 gustassent fuillā, capitis accerferentur.

Et tamen dies dominicus ob hoc potissimum est institutus, quo vacaret audire doctrinam Evangelicam: & ideo vetitum consuevit calceos, ut sit otium concinnandis animis. An non hæc mira iudiciorum peruersitas? L. A. Prodigiola. Iam in ipso ieiunij præscripto quum duo sint, alterum abstinencia cibi, alterum delectus cibi: nemo nescit, prius illud præcepti diuini, aut certe iuxta præceptum diuinum esse: alterum vero non solum humanum, verum etiam propemodum pugnantem cum apostolica doctrina: utcumque hoc excusamus, tamen hic quoque præpostero iudicio, cenare vulgo impune est, gustasse cibum ab homine vetitum, à deo permissum & item ab apostolis, capitale est. Ieiunium tamen non constat esse certo præceptum ab apostolis, tamen illorum exemplis ac literis commendatum est: at interdictum ciborum esum, quos deus creauit ad vescendum cum gratiarum actione, ut tueamur apud iudicem Paulum, quot lemmatis est opus? Et tamen toto passim orbe cenatur a fatim, nullus offenditur: si valetudinarie gustet pullum gallinaceum, periclitatur Christiana religio. In Anglia, vulgus quadragesimæ tempore iustam cenam apparatus alternis diebus, nemo miratur: si febris periclitans tentet attingeret ius pulli, plus quam sacrilegium admissum videtur. Apud eosdem in quadragesima, quo ieiunio ut nihil antiquius, ita nihil sanctius habitum est apud Christianos: imo

pune coenatur vt dixi: si tentes idē extra quadragesimam die Veneris, nemo feret. Si quæras, quā ob rem? allegant patriæ consuetudinē. Execrantur eum qui regionis negligit consuetudinē: & ipsi sibi ignoscunt, qui negligāt vetustissimā totius ecclesiæ cōsuetudinē. s. Nec probāndus est, qui sine causa negligit consuetudinē patriæ in qua viuit. l. Nec ego criminor eos, qui quadragesimā cum deo ventrēq; partiuntur, sed indico præposterū de reb⁹ iudiciū. s. Quū dies dominic⁹ præcipue legatur institutus, quo populus simul conueniret ad audiendū sermonē euangelicū: qui non audit missam, abominabilis est: qui negligit concionem, malens pila ludere, purus est. l. Quantū flagitiū admissum existiment, si quis sumat Eucharistiā illotis faucibus: q̄ nihil trepidant, quū idem faciunt illoto animo, peruersisq; cupiditatib⁹ sordidato. s. Quàm multi sunt sacerdotes, qui citius mortem oppetant q̄ sacrificent calice & patina nōdum ab episcopo consecrata, aut quàm sacrificent veste quotidiana. At inter hos qui sic affecti sunt, quàm multos videmus, qui non verentur ad sacram mensam accedere noctis proximę crapula adhuc temulenti. Quāta trepidatio, si forte cōtigerint corpus domini ea manus parte, quæ sacro oleo contacta non fuit? Quin eadem religione dispicimus, ne prophanus animus offendat dominū

L. Vasa sacra non attingimus, & piaculum admissum arbitramur si id forte acciderit, & interim viua tēpla sancti spiritus quam securi violamus? **s.** Humana constitutio vetat, ne nothus, claudus aut luscus recipiatur ad sacra ministeria. Hic quā sumus difficiles, & tamen interim passim recipimus indoctos, aleatores, temulentos, milites & homicidas. Dicūt, latent nos animorum morbi. De occultis non loquor, de his loquor quę magis in propatulo sunt quā vitia corporis. **L.** Sunt & episcopi, qui ex functionibus nihil sibi vindicant, præter rationes, aliāq; sordida: concionandi munus, quę prima dignitas est episcopi, cedūt quālibet sordidis, haud quā facturi, nisi præpostero iudicio tenerentur. **s.** Qui festū diē violat ab episcopo quopiā institutū, rapitur ad poenam. Et satrapæ quidam, qui tot cōstitutionibus pontificū & conciliorū, tot fulminibus fortiter cōtemptis, impediūt canonicas electiones, opprimūt immunitates ecclesiasticorum, nec his quidem parcētes domibus, quę fouēdis senib⁹, ægrotis & egenis ex piorū hominū elemosynis institutæ sunt, abunde Christiani sibi videntur, si sæuiant in leuissimarū rerum præuaricatores. **L.** Præstat satrapas missos facere, loquiq; de salsamētis & carnib⁹. **s.** Afsentior. Redeam⁹ igitur ad ieiuniū & pisces. Audiui Pōtificū leges nominatim excipere pueros, senes, ægrotos, in

balidos, grauē laborē sustinentes, gra-
 uidas, lactantes, ac vehemēter tenues.
 l. Idem & ipse frequenter audiui. s A.
 Rursus audiui præcellentem quēdam
 theologū, opinor Gersoni nomen esse,
 hoc addere, si quid extiterit causæ pa-
 ris momenti, cū his quæ pontificū le-
 ges nominatim excipiūt, similiter ces-
 sare vigorē præcepti. Sūt enim corpo-
 rum peculiare habitus, qui reddūt ca-
 pitaliorem inediā q̄ morbus euidēs: &
 sunt vitia morbive, qui non apparent,
 quum reuera plus habeāt discriminis.
 Proinde qui sibi notus est, nihil opus
 habet consulere sacerdotē, quēadmodū
 infantes non consulunt sacerdotē, quia
 causa eximit illos à lege. Et qui pue-
 ros, aut vehemēter senes, aut alioquin
 inualidos adigunt ad ieiuniū aut esum
 pisciū, bis peccant: primū aduersus fra-
 ternā charitatē, deinde aduersus men-
 tem Pontificū, qui nolunt eos inuolui
 lege, quibus obseruata pernitē adfer-
 ret. **C H R I S T V S** quicquid instituit,
 ad sanitatē animi & corporis instituit.
 Nec vllus Pontifex sibi vindicat tantā
 potestatē, vt sua constitutione quēq̄
 adigat ad vitæ discrimē. Veluti, si quis
 ex inedia vespertina contrahat insom-
 niā, & ob insomniā periclitetur para-
 phronesi, simul & aduersus ecclesie
 mentē, & aduersus dei volūtatē, homi-
 cidæ est sui. Principes quoties cōmodū
 est, ædita lege minātur suppliciū capi-
 tale. Quid illis liceat non definitio, illud

dicam, tutius facerent, si nō infligerent mortē corporis, nisi ob causas in diuinis literis expressas. In odiosis, dominus longius auocat ab extremā linea, velut à periurio, vetās omnino iurare, in homicidio prohibens irasci : nos ob humanā constitutionē ad extremā homicidij lineam impellimus, quā vocamus necessitatē. Imō quoties apparet causa probabilis, charitatis est vltro hortari proximū ad ea, quę postulat corpusculi imbecillitas. Et si nulla apparet causa, tamen Christianę charitatis est, benigne interpretari, quod recto animo fieri potest, nisi qui comedit, præ se ferat manifestū ecclesię contemptū. Cōtumaciter ac seditiose vescentes recte punit magistratus prophanus: at quid quisque domi suę pro corpusculi sanitate comedat, medicorū est curare, non magistratū. Quod si quorū improbitas hinc quoq; cōcitet tumultum, ipsi seditiois accersantur, nō is qui seruit valetudini, nec diuina nec humana lege violata. Hic certe nō in loco præteximus authoritatē Pontificū, quorū tanta est humanitas, vt vbi cognorint causam haud absurdā, vltro inuitēt ad ea quę postulat valetudo, diplomatis arment aduersus malorū obtreccationes. Deniq; per vniuersam Italiā patiuntur in certis macellis vendi carnes, nimirū illorū saluti cōsulētes, quos illa lex nō astringit. Quin & in cōcionibus sacris audiui Theologos paulo mi-

nus pharisaicos dicere: Nihil est quod vereamini cœnæ tempore sumere panem vnũ & heminam vini ceruisiæve propter imbecillitatẽ humani corporis. Si tantum sibi sumunt authoritatẽ vt pro cœna cœnulam indulgeant validis, idq; contra præceptum ecclesiæ, quæ ieiuniũ indixit, nõ cœnulam: quur non audent iustam cœnam permittere ijs, quorum imbecillitas hoc requirit, & põtifices expressis causis declararunt sibi placere? Dicatur zelus, si quis durius tractet corpus suũ, nam sibi quis que notus est: at vbi pietas, vbi charitas istorum, qui contra legem naturæ, contra legem dei, contra sensum legis pontificiæ fratrem imbecillem, spiritu promptũ, corpusculo infirmũ ad morrem adigunt, aut morbũ morte duriorẽ? L. Suggestit mihi tua cõmemoratio quiddã, quod ante bienniũ vidi. Erotẽ nosti, virũ iam natu grandẽ, videlicet sexagenariũ: valetudine plus q̃ vitrea, tũ quotidianis morbis, ijsq; atrocissimis grauissimisque studiõrũ laboribus sic afflicta, vt vel Milonẽ possint deicere, ad hæc occulta quadã naturæ proprietate vel à puero sic & abhorrens à pisciũ esu, & impatiens inedia, vt nunq̃ id tentarit absque capitis discrimine: postremo diplomatis põtificũ abunde cõmunitus aduersus pharisaicas linguas. Is nuper eò vocatibus amicis, inuiserat ciuitatẽ Eleutheropolim, nõ omnino suo nomini respondẽ

tem: erat autē quadragesimæ tempus, datus est vnus atq; alter dies amicorū affectib⁹. Interim vescebatur piscib⁹ ne quē offenderet, quū haberet præter necessitatē à pōtifice diploma, per quod licebat vesci quibuslibet. Iam præsentiebat morbū imminētē, quē habebat familiarē, sed morte crudeliorē, paratū, & res vrgebat, nisi maluisset ibi decūbere. Ibi quidā suspicātes illū hoc maturius abire, quòd non ferret esum pisciū, effecerūt vt Glauco plut⁹ vir ad prime doctus, & primæ in ea repub. authoritatis, Erotē inuitaret domū suā ad ientaculū. Eros iā turbæ satur, quā in publico diuersorio vitare non poterat, assensus est, sed hac lege, ne quid esset apparat⁹ præter oua duo, quæ stās vbi comedisset, equū conscēderet. Promissum est ita fore. Vbi eò venit, paratus erat pullus gallinaceus, Eros indigne ferens, præter oua nihil attigit, & abrumpens cōiuiū, conscendit equos, deducentibus eruditis aliquot. Ei⁹ pulli nidor nescio quomodo peruenerat ad sycophantas. Ab his rumor sparsus est tā atrox, ac si decē homīes fuissent veneno necati. Nec ea ciuitas modo p̄strepuit hac fabula, sed eodē fermè die rumor ad alias ciuitates transuolarat, quæ aberāt itinere tridui. Atq; vt fit, rumor aliqd veris addiderat, Erotē ni p̄pere fugisset, accersendū fuisse ad magistratū. Hoc vt erat falsissimū, ita verū erat, Glauco plutum magistratui expo-

stulanti satis fecisse. Iam Eros sic affectus, ut dixi, si vel in publico carnibus vesceretur, quis deberet offendere? Et tamen in eadem ciuitate totam quadragesimam, sed precipue diebus festis, bibitur usque ad insaniam, clamat, saltatur, pugnatur, luditur alea proxime templum ut sacra conuicio non possit audiri, & nullum est offendiculum. s. Mira iudiciorum peruersitas. l. Accipe fabulam huic non dissimilem. Iam ferme biennium est, quod idem Eros ualitudinis ergo uiseret Feruentiam, ego officij gratia comitatus sum. Diuertit in aedes veteris amici, cuius crebris literis fuerat euocatus. Is est vir prepotens, & illius ecclesiae procerum unus. Ventum est ad pisces, rursus Eros coepit periclitari, agmen morborum erat, febris, cephalalgia, vomitus, calculus. Hospes tamen uideret grauitate periclitante amicum, non ausus est tamen carniuium micam dare amico. Quam ob rem uidebat tot causas quereliceret, uidebat diploma, sed metuebat linguas hominum. Et iam eum profecerat morbus, ut frustra daturus fuerit. s. A. Quid Eros? Noui hominis ingenium, memoriae citius quam amicum ulla grauet invidia. l. Inclusit se cubiculo, triduum uisitauit suo more. Prandium erat ouum unum: potus, aqua saccharo decocta. Simul atque se remisit febris, contempsit equum, secum deferens comestum. s. Quis l. Las amygdalinum in laguncula, & uas passas in crumena. Vbi domum rediit, tum aperuit sese calculus, totamque mesem

decubuit. Et tamen hunc quoq; abitū
 sequus, sed vanus carniū rumor sequu-
 tus est, & Lutetiam vsq; perlatus, non
 sine frequenti splēdidorum mendacio-
 rum comitatu. Quod tu remedium ar-
 bitraris idoneum talibus offendiculis
 s. Vt in illorum capita omnes suas ma-
 tulas effundāt, & si forte occurrāt, ob-
 turatis naribus prætereantur, quo vel
 sic agnoscant suam vesaniam. L. Certe
 hanc pharisaicā impietatem oportebat
 acribus theologorum conuitijs flagel-
 lari. De hospite vero illo quid cēsesis.
 Mihi vir prudens videtur, qui norit q̄
 friuolis de causis quātas tragedias in-
 terdum excitet populus. L. Sit hoc sanē
 prudenter factum, & boni viri metum
 ciuilitate interpretemur: at quā multi
 sunt, qui quum in simili casu fratrem
 mori patiantur, ecclesiæ cōsuetudinem
 & populi scandalum prætexunt: cæ-
 terum in vita palām dedecorosa, quam
 agūt in comestationibus, in amoribus,
 in luxu, in otio, in summo contemptu
 sacrorum studiorum, in rapinis, simo-
 nijs & fraudibus, nihil formidant po-
 puli scandalum. s. Omnino tales sunt
 quidam. Quod isti pietatem appellāt,
 immanis & impia crudelitas est. Sed
 illi mihi videntur crudeliores, qui non
 ex occasione relinquunt hominē in pe-
 riculo, sed inuentis periculis veluti la-
 queis, impellūt multos in corporis ani-
 miq; manifestum discrimē, præsertim
 nulla publica autoritate pollentes. L.

Expecto quid dicas. s. Ante annos tri-
 ginta, vixi Lutetiae in collegio cui co-
 gnomen ab aceto. l. Sapientiae vocabu-
 lum audio. Quid vero narras? Vixit falsa
 metarius in eo collegio tam acido? Non
 mirum igitur, si tantum tenet quaestio-
 num theologiarum. Nam illic, ut audio
 parietes ipsi mentem habent theologi-
 cam. s. Sic est, ut dicis, ego tamen praeter
 corpus pessimis infectum humoribus,
 & pediculorum largissimam copiam ni-
 hil illinc extuli. Verum ut pergā, quod
 coepi, In eo collegio tū regnabat Ioan-
 nes Standoneus, vir in quo non dāna-
 ses affectū, sed iudiciū omnino deside-
 rasses. Etenim quod ipse memor ado-
 lescentiae quam cum extrema pauper-
 tate trāsegerat, rationē habebat paupe-
 rum, vehemēter probari debet. Et si iu-
 uenum inopiā hactenus subleuasset, ut
 honestis studijs suppeteret rerū vsus,
 nō ad lasciuiam exuberaret copia, lau-
 de merebatur. Caeterū quod rē aggres-
 sus est cubitu tam duro, victu tā aspe-
 ro parcōq; vigilijs ac laboribus tā gra-
 uibus, ut intra annum prima experien-
 tia multos iuuenes, felici indole prae-
 ditos, ac spē amplissimā praeseferentes,
 alios neci dederit, alios caecitati, alios
 dementiae, nonnullos & lepre, quorum
 aliquot ipse noui, certe nullus omnium
 non periclitatus est, quis nō intelligat
 esse crudelitatem in proximū? Nec his
 cōtentus, addidit palliū & cucullā, ade-
 mit in totū esum carniū. Et huius ge-

nēris plātaria, transtulit in longinquas
 regiones. Quòd si quisq; tātū permit-
 tat suis affectibus, quātū ille permisit,
 Futurū est vt istorū similes totū occu-
 pent mundū. Siquidē à talibus initijs
 primū orta sunt monasteria, quę nunc
 mimitantur pōtificibus & monarchis.
 In proximi ad pietatē respiscentis lu-
 cro gloriari, pium est, in veste aut cibo
 gloriā querere, pharisaicū est: proximo-
 rū inopiā subleuare pietas est, prospic-
 cere ne liberalitate bonorum abutātur
 ad luxū, disciplina est. Cæterū in mor-
 bos, in delirationē, in mortē his rebus
 impellere fratrē, crudelitas est, parricia
 diuina est. Abest fortasse voluntas occi-
 dendi, at non abest homicidium. Quæ
 igitur istis debetur venia? Nimirū quę
 medico, qui per insignē imperitiā occi-
 dit egrotum. Dicit aliquis: nullus illos
 eogit ad hoc vitę genus, spōte veniūt,
 rogant admitti, & liberū est abire per-
 tæsis. O Scythicam responsionē. Itāne
 postulant, vt adolescentes rectius per-
 spiciant quid ipsis conueniat, q̄ vir do-
 ctus, rerum vsu tritus, & ætate proue-
 ctus? Sic sese excuset lupo, qui fameli-
 cū ostēsa esca pellexit in retia. An qui
 vehemēter esurienti apponat cibū in-
 salubrē aut letiferum etiam, ita semet
 excusabit pereunti? Nemo te coegit es-
 dere, volens ac lubens deuorasti quod
 erat appositum. Nōne is iure respon-
 deat, Tu non cibum dedisti, sed vene-
 num? Telū ingens necessitas, graue ton-

mentū fames. Auferant igitur illa magna verba, libera erat electio. Imò magnam vim admouet, quisquis talibus vtitur tormētis. Nec ea scuitia tantum perdidit tenues, sustulit non paucos diuitum filios, & generosam indolem deprauauit. Ætatē lasciuientē moderatis rationibus cohibere, paternum est. Ceterum in medio hyemis rigore, datur postulātibus paululum panis, potus iubetur è puteo peti, qui aquā habet pestilentem, pestiferā alioqui, etiā si nihil haberet præter rigorem matutinū. Noui multos, qui valetudinē ibi contractā nec hodie possunt excutere. Erant aliquot cubicula humili solo, putri gypso, vicinia latrinarum pestifera. In his nullus vnquā habitauit, nisi aut mors aut morbus capitalis fuerit cōsequutus. Omitto nunc miram flagrorū carnificinam, etiā in innoxios. Sic aiūt dedisci ferociam: ferociam appellāt indolem generosiorē, quam studio frangunt, vt eos reddant habiles monasterijs. Quantum ibi deuorabatur ouorū putrium? quantum vini putris hauriebatur? Sūt fortassis hæc iā correctā, sed sero, videlicet ijs qui perierūt, aut corpus circūferūt infectū. Neq; vero hæc commemoro, quòd male velim illi collegio, sed operæpretium esse iudicauimone, ne sub vmbra religionis, humana scuitia corrumpat ætatem imperitam ac tenerā. Iam quantū ibi discatur ciuilitatis aut verę pietatis, in præ-

sentia non excutio. Quòd si viderē malitiā exuere quicunq; cucullā induunt, hortarer omnes ad cucullam. Nūc alia res est, proinde non sunt ad hoc vitæ genus frangendi spiritus suppullulātis ætatis, sed animus magis ad pietatem educādus. Mihi vix contigit vllum ingredi monasteriū Cartusianorum, quin illic offenderim vnū atq; alterū aut simpliciter mēte captū, aut delirātem. Verum iamdudum tempus est, vt à tā longa digressionē redeamus ad institutum. L. Imò nullū est digressionis dispendiū, rem ipsam egimus, nisi si quid tibi forte succurrit, quod adijciēdū putes ijs, quæ disserta sunt de constitutionibus humanis. s. Mihi quidē nec humanum præceptū implere videtur, qui negligit hoc præstare, quod spectauit is qui præcepit. Etenim qui festis diebus tantū abstinet ab operibus manualijs, nec interim vacat sacris, aut audiēdis concionibus, violat festū diem, negligens id, cuius gratia festus dies institutus est. Ideo enim interdictū est op^o bonum, vt fieret melius. Iam vero qui pro solitis operis vacant popinis, scortis, temulentie, pugnis & aleæ, bis violant diem festum. L. Opinor & precū sacrarum pensum in hoc præscriptum sacerdotibus ac monachis, vt hac exercitatione consuescerent sustollere mentem in deū: & tamen qui pensum hoc non exoluit, periclitatur. Qui tātū ore demurmurat voces, nec curat animū ad

ea quæ sonat colligere, imò ne literas
 quidem studet discere, sine quibus quæ
 sonant intelligi nō possunt, vir bonus
 habetur, ac sibi quoq; videtur. s. Ego
 multos noui sacerdotes, qui piaculū in
 expiabile putant, aliquā partē precum
 omisisse, aut per errorē dixisse de diua
 virgine, quum dicendū esset de sancto
 Paulo. At ijdē pro nihilo ducebāt ale
 am, scortū ac temulētiam, quæ diuinis
 pariter & humanis legib⁹ vetita sunt.
 L. Nec paucos ego comperi, qui citius
 mortē oppetissent, q̄ vel casu gustato
 cibo, aut dū os proluūt, delapsis in sto
 machū aliquot aquæ guttis sacrificas
 sent: at ijdē fatebantur esse sibi cū qui
 busdam simulatē, quos, si daretur op
 portunitas, occiderent, nec verebantur
 cū hoc animo ad sacram CH R I S T I
 mensam accedere. s. Atqui vt ieiuni sa
 crificēt, hominis præceptū est: vt depo
 nant iras prius q̄ accedāt ad sacrā mē
 sam, Dei præceptū. L. Iam vero de per
 iurio q̄ præpostere iudicamus? Infamis
 habetur, qui iureiurando confirmauit
 se dissoluisse æs alienum, si cōuincatur
 nō dissoluisse: nec periurium obijcitur
 sacerdoti, qui palām impudice viuit,
 quum iureiurādo publice professus sit
 castitatem. s. Quin istam cantionē ca
 nis episcoporum vicarijs, qui coram al
 tari deierāt, se comperisse omnes quos
 offerunt initiandos, idoneos ætate, sciē
 tia & moribus, quum aliquoties inter
 hos vix duo trēve sint tolerabiles, pla

rimi vix ad stitiam idonei? L. Vocatur ad poenam, qui commotus aliqua causa peierat: & non puniuntur, qui tertio cuique verbo admiscunt periurium. s. Isti non iurant ex animo. L. Eodē colore patrocineris licebit ei, qui hominē occidit nō ex animo. Peierare nec ioco nec serio fas est. Et atrocius discrimen foret, si quis ioco necaret hominem, q̄ si commotus ira. s. Quid si quis ad eādē trutinam expendat iusiurandum principum quo inaugurantur? L. Et ista quū sint maxime seria, tamen quoniam velut ex more fiunt, non habentur pro periurijs. Eadē est querimonia de votis. Matrimonij votum est iuris sine controuersia diuini, & tamen dirimitur per monasticæ vitæ professionē ab hominibus repertā. s. Quum nullū votum religiosius sit q̄ baptismi, tamē qui vestem mutat aut locum, perinde quasi patrem veneno necarit, perquiritur, rapitur, stringitur, nōnunquam & occiditur propter honorē ordinis. At quorum tota vita pugnat ex diametro cum professione baptismi, quippe qui toti seruiūt māmonæ, ventri, & huius mundi pompis, habentur in pretio: nec his obijcitur voti violati crimē, nec exprobratur, nec vocantur apostatæ, sed habētur pro Christianis. L. Simile vulgi iudicium est de benefactis ac malefactis, deq; præsijs beatitudinis. Quāta infamia sequitur puellā lapsam? at dōge grauius crimē est lingua mēdax

& obtreſatrix, & animus odio liuo-
 réq; corruptus. Vbi non grauius puni-
 tur,quanuis leue furtum quàm adulte-
 rium? Nemo lubens cum eo conſuetu-
 dinē habet, qui ſemel furti aſperſus eſt
 infamia: cū eo qui coopertus eſt adu-
 terijs, pulchrum eſt habere familiarita-
 tem. Spiculatori publico, qui ſtipendio
 conſuctus, ſeruit legibus, quēadmodū
 & iudex ipſe, nemo dignetur locare ſi-
 liam: & nō deteſtamur affinitatē mili-
 tis, qui toties inuitis parentibus, & ve-
 tate nōnunq̄ magiſtratu, ſubduxit ſeſe
 ad bellum mercenariū, tot ſtupris, tot
 raptib⁹, tot ſacrilegijs, tot homicidijs,
 alijsq; facinoribus impurati, quæ vel in
 ipſa militia, vel in profectione ad bel-
 lum, & reditu à bello committi ſolēt:
 hunc generum aſciſcimus, hūc quouis
 carnifice peiorem adamat virgo, & in-
 terpretamur etiam nobilitatem queſi-
 tam ſcelere. Qui nummū tollit, pēdet:
 qui fraudata moneta publica, qui mo-
 nopolijs, qui vſuris, qui mille technis
 ac fraudibus tam multos ſpoliāt, inter
 præcipuos habentur. s. Qui vni cuipiā
 venenū porrigūt, vt venefici dant pœ-
 nas legibus: qui vinis infectis, aut oleo
 vitiato, populū inficiūt, impune faciūt.
 L. Noui quosdā monachos adeo ſuper-
 ſtitioſos, vt exiſtimēt ſeſe eſſe in manu
 diaboli, ſi vel caſu facta veſtis abſit: nec
 metuūt ab vnguibus diaboli, ſi mētiā-
 tur, ſi calūniē, ſi inebriētur, ſi inuide-
 ant. s. Iſtiusmodi licet & inter nos idio

tas complures videre: non credunt do-
 mum tutam à violentia cacodæmonis,
 nisi paratam habeant. aquam consecra-
 tam, frondes sacras ac cereum: & non
 metuant suis ædibus in quibus quoti-
 die tot modis prouocatur Deus, & co-
 litur diabolus. L A. Quàm multi sunt
 qui magis fidūt præsidio virginis ma-
 tris, aut Christophori, quàm ipsius C H R I
 S T I Matrem colunt imaginibus, can-
 delis & cantiunculis, C H R I S T V M im-
 pia vita fortiter offendunt. Nauta quū
 periclitatur, C H R I S T I matrem, aut
 Christophorum, aut quēuis diuorū ci-
 tius inuocat quàm ipsam C H R I S T V M.
 Et virginem se credunt habere propi-
 tiam, quòd illi sub noctem cantiuncu-
 lam non intellectam canunt, Salue re-
 gina: ac non potius metuant, ne illa se
 putet irrideri talibus cantiunculis, quū
 totus dies magnaque noctis pars illis
 trāsfigatur obscœnis sermonibus, temu-
 lentijs, & factis non referendis. s. Ita
 militi periclitanti, citius in mētem ve-
 nit Georgius aut Barbara, quàm C H R I
 S T V S. Porro quum nullus sit cultus
 diuis gratior, quàm imitatio factorū,
 quibus ipsi C H R I S T O placuerunt,
 hanc partē fortiter contēnimus. Et An-
 tonium nobis egregie fauentem fore
 credimus, si illi porcos aliquot sacros
 alamus, si que ipsum cum porco, igni
 & tintinnabulo pictū habeamus in fo-
 ribus ac lateribus ædium: nec metui-
 mus, quod magis erat metuendum, ne

Ille male velit edibus, in quibus regnāt ea vitia, quæ vir sanct⁹ semper fuit detestatus. Virgini annueramus rosa riola, & salutatiunculas, quin potius annueramus in illius gratiam coercitū animi tumorem, repressam libidinem, condonatam iniuriam? Huiusmodi cātiunculis delectatur **CHRIST** i m a s t e r, his officijs demerueris vtrunq; . l. Itidem morbo periclitāti citius in mētem venit sanctus Rochus aut Dionysius, quā **CHRISTVS** vnica salus hominum. Quin & hi qui sacras literas interpretantur ē suggesto, quas nemo sine spiritus afflatu, vel intelligere recte, vel docere potest vtiliter, malunt inuocare virginis matris auxiliū, quā ipsum **CHRISTVM**, aut **CHRISTI** spiritum. Et in hæreseos suspicionem vocatur, qui mutire audet aduersus hanc consuetudinem, quam vocant laudabilem. Atqui laudabilior erat veterum consuetudo, quam obtinuerunt Origenes, Basilus, Chrysostomus, Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, qui spiritum **CHRISTI** identidem inuocant, virginis auxiliū nusquam implorant. Nec in eos stomachantur qui tam sanctam consuetudinē, ex **CHRISTI** & apostolorū doctrina, ex sanctorum patrum exemplis desumptam, ausi sunt immutare. s. Similis error habet complures monachos, qui sibi persuadent Benedictum esse propitium, donec ge-

stent illius cucullam & pallium: quam
 quam nos arbitror eum virum vnquā
 gestasse tam laciniosam, magnóq; em-
 ptam vestem: nec verentur illius iram,
 quòd in vita nihil habeant cū illo com-
 mune. L A N. Francisci germanus est,
 qui vestem cinericeā & canabeum cin-
 gulum non abiicit: vitam confer, nihil
 pugnantius. De plerisque loquor, non
 de omnibus. Atque hic sermo per om-
 nes ordinum, & professionum formas
 circumferri potest. Ex corruptis iudi-
 cijs nascitur præpostera fiducia, & ex
 iisdem nascuntur præpostera scandala.
 Prodeat Frãciscanus coriacea zona cin-
 ctus, qui casu funem suum perdidit:
 aut Augustinensis laneum gestans
 cingulum, aut discinctus qui cingi so-
 leat, quæ futura est abominatio, quan-
 tū periculum ne mulieres ad hoc spe-
 ctaculum abortiant? Et ex huiusmodi
 nugis quãta fraternę charitatis ruptu-
 ra! quàm acerba odia! quã virulentæ ob-
 treccationes! Aduersus, hæc, clamat do-
 minus in Euangelio, nec minus gnaui-
 ter Paulus apostolus: aduersus eadem
 clamandum esset theologis, & concio-
 natoribus. s. Esset sanè, sed in his mul-
 ti sunt quibus expedit talem esse popu-
 lum, imò tales esse principes, tales epis-
 scopos. Et sunt rursus qui nihilo plus
 sapiunt in his quàm popul⁹: aut si quid
 sapiunt, dissimulant, suo vëtri consulen-
 tes potius quàm I E S V C H R I S T O.
 Itaq; fit, vt populus vndiq; corruptus

præposteris iudicijs, ibi fidat ubi præ
 sens est periculū, ibi trepidet ubi nihil
 est periculi, ibi conquiescat vnde pro
 grediendū erat, eò proficiat vnde erat
 recedendū. Ab his male structis, si quid
 tentes conuellere, clamant excitari se
 ditionem, quasi seditio sit, si quis vitio
 sum corporis habitum, quem imperi
 tus medicus diu fouerit, ac propemo
 dum verterit in naturam, conetur exi
 mere pharmacis melioribus. Verū ab
 rumpenda est querimonia, quæ finem
 non habet. Et periculum sit, si senserit
 populus hoc nostrum colloquium, ne
 nouum suscitēt prouerbium, quòd hæc
 curæ sint falsamentario & lamioni. L. A.
 Istis ego regeram vetus prouerbium,
 Sæpe etiam est holitor valde oportu
 na loquutus. Nuper quum ista dissere
 rem super cœnam, malis auspicijs ad
 erat quidam pannosus, pediculosus, lu
 ridus, viētus, exuccus, facie cadauerosâ,
 craniū vix habebat tres pilos, quoties
 loquebatur claudebat oculos, aiebant
 theologum esse. Is me vocabat discipu
 lum antichristi, aliâq; permulta balbu
 tiebat. s. Quid ibi tu, mutus? L. Ego
 illi præcabar micam sobriæ mentis in
 tam putido cerebro, si tamen vllū ha
 bebatur cerebrum. s. Iuuaret & istam au
 dire fabulam ordine. L. Audies si die
 Iouis veneris ad prandis. Habebis vi
 tulinâ crusto incoctâ, contusam, adeo
 que teneram, vt possis vel exigere.
 s. A. Polliceor, hac lege, si die Veneris

apud nos prandeas, efficiam vt intelligas falsamentarios nō semper vesci patribus falsamentis.

FVNVS.

MARCOLPHVS, PHÆDRVS.

VNde nobis Phædrus? num ex antro Trophonij? P. Cur isthuc rogas? M. Quia præter morē tristis, horridus, squalidus, toruus: in summa, nihil minus q̄ quod diceris. P. H. Si qui diutius versantur in officinis fabrorum ærariorum, aliquid nigroris sibi cōtrahunt: quid miraris, si ego tot dies versatus apud duos ægrotantes, morientes, & sepultos, solito sum moestior, præsertim quum vterq; mihi fuerit egregie charus? M. Quos mihi narras sepultos? P. Nosti Georgium Balearicum? M. Nomine duntaxat, de facie nō noui. P. Alterū tibi scio prorsus ignotum esse. Is erat Cornelius Montius, qui cum mihi plurimis iam annis intercessit arētissima necessitudo. M. Mihi nunquam contigit adesse morienti. P. Mihi sæpius quā vellem. M. Sed estne mors res tam horrenda q̄ vulgo prædicant? P. Iter ad mortem durius quā ipsa mors. Quod si quis horrorem illum & imaginationē mortis excutiat animo, magnam mali partem sibi detraxerit. Breuiter quicquid est cruciabile, vel in ægrotatione, vel in morte, longē tolerabilius redditur, si quis se totum tradat voluntati diuinę. Nam

quod attinet ad sensum mortis, quum iam animus distrahitur à corpore, arbitror aut nullū esse, aut perquā stupidū esse sensum, q̄ natura prius quā huc veniatur, consopiat, ac stupefaciat omnes partes sensibiles. M. A. Nascimur absq; sensu nostri. P. Sed nō absq; sensu matris. M. Quur non itidem emorimur? Quur Deus mortē voluit esse tam cruciabilem? P. Natiuitatē voluit esse grauem ac periculosā matri, quo charius haberet quod peperisset: mortem autē vnicuiq; voluit esse formidabilem, ne passim homines sibi mortē consciscerēt. Etenim quum videamus & hodie tam multos sibi manus adferre, quid censes futurum, si mors nihil haberet horribile? Quoties vapulasset seruus aut etiam filius adolescēs, quoties vxor indignaretur marito, quoties perisset res, aut aliud accidisset quod ægre esset animo, protinus ad laqueū, ad gladiū, ad flumen, ad præcipitiū, ad venenū current homines. Nunc mortis acerbitas, vitā nobis reddit chariorem, præsertim quum medici nō queāt mederi semel vita defuncto. Quanquā vt non omnibus eadē est nascendi fors, ita non est eadem omnibus mortis ratio. Quosdam cita mors protinus liberat, alij lenta morte contabescunt. Lethargici, quemadmodum & ab aspide percussi, somno consopiti citra sensum sui moriuntur. Illud obseruari, nullū esse mortis genus tam acerbum, quia

perferatur, si quis obfirmato animo de-
 creuit exire. M A. Vtrius mors visa est
 Christianior? P. Mihi quidem Georgij
 visa est horificētiō. M. Etiamne mors
 habet ambitionem suam? P. Ego nun-
 quam vidi duos tam dispari morte mo-
 rientes. Si vacat audire, depingā exces-
 sam vtriusq; tuum erit iudicare, vtra
 mors sit optabilior homini Christiano.
 M. Imò te rogo, ne graueris narrare.
 Nā ipse nihil audiero cupidius. P. Er-
 go de Georgio prius audi. Vbi mors
 iam certa sui signa dederat, medicorū
 chorus, qui diu curarant ægrotū, diffi-
 mulata vitæ desperatiōe coeperūt men-
 cedem poscere. M. Quot erant medi-
 ci? P. Aliquando decem, interim duo-
 decim: quum paucissimi, sex. M. Satis
 erat ad occidēdum vel valentem. P H.
 Numerata pecunia, clam submonuerūt
 proximos, non procul abesse mortē, cu-
 rarent ea quæ pertinerent ad animæ sa-
 lutem: nam de corporis incolūmitate
 nihil esse spei: per amicos intimos blā-
 de submonitus est & ægrotus, vt cor-
 poris curā Deo committeret, ea tantū
 curaret, quæ pertinerēt ad feliciter hinc
 emigrandū. His auditis, mira toruitate
 Georgius oculos intendit in medicos,
 velut indigne ferēs quòd ab illis desti-
 tueretur. Illi responderunt, se medicos
 esse, non Deos, quod artis erat præsti-
 tisse: cæterum aduersus fatalem necessi-
 tatem nullam valere medicinam. His
 actis, abeunt in proximum cubiculum.

M. Quid, moratur etiam accepta mercede? **P. H.** Inter illos nihil conuenerat de morbi genere: alius aiebat hydropē, alius tympanitē, alius apostema in intestinis, alius aliud atq; aliud malum: totōq; hoc tēpore quo tractabāt ægrotum, acerrime disceptarunt de morbi genere. **M. A.** O felicem interim ægrotum. **P.** Eam litem vt tandem finiret, per vxorē postularunt, vt sinerent exanimati corporis anatomiam fieri. Id esse honorificum, & solere vel honoris gratia fieri in magnatibus: deinde rem eam fore saluti multis, idq; ad meritum ipsius cumulū accessurum: postremo pollicentur suo sumptu se cōmercuros triginta missas, cessuras in cōmodum mortui. Id ægre quidem, sed tandē blanditijs vxoris, ac propinquorum impetratum est. His actis, subduxit sese statio medicorū. Negant enim fas esse, vt qui vitæ solēt opitulari, mortis sint spectatores, aut exequijs intersint. Mox accitus est Bernardinus, vir, vt scis, reuerēdus, Frāciscanorū custos, qui confessionē exciperet. Vix peracta est confessio, iam aderat in ædibus turba quatuor ordinum, quos vulgus appellat mendicantium. **M.** Tot vultures ad vnum cadauer? **P.** Deinde vocatus est parochus qui hominem inungeret, sacrumq; symbolum corporis domini porrigeret. **M.** Religiose. **P. H.** Verum ibi minimum abfuit, quin inter parochum & monachos cructa pugna fuisset.

rit orta. M. Apud lectū ægroti? P. Et quidem spectante CHRISTO. MAJ. Quid excitauit tantos tumultus subito? P. Parochus ubi cognouit ægrotum fuisse confesum Franciscano, negauit se vel vnctionis sacramentū, vel eucharistiam, vel sepulturam impartiturum, ni suis auribus audisset ægroti confessionem: se parochum esse, sibi pro sua ouicula reddendam domino rationem: id non posse, si solus ignoraret arcana conscientia. M. Nonne visus est æquū dicere? P. Nō illis quidē. Nā strenuus reclamabāt omnes, præsertim Bernardinus & Vincētius Dominicanus. M. Quid adferebant? P. Magnis conuitijs incessabant parochum, subinde vocantes eum asinū, dignūque qui pastorē ageret porcorum. Ego, inquit Vincētius, sum sacrę theologiæ baccalaureus formatus, mox licenciā, atq; etiam doctoris titulo insigniendus: tu vix legis Euangelium, tantū abest vt possis excutere secreta conscientia. Quod si libet esse curiosum, exquire quid agat vxor & māzares tui domi, aliāq; per multa, quę me pudet referre. M. Quid ille, mutus ad hæc? P. Mutus? Imō diceres cicadā ala correptā. Ego, inquit, baccalaureos multo te meliores nectā ē stipulis fabarū. Authores & principes ordinū vestrorū Dominic⁹ & Frāciscus ubi didicerūt philosophiā Aristotelicam, aut argumēta Thomæ, aut speculatiōes Scoti? aut ubi donati sunt

A.j.

titulo baccalaureorū? Irrepſiſtis in mū-
 dum adhuc credulum, ſed pauci, humi-
 les, quidam etiam docti ac piſi, nidula-
 bamini in agris ac vicis, mox in opu-
 lentiffimas quaſq; ciuitates, & in flo-
 rentiffimā ciuitatis partem demigra-
 ſtis. Tot ſunt agri qui paſtorē alere nō
 poſſunt, ibi loc⁹ erat veſtræ operæ: nūc
 nuſquā a deſtis, niſi in ſedibus diuitum.
 Iactatis nomen pontificium, at veſtra
 priuilegia nihil valent, niſi quū ceſſat
 epiſcopus, paſtor, aut hui⁹ vicarius. In
 meo templo nullus veſtrū concionabi-
 tur me paſtore incolumi. Nō ſum bac-
 calaureus: nec ſanctus Martin⁹ erat, &
 tamen agebat epiſcopum. Si quid mi-
 hi deeſt doctrinæ, à vobis non petam.
 An creditis etiā nunc mundū eſſe tam
 ſtupidum, vt vbicunq; viderit veſtem
 Dominici aut Frāciſci, putet adēſſe il-
 lorū ſanctimoniā? Num veſtra refert,
 quid agam domi meæ? Quid vos agat-
 tis in latebris veſtris, quomodo tractet-
 tis ſacras virgines, etiā populus nouit.
 Iam q̄ nihilo ſint vel feliciores vel pu-
 riores diuitū domus, quas frequētatis,
 omnib⁹ & lippis & tonforib⁹ notiſſi-
 mum eſt. Cætera Marcolphe nō audeo
 referre, omnino patres illos reuerēdos
 minime reuerenter tractauit. Nec erat
 futurus finis, ni Georgius manu mota
 ſignū dediſſet, ſe velle quippiā dicere.
 Ægre impetratū eſt, vt rixa tantisper
 cōſileſceret. Tum ægrotus, Sit pax, in-
 quit, inter vos, tibi parocho denuo cō-

sitebor. Deinde pro strepitu nolarū pro
 cantionib⁹ funeralib⁹, pro cenotaphio,
 pro sepultura numerabitur tibi pecu-
 nia, prius q̄ exeas hanc domū, neq; cō-
 mittā vt vlla in parte de me queri pos-
 sis. M. Num parochus recusauit tam
 æquam cōditionē? P. Non. Tantū ob-
 murmurauit nonnihil de confessione,
 quam ægroto remisit. Quid opus est,
 inquit, ijsdem repetendis fatigare tum
 ægotū, tum sacerdotem? Si in tempore
 mihi confessus fuisset, fortassis san-
 ctius condidisset suū testamentū, nunc
 vos videritis. Hæc æquitas ægroti pes-
 sime habebat monachos, indigne ferē-
 tes eam præde partem decidi parocho.
 Ego tamē intercessi, feciq; vt lis sopie-
 retur. Parochus vixit ægotum, dedit
 corp⁹ domini, & numerata summa, dis-
 scessit. M. Sequuta est igitur eā tem-
 pestatem tranquillitas? P. Imò tempe-
 statē hanc, sæuior tempestas protinus
 excepit. M. Obsecro quid causē? P. Au-
 dies. Confluxerant in eades quatuor or-
 dines mendicantium, his adiunxit sese
 quintus cruciferorū. Aduersus hūc ceu-
 nothum quatuor illi magno tumultu
 coorti sunt: rogabant, vbi vidissent vn-
 quā plaustrū quinq; rotarum: aut qua
 fronte vellent esse plures mendicantiū
 ordines q̄ sint euāgelistæ. Eadē, inquit
 unt, opera adducite huc mēdicos ōnes
 ē pōtib⁹ ac triuijs. M. Quid ad hæc
 cruciferi? P. Vicissim rogabāt quomo-
 do tum inuēssisset plaustrum ecclesiæ,
 A. ij.

quū nullus esset ordo mēdicantī, deinde quū vnus esset, postea tres? Nā euāgelistarū, inquit, numer⁹ nihilo plus habet affinitatis cū n̄ris ordinib⁹ q̄ cū alea, quæ vndiq; quatuor ostendit angulos. Augustinēses quis allegit in ordinem mēdicantīū? aut quis Carmelitas? Quādo mēdicauit Augustin⁹, aut quando Helias? Nam hos faciūt suorū ordinum authores. Hæc aliāq; multa fortiter quidē illi detonabant: sed soli quatuor exercituū impressionem non ferentes cesserunt, dira minitantes. M. Hic saltē effulsit tranquillitas. P. Imò Syncretism⁹ ille in quintum ordinem versus est in pugnam gladiatorīā. Frāciscanus ac Dominicanus cōtendebāt, nec Augustinēses, nec Carmelitas esse germane mendicos, sed nothos ac supposititios. Hæc rixa sic incruduit, vt planè vereretur, ne veniretur ad manus. M. Hæccine ferebat ægrotus? P. Non hæc acta sunt apud lectū, sed in atrio, quod cubiculo adhærebat, voces tamē omnes ad ægrotum permanabāt, neq; enim mussabant, sed plenis tibijs res agebatur, & scis alioqui in ægrotis aurium sensum esse acutiorem. M. Quis tandem exitus belli? P. Ægrotus per uxorem denūtiavit vt silerent paulisper, se compositurū hoc dissidiū. Itaq; rogauit, vt tū quidem tēporis Augustinēses & Carmelitæ discederent, hoc illos nullo suo damno facturos. Nam tantundē, inquit, cibi mittetur eis do-

mum, quantū hic daretur remanētib⁹.
 In funere vero iussit ōnes ordines ad
 esse, etiam quintum, atq; vt æqua pe-
 cuniæ portio diuideretur singulis, ad
 cōmune tamen conuiuiū non adhiber-
 rentur, ne quid turbæ posset oriri. M.
 Virum œconomicū mihi narras, qui
 vel moriens norit tot rerum vndas cō-
 ponere. P. Phy. Multis annis gesserat
 militiæ decem. Ibi quotidianū est hu-
 iusmodi tumult⁹ suboriri inter cohor-
 tes. M. A. Erat igitur re splendida? P.
 Admodū. M. Sed male parta, vt fit, ra-
 pinis, sacrilegijs, extorsionibus. P. Ita
 quidem vulgo faciūt duces, nec ausim
 deierare, hunc fuisse ab illorū moribus
 alienum. Si satis hominē noui, magis
 auxit rem ingenij dexteritate, q̄ violē-
 tia. M. Qui sic? P. Callebat arithme-
 ticam. M. Quid tum postea? P. Quid
 tum? apud principem supputabat mi-
 litum triginta millia, quum vix essent
 septem milia. Deinde multis militib⁹
 nihil numerabat. M. Næ tu mihi ma-
 gnificā narras arithmetica. P. Deinde
 bellū arte ducebat, solitus simul & ab
 hostiū & amicorū vicis & oppidis pe-
 cuniā stipulari menstruā: ab hostibus
 ne pateretur hostilia: ab amicis, vt illis
 liceret cum hoste pacisci. M. Agnosco
 morē vulgatū militū. Sed absolue nar-
 rationē. P. Bernardinus igitur & Vin-
 centius cū aliquot sui ordinis sodalib⁹
 remanserūt apud ægrotū, ad reliquos
 missus est commeatus. M. Satin' inter
 A. iij.

eos conueniebat, qui remāserūt in prę
 sidioſ p. Non vſquequaſq; Grunniebāt
 nescio quid, de pręrogatiuis diploma
 tum, ſed ne nō perageretur fabula, diſ
 ſimulatū eſt. Hic iam proferūtur cau
 tiones teſtamētarię, ſiūtq; ſtipulatio
 nes accitis teſtib⁹, de iſis quę iter ipſos
 antè tranſegerāt. M. Iſthęc audire ge
 ſtio. P. Dicam ſummatim, nam perlō
 ga eſt fabula. Super eſt vxor annos na
 ta duodequadraginta, mulier ſanè pro
 ba cordatāq; filij duo, alter annū natus
 vndevigeſimū, alter decimūquintū: ſi
 lię totidem, ſed impube ſvtraq;. Teſta
 mento ſic cautum erat, vt vxor, quoniā
 perpelli nō poterat vt fieret monacha,
 ſumeret palliū Beghinę, id eſt mediū
 genus inter monachas & laicas: filius
 natus maior, quoniam nec is induci po
 tuit vt fieret monachus. M. Vulpes a
 nus nō capitur laqueo. P. Mox ab ex
 equijs patris properaret Romā, ibique
 ex relaxatione pōtificis factus ante le
 gitimā ætatē ſacerdos, totū annū ſin
 gulis dieb⁹ ſacrificaret in templo Va
 ticano pro anima patris, & ſacros gra
 dus in Laterano, ſingulo quoq; Vener
 ris die genib⁹ perreptaret. M. Suſcepit
 hęc libēter? P. Ne dicam dolo, vt aſini
 ſolent ſarcinas impoſitas. Filius minor
 dicaretur S. Frāciſco, filia maior S. Cla
 rę, minor Catarinę Senēſi. Hoc tantū
 potuit obtineri, nā Georgij mens erat,
 quo magis ſibi Deū haberet obnoxiū,
 quinq; ſuperſtites partiri in quinque

mendicantiū ordines: & acriter quidē
 adlaboratū est, sed ætas vxoris filiique
 maioris, nec minis nec blāditijs cessit.
 M. Exhæredandi genus. P. Vniuersa
 hæreditas sic erat diuisa, vt detractis
 de solido impendijs funeralibus, vncia
 cederet vxori, cuius dimidia victitaret
 ipsa, dimidiū cederet loco, cui se foret
 addictura, vnde si mutato cōsilio rece-
 deret, tota pecunia resideret penes eū
 gregem: altera vncia decideretur filio,
 cui tamē statim numeraretur viaticū,
 & quod satis esset emendo diplomati,
 parādōq; victui annuo Romæ. Qui si
 mutata sententia recusaret initiari sa-
 cris ordinibus, illius vncia diuideretur
 inter Frāciscanos & Dominicanos. Et
 id ne fiat vereor, adeo videbatur adoles-
 scens à sacris abhorrere. Duę vncię ce-
 derēt monasterio, quod excepisset filiū
 natu minorē: binæ item monasterijs,
 quæ excepissent puellas, sed hac lege,
 vt si illi detrectarēt eam vitam profu-
 teri, omnis tamen pecunia penes illos
 maneret incolumis. Iā vna rursus vnc-
 cia decideretur Bernardino, tantūdem
 Vincentio: dimidiū vncię Cartusianis,
 pro cōmunionem bonorū operū omniū,
 quæ toto fierēt ordine. Vncia & semis
 quæ superaret, distribueretur occultis
 paupib⁹, quos beneficio dignos iudicas-
 sent Bernardin⁹ & Vincēti⁹. M. Debe-
 bas iurecōsultorū more dicere, quos vel
 quas. P. His igit̃ verbis stipulati sunt
 recitato testamēto; Georgi Balearice,
 A. iij.

vius & sanæ mētis approbas hoc te-
 stamentū, quod dudū ex animi tui sen-
 tentia condidisti? Approbo. Et hæc est
 tua suprema & immutabilis volūtas?
 Est. Mēq; & hunc Vincentium bacca-
 laureū instituis vltimæ tuæ volūtatis
 exequutores? Instituo. Iussus est denuo
 subscribere. M. Qui potuit moriēs? P.
 Bernardinus rexit ægroti manum. M.
 Quid subscripsit? P. Sanctū Franciscū
 & sanctū Dominicū iratos habeat, qui
 tentarit hinc aliquid immutare. M. A.
 At non metuebant actionem testamē-
 ti inofficiosi? P. Ista actio non habet
 locum in his quæ Deo dicantur, neq;
 quisquam libenter cum Deo litem sus-
 cipit. His peractis, vxor & liberi datis
 dextris ægrotō, iurant se seruaturōs
 quod recepissent. Post hæc coeptum est
 agi de pompa funerali, non sine cōten-
 tione. Tandem hæc vincit sententia, vt
 ex quinq; ordinū singulis adessent no-
 uem, in honorē quinq; voluminū Mo-
 si, & angelorum in nouem choros di-
 gestorū. Suam quisq; ordo crucē præ-
 ferret, canerētq; funebres nēnias. Ad
 hæc, præter cognatos cōducerētur tri-
 ginta, tot nūmīs erat vēditus domin⁹.
 Daduchi pullati, & honoris gratia plo-
 ratores duodecim (hic est numer⁹ or-
 dini apostolico sacer) comitarentur: à
 feretro sequeretur equus Georgij pul-
 latus, sic ad genua alligata ceruice, vt
 herū humi requirere videret. Stragula
 hinc atq; hinc ostēderet insignia. Simi

liter & vnaqueque teda & pulla vestis haberet insignia. Reponeretur autem corpus quidem ipsum ad dextram altaris summi in tymbo marmoreo, qui promineret à solo pedes quatuor: ipse in summo recumberet, Pario sculptus marmore, totus armatus à vertice vsq; ad calcaneū: nec deesset galeæ sua crista: crista erat onocrotali collū. nec clypeus læuo brachio, in quo insignia hæc erāt, tria capita apri sylvestris aurea in planicie argētea, nec lateri gladius inaurato capulo, nec balthæus inauratus, ac gēmeis distinctus bullis, nec pedib⁹ aurea calcaria. Erat enī eques auratus, sub pedibus haberet leopardū. Oræ sepulchri titulū haberēt tali viro dignū. Cor autē separatim recōdi volebat in sacello diui Frāncisci. Intestina mādauit parrocho, honorifice sepeliēda in sacello quod est virgini matri sacrū. M. Funus nimirū honorificū, sed nimio constās. Venetiæ vel cerdoni cuipiā plus haberetur honoris minimo impēdio. Fere trū elegās dat sodalitas, & vnū comitātur aliquādo sexcēti monachorū tuni- cis palliisve vestiti. P. Vidimus & nos, risimūsq; istas pauperū ineptas glorias. Incedūt fullones & coriarij superne inferneq; cerdones, in mediomonachi, chimæras esse diceres, nec alia res erat, si vidisses. Cautū est & illud Georgio, vt Franciscanus & Dominicanus inter sese sorte decernerēt, vtri primus cederet loc⁹ in pōpa, post hoc ceteri quoq;

A.V.

fortirentur, ne quid hinc oriretur tuus multus. Parochus & huius clerici locum tenerent infimum. Nec enim aliud erant passuri monachi. M. Non acies tantum, sed & pompas ille callebat ordinare. P. Cautum est & illud, ut funebre sacrum, quod apud parochum fieret, modulato musicorum concentu perageretur honoris gratia. Dum hæc aliâque tractantur, inhorruit ægrotus, deditque signa certissima, supremum tempus adesse. Adornatur igitur extremus fabulæ actus. M. Nōdū finis? P. Recitatur diploma pontificis, in quo permittebatur criminum omnium abolitio, totusque purgatorij metus adimebatur. Ad hæc iustificabantur omnia illius bona. M. Raptō parta? P. Certe iure belli ac more militari. Sed forte aderat Philippus in recōsultus, vxoris frater: is in diplomate notauit locum secus positum quod oportuit, & iniecit suspensionē falsi. M. Haudquaquam in tempore. Dissimulandum erat etiam si quid inesset erroris, & nihilo peius habuisset ægrotus. P. Assentior. Et ægrotus sic hac re perturbatus est, ut minimum abesset à desperatione. Ibi Vincētius fortē virū præbuit: iussit Georgiū forti esse animo, sibi esse potestatem corrigēdi supplendique si quid in diplomatibus vel erratum esset, vel omissum. Quod si te, inquit, fefellerit diploma, ego iā nūc hanc animā pro tua suppono anima, ut tua petat cælos, mea dedatur orco. M. Accipitne Deus tales

animarū permutationes? Et si accipit, nū satis cautū videbatur Georgio tali pignore? Quid si Vincentij anima vel absq; permutatione debebatur inferis? p. Quod gestum est, narro. Hoc certe perfecit Vincentius: ægrotus visus est animū recipere. Mox recitantur cautiones, quibus Georgio promittebatur societas omniū operū quę fierēt per quatuor ordines, & quintū Cartusienū. m. Ego metuerem ne deprimerer ad inferos si tantū sarcinæ baiulandū esset. p. De bonis operibus loquor: ea nō aliter grauant animā subuolaturā, q̄ plumæ auē. m. Mala igitur opera sua quibus legant? p. Militibus Germaniæ cōducti tjs. m. Quo iure? p. Iure Euāgelico, habēti dabitur. Simūlq; recitatus est numerus missarū & psalteriorū, quæ defuncti animam essent comitatura. Erat autē immēsus. Post hæc iterata est cōfessio, datāq; benedictio. m. Ita efflauit animā? p. Nondū. Strata est humi storea iuncis contexta, sic vt ab initio cōuoluta cervicalis speciē ex sese faceret. m. Quid nunc futurū est? p. Eā cōsperserūt cinere, sed raro, ibi deposuere corpus ægroti. Instrata est tunica Franciscana, sed prius consecrata preculis & aqua lustrali. Cuculla supposita est capiti, nam tum indui non poterat, vnā cum illo suppositum est diploma cum cautionibus. m. Noua mortis species. p. Atqui confirmāt dæmoni nullū esse ius in eos qui sic moriuntur. Sic aiunt

A. vj.

præter alios mortuū S. Martinū & Frā
 cifcū. M. Sed huic mortū illorū vita re-
 spōderat. Obsecro quid tum postea? P.
 Porrecta est ægroto crucis imago, &
 candela cerea. Ad crucē porrectā dixit
 ægrotus, Soleo in bellis tutus esse meo
 clypeo, nūc hunc clypeū opponā hosti
 meo, & exosculatus admouit humero
 læuo. Ad cereā vero sacrā, olim, inquit,
 hasta valui in bellis, nunc hanc hastam
 vibrabo aduersus hostem animarū. M.
 Satis militariter. P. Has postremas vo-
 ces ædidit. Nam mox linguā mors oc-
 cupauit, simulq; cœpit animam agere.
 Bernardinus à dextris imminebat mo-
 rienti, Vincētius à sinistris, vterq; pul-
 chre vocalis. Alter ostendebat imaginē
 sancti Francisci, alter Dominici, Cæte-
 ri sparsi per cubiculū demurmurabant
 psalmos aliquot voce lugubri. Bernar-
 dinus magnis vociferationibus percel-
 lebat aurem dextram, Vincentius fini-
 stram. M. Quid occlamabant? P. Huius-
 modi fermè Bernadinus: Georgi Balea-
 rice, si nunc quoq; probas ea quę sunt
 acta inter nos, flecte caput in dextrū.
 Flexit. Vincentius contrā, ne quid tre-
 pides Georgi, habes Franciscū & Do-
 minicū propugnatores. Esto securus.
 Cogita quantum habeas meritorum,
 quod diploma, deniq; memineris meā
 animam pro tua oppignoratā, si quid
 esset periculi: hæc si sētis & probas, fle-
 cte caput in læuum. Flexit. Rursus si-
 mili clamore, si hæc sentis, inquit,

preme manū meā : tum manū pressit. Ita huc & illuc flectendo capite, & pre mēdis manibus trāfactæ sunt horę ferme tres. Quum iam inciperet oscitare Georgius, ibi Bernardinus erectus, pronūtiauit absolutionē, quā perficere nō potuit, quin Georgius efflasset animā. Hæc sub noctis mediū, mane peracta anatomia. M. Quid mali repertū in corpore? P. Recte mones, nā exciderat. Fragmentum plumbi inherebat diaphragmati. M. Vnde id? P. Vxor narrabat filium quondā ictū spherula bōbardica. Hinc cōiectabāt medici plūbi liquefacti particulā resedisse in corpore. Mox corpus lacerū vtcunq; conuestitum est amictu Franciscano. A prādio sepultura peracta est ea pompa, qua decretum erat. M. Nūquam audiui mortem operosiores, nec funus ambitiosius. Verū istam opinor fabulam nolis euulgari. P. Quamobrem? M. Ne quid irritentur crabrones. P. Nihil est periculi. Etenim si pia sunt quæ narro, etiam ipsorum interest hæc scire populum: sin minus, quotquot inter illos, boni sunt, mihi gratias agēt qui hæc prodiderim, quo pudore correcti quidam desinant similia facere: deinde simplices caueant ne in similem pertrahantur errorem. Sūt enim & apud istos cordati verēq; pij, qui frequēter apud me questi sunt, paucorum vel superstitione vel improbitate totum ordinem reddi apud bonos inuidiosum. M. A. Recte tu quidem &

fortiter. Sed nunc aucto scire, quomodo decesserit Cornelius. P. Vt vixit nulli molestus, ita mortuus est. Habebat febrem anniuersariam, quæ statis temporibus singulis annis recurreret. Ea tum siue quia grauabat ætas: nam annū excesserat sexagesimum: siue alijs de causis, solito magis vrgebat hominem, & visus est ipse præsentire diem fatalem imminere. Itaq; quatriduo prius quàm moreretur, erat dominicus dies, templum adiit, confessus est suo parocho, audiuit publicam concionem & sacrū, à sacro reuerenter accepto pignore corporis dominici, domum se recepit. M. Non vsus est medicis? P. Vnicum dumtaxat cōsuluit, sed non minus bonū virum quàm bonum medicū, ei Iacobo Castrutio nomen est. M. Noui. Nihil illo syncerius. P. Is respōdit suam quidē operam amico non defuturam, sed sibi videri plus esse præsidij in deo, quàm in medicis. Cornelius hanc vocem non minus alacriter accepit, quàm si certissimā vitæ spem ostendisset. Itaq; tametsi semper pro suis facultatibus, fuisset perbenignus in pauperes, tum quicquid decidi poterat vxoris & liberorū necessitati, impartiebatur in egenos, nō istos ambitiose mendicos, & nusquam non obuios, sed in probos, qui pro viribus industria laborandi cum paupertate pugnabant. Rogabam hominem vt decumberet, & sacerdotem ad sese accerseret potius, quàm tenue corpuscu-

Iſi defatigaret. Reſpondit hoc ſibi ſem-
 per ſtudio fuiſſe, vt amicos ſuos ſuble-
 uaret potius, ſi poſſet, q̄ grauaret offi-
 cijs, nec ſe ſui diſſimilem eſſe velle in
 morte. Ne decubuit quidē, niſi poſtre-
 mū diem & noctis partē, qua reliquit
 terras. Interim ob corpuſculi laſſitudi-
 nē baculo nitebatur, aut ſedebat in ca-
 thedra, raro componebat ſe lectulo, ſed
 veſtitus & erecto capite. Hoc tempore
 aut mandabat aliquid de curandis ege-
 nis, maxime notis ac vicinis, aut lege-
 bat è libris ſacris, quæ prouocant ho-
 minis erga deum fiducia, quæ'q; illius
 in nos charitatem declarant. Si per laſ-
 ſitudinē ipſe minus poterat, audiebat
 amicum prælegentē. Frequenter miro
 affectu hortabatur familiā ad mutuū
 amorem & cōcordiam, adq; ſtudiū ve-
 ræ pietatis, ſolicitōſq; de morte ipſius
 amātiffime conſolabatur. Identidē ad-
 monebat ſuos, ne quid æris alieni præ-
 teriretur indiffolutum. M. Non cōdide-
 rat teſtamētū? P. Iam pridē ſanus ac va-
 lēs id curarat. Negabat enim eſſe teſta-
 menta quæ fierēt ab agētibus animā,
 ſed deliramenta potius. M. Nihil lega-
 rat monaſterijs aut egenis? P. Ne terū-
 tiū quidē. Ego, inquit pro mea portio-
 ne diſpenſaui facultatulas meas, nūc vt
 earum poſſeſſionem alijs trado, ita tra-
 do & diſpenſationem. Et cōfido meos
 ſanctius diſpenſaturos, quā ipſe feci.
 M. Nū accerſebat ad ſeſe pios homines
 quemadmodum fecit Georgius? P. Ne

vnum quidem: præter familiã & duos
 intime amicos, nullus aderat. M. Demi
 ror quid senserit. P. Negabat se morien
 tem pluribus molestũ esse velle, quàm
 fuisset nascens. M. Expecto finẽ istius
 fabulę. P. Mox audies. Venit dies Iouis.
 Ille stratum non reliquit, sentiens ex
 tremam corpusculi lassitudinem. Acci
 tus parochus, impartijt extremam vn
 ctionem, ac rursus porrexit corpus do
 mini, sed citra confessionem. Negabat
 enim quicquã scrupuli resedisse in ani
 mo. Ibi parochus agere coepit de sepul
 tura, qua p̄opa, quove loco sepeliri vel
 let. Sepeli, inquit, me quomodo sepeli
 res infimæ fortis Christianũ, nec mea
 refert, vbi seponas hoc corpusculum,
 æque inueniẽdũ in extremo die, vbi cũ
 que condideris. P̄opã funeris nihil mo
 ror. Mox iniecta m̄tio de sonitu cãpa
 narum, de tricenarijs & anniuersarijs,
 de diplomate, de cõmunionem meritorũ
 emenda. Tum ille: mi pastor, nihilo pe
 ius habebõ, etiam si nulla sonet campa
 na. Si me vel vno funebri sacro digna
 beris, plus satis erit. Aut si quid aliud
 est, quod ob publicam ecclesię consue
 tudinem citra scandalum infirmorum
 omitti vix potest, id tuo permitto ar
 bitratui. Nec est animus cuiusquã vel
 preces commercari, vel meritis suis
 spoliare. Satis meritorum exuberat
 C H R I S T O, & confido totius ecclesię
 preces ac merita mihi, si modo viuum
 sum membrum, profutura. In duobus

diplomatibus mihi tota spes est. Alterum est peccatorum meorum, quod princeps pastorum dominus I E S V S aboleuit, affigens illud cruci : alterum quod ipse suo sacrosancto sanguine scripsit & obsignauit, quo nos certos reddidit de salute æterna, si totam fiduciam nostram in ipsum transferamus . Absit enim ut instructus meritis ac diplomatibus prouocem dominum meum, ut in iudicium veniat cum seruo, certus quod in conspectu eius non iustificabitur omnis uiuens. Ego ab illius iustitia appello ad eiusdem misericordiam, quoniam immensa est & ineffabilis. His dictis, abiit parochus . Cornelius veluti magna spe salutis concepta gaudens & alacer, iubet sibi quedam recitari e sacris voluminibus, quæ confirmant spem resurrectionis & præmia immortalitatis, velut illud ex Esaia de morte Ezechiae dilata, vnâ cum cantico: Deinde cap. 15. epistolæ Pauli ad Corint. prioris : De morte Lazari ex Ioanne, sed præcipue historiã CHRISTI passi ex Euangelij . Quam hic animo deuorabat singula, ad quedam suspirans, ad alia compositis manibus gratias agens, ad quedam hilarescens ac gestiens, ad nonnulla preculas quasdam breues iaculans. A prandio quum paululum temporis obdormisset, iubet recitari caput ex euangelio Ioannis duodecimum, usque ad historiæ finem . Hic dixisses hominem plane transfigurari afflariq; nouo

spiritu. Iam dies vergebat ad vesperā,
 accersit vxorem, ac liberos: ibi erecto
 quantum licuit corpusculo, sic affatus
 est suos: Charissima cōiunx, quos deus
 ante coniunxerat, idem nunc separat,
 sed corporibus duntaxat, idque ad bre-
 ue tempus: curam, charitatem, pietatē
 quā antehac partiri soles in me & dul-
 cissima pignora, totam in istos transfer.
 Ne putaris te vllis modis posse magis
 demereri vel deū, vel me, quā si istos
 quos deus dedit nobis coniugij fructū,
 sic educes, foueas & instituas, vt CHRIS-
 T O digni habeantur. In hos igitur
 conduplica pietatem tuam, & meam
 portionē in te translata existima. Id
 si feceris vt facturam confido, non erit
 quorū videantur orphani. Quod si repe-
 tas matrimoniū: Ad hanc vocem vxor
 erupit in fletum, coepitque deierare, se
 nunquam de repetendis nuptijs cogi-
 taturā. Hic Cornelius, soror in CHRIS-
 T O mihi charissima, si dominus IES-
 VS largiri dignabitur tibi propositū
 istud, ac robur spiritus, ne desis dono
 cælesti. Erit enim hoc tibi pariter ac li-
 beris commodius. Sin aliò vocabit car-
 nis infirmitas, scito quòd mors mea te
 liberat à iure coniugij, sed non liberat
 à fide quam meo tuòq; nomine debes
 curandis cōmunibus liberis. Quod ad
 matrimonium attinet, vt ere libertate,
 quam tibi permisit dominus. Tantum
 hoc te rogo moneoque, vt virum tibi
 deligas ijs moribus, tūque te illi talera

præbeas, vt possit vel suapte bonitate ductus, vel tua commoditate prouocatus amare priuignos. Proinde caue ne cui voto te obstringas. Serua te liberâ deo & liberis nostris, quos sic institues ad omnem pietatē, vt caueas ne se cuiuspiam addicant instituto, donec per ætatem & rerum vsum cōstiterit ad quod vitæ genus sint idonei. Deinde versus ad liberos, exhortatus est ad studiū pietatis, ad obediendum matri, ad mutuum inter ipsos charitatem & concordiam. His peroratis, dedit osculum vxori, liberis, facto signo crucis, precatus est bonam mentem, & CHRISTI misericordiam. Post hæc, intuens omnes qui aderant: Sub crastinam, inquit, auroram, dominus, qui diluculo reuixit, pro sua misericordia dignabitur hanc animulam ex huius corpusculi sepulchro, & que huius mortalitatis tenebris euocare in lucē suā cælestem. Nolo tenebram ætatē excubijs inanibus fatigari. Cæteri quoq; vicissim dormiant. Mihi satis est vnum adesse vigilem, qui recitet sacram lectionem. Transacta nocte, sub horam quartā, cunctis præsentibus iussit recitari psalmum totū quem dominus orans recitauit in cruce. Eo finito, iussit exhibere cereū & crucem: & cereū accipiens dixit, Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo. Crucem exosculatus dixit, Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo. Mox manū super pectus in supplicatis

gestum composuit, & oculis in cælum erectis dixit, Domine I B SV, accipe spiritum meum. Et protinus clausit oculos veluti dormiturus, simulq; leui flatu emisit spiritum, dixisses illum obdormisse, non expirasse. M. Nunquam auidui mortem minus operosam. P. Talis fuerat in omni vita. Vterque fuit amicus. Fortasse non æque diiudico, vter decesserit christianius, tu integer es, rectius dispicies. M A. Ita faciam, sed per otium.

I V V E N I S, E C H O.

CVpio paucis te consulere, si vacat. E. Vacat. I V. Et si venio tibi gratus iuuenis. B C H. Venis. I V. Sed potesne mihi & de futuris dicere verum Echo? E. ἔχω. I. Et Græce nosti? Quid isthuc nouis? E. Noui. I V. Qualia tibi videntur Musarum studia? E. ἴτα. I V. Censes igitur terendos authores, qui conducunt ad bonas literas? E. Τeras. I V. Quam igitur mentem habent isti, qui hæc studia linguis traducunt suis? E. Suis. I V. Sed vtinam harum cultores similiter essent & pietatis studiosi. E. O si. I V. Nunc quorūdam improbitas omnes reddi inuisos. E. ἴσως. I. Et multis, hominum peccatum cōfertur in nomen eruditionis. E. ὄχι. I V. Atqui vulgo videntur non infimi. B C. Fimi. I V. Quid facere censes eos, qui terunt ætatē in sophistico doctrinæ genere? E. Nere. I V. Fortassis telas ara

nearum. E. Harum. I V. Ac Penelopes
telas texunt, ac retexunt. E C. Texunt.
I V. Cui suades vt me dem vitæ insti-
tuto? E. Tuto. I V. Erit auspiciatum, si
vxorem duxero? E. Sero. I V. Quid si
mihi veniat vsu, quod his qui incidūt
in vxores parum pudicas, parūmq; fru-
giferas? E. Feras. I V. Atqui cum tali-
bus morte durior est vita. E. Vita. I V.
Siccine in rebus, humanis dominari for-
tunam? E. Vnam. I V. Magis fortasse
expedit vt aliquis præ coniugio mona-
chi institutum eligat. E C. Ligat. I V.
Quid superest remedij, vbi quæ astrin-
xerit iam nodus insolubilis? E C. Bilis.
I V. Attamen miserum est homines vi-
uere solos. E. ἄλωσ. I V. Cuiusmodi cen-
ses horum temporum plerūq; mona-
chos? E. ἔχθ. I V. Quid igitur istos
mouet, qui suspiciūt illos vt semideos?
E. ἰσθ. I V. Quid captant plerique qui
ambiunt sacerdoti? E. Otisū. I V. Præ-
terea nihil habet sacerdos? E C. κέρδ. I V.
Quid bonæ rei cōtingit illis qui
fiunt episcopi? E C. κόσμι. I V. At nulli
magis viuūt in otio. E. Scio. I V. Quæ
res illos admonere poterit, vt intelli-
gant quantum sustineāt onus? E. ἰνός.
I V. Ergo res præclara est sacerdotium,
si quis se in eo gerendo qualem oportet
præbeat. E. Beat. I V. Quid fructus
erit, si me conferam in aulas eorū, qui
præcellunt monarchica dignitate? E C.
A te. I V. At non paucos video qui so-
lent illinc sibi præclarā felicitatē arrio-

larj. E. λαφοι. I V. At interim dū ince-
 dit holosericati, vulgò videtur sibi ho-
 mines magnifici. E. Fici. I V. Foris igitur
 aureos, intus ficulnos homines dis-
 cis, si quis inspiciat cominus? E. Minus.
 I. Nihil igitur præclari sunt, quos pro-
 dijs veneramur byssinos. E. οϊνθ. I V.
 Nec militare genus magno æstimabis
 fortasse. E. Assè. I V. Magnū quiddam
 pollicentur qui è sideribus & futura
 prædicunt Astrologi. E C. λογοι. I V. At
 strenue laborāt Grammatici. E. ιακ. I.
 Non placent opinor, legulei homines
 semper famelici. E. λοκοι. I V. Qualis
 ero si fiam opifex? E C. Fex. I V. Itane
 nihil præterea adferunt artes boni aut
 mali? E. Ali. I. Fuerone beatus si per-
 seueraro in bonis literis? E C. Eris. I V.
 Sed quæ res dabit vt adsit pietas? E C.
 Ætas. I V. Decem iam annos ætatem
 triui in Cicerone. E. ονι. I V. Vnde tibi
 subit me asinū dicere? E. E re. I. For-
 tassis hoc dicis, non sic huic incumben-
 dum, vt alios relinquā. E. Inquam. I.
 Nō placet igitur is qui se per omnem
 vitam tantum in hoc torqueat vt fiat
 Ciceronianus? E. ανσε. I. Quid super-
 est natu gradibus, quorum ætas ad hæc
 discenda non est tempestiua? E C. Sti-
 ua. I V. Facundior esses opinor, si lon-
 gius abessem. E C. Essem. I V. Non me
 delectant sermones dissyllabi. E. Abi.
 I V. Cœpi prior, video nō posse vitari,
 quin posterior desinas. E C. Sinas. I V.
 Iam igitur tibi videor satis instructus

ad ea probe gerenda quæ sunt in vitâ
 B. Ita. I V. Proinde si me voles abire,
 dicit. B C. Ito.

ΠΟΛΥΔΑΙΤΙΑ.

S P V D V S, A P I T I V S.

HEus heus Apiti . A. Non audio.
 S P. Heus inquã Apiti. A. Quis
 hic est tam molestus interpellator ? S.
 Est seriæ rei quiddam, quod te volo. A.
 At ego ad rem seriã propero. S P V.
 Quõnam? A P I T. Ad cœnam . S P V.
 Hac ipsa de re tecum volebam agere.
 A P. Nõ vacat nunc actoribus operam
 dare, ne actum agam. S P. Nihil fece-
 ris dispendij, comitabor te quò prope-
 ras. A P. Age, dic modo tribus verbis.
 S P. Magno studio molior conuiuium,
 in quo nulli displiceam conuiuarũ, pla-
 ceã omnibus. Eius artis quoniã tu prin-
 cipatum tenes, ad te velut ad oraculum
 confugio. A. Respõsum accipe, & qui-
 dem iuxta veterũ morẽ *ἑμμετρον*. Nulli
 vt displiceas, nullũ inuitare memento.
 S P. Atq; solenne est epulũ, multos ex-
 cipiã oportet. A. Quo plures inuitaris,
 hoc pluribus displiceas oportet. Quæ
 fuit vnquam tam bene vel conscripta,
 vel acta fabula, vt toti placuerit thea-
 tros? S P. Sed age Comi deliciũ Apiti,
 subleua me tuo cõsilio, habebo te post
 hac numinis loco. A. Sit igitur hoc pri-
 mum consiliũ, ne conare quod fieri nõ
 potest. S. Quid nam? A. Vt cõuiuator
 omnibus placeas. Tanta est palatorum

varietas . s . At saltem vt paucioribus
 displiceam . A . Voca paucos . s . Non li
 cet . A . Voca pares, & ingenijs cōgruē
 tes . s . Ne id quidem mihi liberū est.
 Vitari non potest, quin & multos vo
 cem, & dissimiles: denique nec eiusdem
 linguæ, neq; nationis homines . A . Næ
 tu mihi vere conuitium narras, nō con
 uiuium, in quo facile possit talis exori
 ri lusus, qualem Hebræi narrant acci
 disse in structura Babel, vt petenti fri
 gidum, aliquis porrigat calidum . s . P .
 Opitulare, te quæso, gratum experieris
 ac memorem . A . Age, quando electio
 non est tui arbitrij, in re mala dabo bo
 num consilium . Haud parū refert ad
 hilaritatem conuiuij, quo quisque loco
 sedeat . s . Verissimum . A . Ea res vt ti
 bi cedat prospere, fac vt fortibus distri
 buantur accubitus . s . Pulchre mones .
 A . B . Deinde ne sic paulatim à summo
 ad imū procedant patinæ, vt sigma li
 teræ vel serpentis potius imaginē pin
 gāt, aut vltro citroq; reciprocent, quē
 admodū olim in conuiuijs myrtus tra
 di solet . s . Quid igitur? A . Sed ad sin
 gulas conuiuarum tetradas appone pa
 tinas ternas, sic vt quarta media pro
 mineat, quemadmodum pueri tribus
 nucibus imponunt quartam: in singu
 lis sit aliud atq; aliud cibi genus, quo
 quisque quodlibet eligat . s . P . Placet.
 Sed quoties mutabo patinas? A . Quot
 partibus constat oratio rhetorica? s . P .
 Quinq; ni fallor . A . Quot actibus cō

Stat fabulaf. s. Apud Horatiū legi, Ne
 fit quinto productior actu. A. Toties
 mutabis patinas, vt proœmiū sit iussus
 lentum, cōclusio vel epilogus ex varijs
 bellariorum generibus conflatus. s. P.
 Quē probas in patinis ordinē? A. Eū
 dem quem Pyrrhus in acie. s. P. Quid
 ais? A. Quemadmodū in oratione, ita
 nec in conuiuio decet proœmium esse
 elaboratum. Rursus epilogus varietate
 cōmendetur potius q̄ apparatus. In tri-
 bus itaq; medijs seruāda Pyrrhi disci-
 plina, vt in vtroq; cornu sit aliquid ex-
 imiūm, in media acie vulgarior appa-
 ratus. Hoc pacto fiet, vt nec sordid^o vi-
 deare, nec fastidiosa copia sis molestus.
 s. Satis expedite de cibis, superest vt
 quomodo bibendum doceas. A. Nulli
 omniū cyathū appones, sed pueris da-
 to negotiū, vt vbi percōtati didicerint
 quo quisq; vini genere delectetur, ala-
 criter ad nutū cuiq; quod volet porri-
 gant. Ea ex re duplex erit cōmodum.
 Nam & parcius bibetur & iucundius,
 non solū ob id, quia subinde recens da-
 bitur potus, verū etiam quod nemo bi-
 bet, nisi sitiens. s. Optimum profecto
 consiliū. Sed quid fieri poterit vt hila-
 rescant omnes? A. Id vt fiat, partim in-
 te situm est. s. Qui nam? A. Tenes il-
 lud, Ante omnia vultus accedere boni.
 s. Quorsū istud? A. Vt cōuiuas comi-
 ter excipias, fronteq; hilari compelles,
 sermonē ad cuiusq; ætatē, affectum, ac
 mores attemperās. s. Accedā vt dicas

B. j.

melius. A. Nosti linguas? s. Propemodum omnium. A. Ut sua quæque lingua subinde appelles, ut quæ conuiuium fabulis amœnioribus hilarescat, varias misce materias de rebus, quarum quisque libenter meminit, & nullius dolore audiuntur. s. Quas dicis huiusmodi materias? A. Sunt peculiare ingeniorum differentia, quas ipse melius perspicies, ego generatim attingam aliquot. Sedes gaudent ea memorare, quæ multorum fugiunt memoriã, admiratores temporum, in quibus ipsi floruerunt. Matronis dulce est refricari memoriã eius temporis, quum à procis ambirentur. Nautæ, qui quæ diuersas ac longinquas mundi regiones inuiderunt, libenter ea narrant, quæ quia nemo vidit, mirantur omnes. Est & anteaكتورum malorum, iuxta prouerbiũ, iucunda recordatio, si modo ei⁹ sint generis, ut cum probro coniuncta non sint, ut militiæ, profectio num, naufragiorumque discrimina. Postremo de sua cuique arte grata est confabulatio, de quibus hisce rebus, quarum usum callet. Hæc sunt ferme generalia, peculiare affectus singulatim describi non queant: sed exempli causa, Est aliquis laudis appetentior, alius vult haberi doctus, alius gaudet videri diues: est hic loquacior, ille pauciloquus, nonnullos reperies tetricos, alios contra blandiores. Sunt qui nolint videri senes, quum sint: sunt rursus qui volunt haberi gratiores quam sint, affectantes hoc esse

mirandi quod belle portant etate, sunt
 femine quæ sibi de forma placet, sunt
 aliæ putidæ. His cognitis affectibus,
 haud difficile est miscere sermões vn̄
 cuique gratos, vitatis his quæ m̄ceros
 rem afferunt. s p. Næ tu perpulchre
 tenes artem cōiuatoriam. A P. Phy.
 Si tantundem temporis & operæ mi
 hi consumptum esset in vtroq; iure,
 Medicina ac Theologia, quantum im̄
 pensum est huic arti, iam dudum & in
 ter iurecōsultos, medicos ac theologos
 doctoris & titulū & lauream tulissem.
 s p. Credo. A P. Sed heus tu, ne quid
 erres, hic cauendum est, ne fabulæ sint
 nimis prolixæ, aut ne exeant in temer
 lentiam. Quemadmodum enim vino
 nihil iucundius, si modice sumpseris,
 cōtrā nihil molestius si supra q̄ sat est
 hauseris: ita vsu venit in fabulis. s p.
 Vera prædicas. Sed huic incommodo
 quodnā ostendis remedium? A P. Vbi
 senseris suboriri τὴν κοινὴν μὲθην, per
 occasionem interseca sermonem, & ar
 gumētum diuersum interfere. Frustra
 opinor te monerem, ne cui suus dolor
 in conuiuio refricetur, vtcunque Plato
 iudicat in conuiujs quibusdam vitijs
 esse medēdū, vino discutiēte tristitiā,
 & offensæ memoriam abolēte. Verum
 illud te monitū oportuit, ne nimis cre
 bro salutes conuiuas, tametsi probo, vt
 interdum obambulās, nunc hos, nūc il
 los comiter appelles: oportet enim cō
 iuatore[m] bonum motoriā agere fa
 B.ij.

DISPAR CONVIVIUM.

bulam. Nihil autē incivilius, quā ibi cōmemorare quod cibi genus sit, quā cōstitutum arte, quāti emptum. Idem de vino dictū puta. Quin extenuādum etiā modice quod apponitur. Alioqui nimis diligēs extenuatio apparat⁹, idem agit quod ostentatio. Satis est bis aut ad summum ter dixisse, Boni cōsulite. Si parum lautus est apparatus, animus certe lautissimus est. Interdū sales aspergendi sunt, sed qui nihil habeant dentis. Profuerit & illud, subinde sua quenq; compellare lingua, sed paucis. Dicendum erat initio, quod mihi nūc tandē venit in mentē. s. Quid nam? A. Si non placet sortito dare locos, cura ut tres ex omnib⁹ eligas natura festivos, minimēq; mutos, quorum unū collocabis in capite mensæ, alterū è regione, tertium in medio, qui silentium ac tristitiā ceterorum discutiāt. Quod si perspexeris conviviū vel silētio tristius esse, vel clamorib⁹ tumultuosum, aut etiam ad rixas tendere. s. Hoc crebro fit apud nos, quid tū faciendū? A. Accipe rē mihi multo usu cōpertā. s. Expēcto. A. Inducito duos Mimos, sive *μελωτοποιους*, qui sine voce ridiculū aliquod argumentū gesticulatione representent. s. Quir sine voces? A. Ut par sit omnium voluptas, aut nihil loquātur, aut lingua loquantur omnibus æque ignota. Gestib⁹ loquētes omnes pariter intelligēt. s. Quod argumentum mihi narres, nō satis intelligo. A.

Sunt innumera, puta uxorem decertā
 tem cum marito de principatu, aut si-
 mile quippiam è media vita. Quo ma-
 gis erit ridicula saltatio, hoc plus erit
 omnibus voluptatis. Hos oportet esse
 semifatuos, alioqui qui planè fatui sūt,
 quædam interdum effutiunt imprudē-
 tes quæ lædunt. s. Ita tibi precor sem-
 per propitium Comum, vt mihi dedis-
 isti fidele consiliū. A. Addam coronam
 dem, quin potius repetam quod initio
 dixerā, ne nimīū sis anxius vt placeas
 omnibus, nō hic tantū, sed in omni vi-
 ta, atq; ita fiet, vt citius placeas omni-
 bus: optimū enī in vita, ne quid nimis.

DE REBUS AC VOCABVLIS.

BEATVS, BONIFACIUS.

Saluus sit Bonifacius. B. Etiā atque
 Setiā salu⁹ sit Beatus. Sed vtinā esse-
 mus vterque quod dicimur, tu diues,
 ego formosus. B. Itāne parū tibi vide-
 tur habere nomē magnificū? B. Mihi
 quidē minimi momenti, nisi res adsit.
 B B. At pleriq; mortales aliter affecti
 sunt. B O. Feri potest vt mortales sint
 isti, homines esse non credo. B. Et ho-
 mines sunt ô bone, nisi putas etiā nūc
 sub humana specie camelos & asinos
 obambulare. B O. Hoc citius credides-
 rim q̄ homines esse, qui pluris nomen
 faciāt q̄ rem. B. In certis rerū generi-
 bus, fateor pleriq; malūt rem q̄ nomē,
 in multis cōtrā. B O. Hoc quid sit non
 satis assequor. B. Atqui penes nos ipsos
 exemplum est. Tu Bonifacius diceris,
 B. iij.

& habes quod diceris: sed si esses alter
 utro spoliandus, vtrum malles habere
 malā faciē, an pro Bonifacio dici Con
 nelius? B. Equidem malim vel Ther
 sites dici, q̄ habere prodigiosam faciē,
 an bonam habeā nescio. B B. Item ego
 si diues essem, & aut res aut nomē es
 set deponendum, malim Irus dici q̄ re
 spoliari. B O. Assentior vera loquenti.
 B. Idem vsu veniet, opinor, in his qui
 sunt prospera valetudine, aut alijs cor
 poris præditi commodis. B O. Probabi
 le est. B. At quā multos videm⁹ qui
 mallent nomen eruditi pij' que viri, q̄
 esse docti boniq;. B O. Plurimos istius
 usmodi noui. B. An nō apud hos plus
 habet momenti nomen, q̄ res? B O. Vi
 detur. B. Iā si quis nobis adesset Dia
 lecticus qui scite definiret quid sit rex,
 quid episcopus, quid magistratus, quid
 philosophus: fortassis & hic inuenire
 mus qui mallēt nomē q̄ rem. B O. Ita
 profecto, si rex est, qui legibus & æqui
 tate, populi cōmodum spectat, nō suū:
 si episcopus, qui totus inuigilat gregi
 dominico: & si magistratus est, qui ex
 animo consulit Reipub. & si philoso
 phus est, qui neglectis fortunæ cōmo
 dis, tantum studet bonæ menti paran
 dæ. B. Hic vides quantum huius ge
 neris exemplorum possim aggerere.
 B O. Sane plurimum. B. An hos om
 nes negabis esse homines? B O. Vere
 or ne nos ipsi nomen hominis amitta
 mus. B. At si homo est animal ratio

male, quātum abest hoc à ratione, vt in corporis commodis verius q̄ bonis, & in externis, quæ fortuna dat simul & eripit quum libet, rem malimus q̄ nomen: in veris animi bonis, nomen pluris faciamus q̄ rem. B O. Preposterum me Hercule iudicium si quis attēdat. B. Eadem autem est ratio in cōtrarijs. B O. Expecto quid dicas. B. Idem iudicandum de nominibus rerum fugiēdarum, quod dictū est de vocabulis expetēdarū. B O. Apparet. B. Magis enī horrendū est esse tyrannum, q̄ tyranni nomē: & si malus episcopus iuxta sententiam Euangelicam, fur est & latro, non tam hæc nomina sunt nobis detestanda, q̄ ipsa res. B O. Conuenit sanē. B E. Tu de cæteris similiter colligito. B O. Prorsus intelligo. B. Nōne fatui nomē auersantur omnes? B O. Et quidē maxime. B E. Nōne fatu⁹ esset qui aureo piscaretur hamo, qui vitrū anteponeret gemmis, qui chariores haberet equos quàm vxorem ac liberos? B O. Is esset quouis Corebo stultior. B. An non tales sunt qui procurrūt in militiam, spe lucri non admodum magni, corpus & animam exponentes periculo: qui student congerendis opib⁹, quum animum habeant omnium bonarum rerū egenū: qui vestes & ædes exornant, quum animus neglectus ac squalidus iaceat: qui corporis valetudinem anxie tuentur, animam tot capitalibus morbis laborantem negligūt.

B. iij.

deniq; qui fugacissimis huius vite voluptatibus cruciatus meretur æternos
 B O. Ipsa ratio fateri cogit, plus quàm fatuos esse. B. Atq; his fatuis quàm plena sint omnia, vix inuenias qui ferre possit fatui vocabulū, quàm adeo nō abhorreant à re. B O. Sic est profecto. B. Age, scis quàm sint apud omnes inuisa vocabula, mendacis ac furis. B O. Sūt inuisissima, nec sine causa. B. Fateor. Sed quàm stuprare coniuges alienas sit furto sceleratius, tamē adulteri cognomine quidam etiā gloriantur, ad furti conuictū ilico stricturi gladium. B O. Ita res habet apud cōplures. B. Ita quum multi scortis vinóq; perditissimi sint, & sint libenter ac palàm, tamen ad generosionis nomē offenduntur. B O. Hi nimirum rem sibi gloriæ ducunt, quàm vocē rei debitam horreant. B. Sed vix aliud nomen auribus nostris videtur intolerabilius quàm mendacis. B O. Noui qui hoc conuictū cedere sint vlti. B. Sed vtinam pariter abominentur rem. Nunquā accidit tibi, vt qui promiserat se mutuū ad certum diem redditurum, falleret
 B O. Frequēter, etiā quàm id deierasset, neq; id semel, sed iterum atq; iterum. B B. Fortasse non erant soluendo. B O. Imò erant, sed commodius esse ducebant nō reddere creditum. B. An hoc nō est mētiris B O. Planissime. B. Auderes istiusmodi creditorē sic cōpelle re, Quir mihi toties mentiris B O N. Non, nisi paratus essem ad pugnam.

B E. An non simili modo quotidie verba dant latomi, fabri, aurifices & vestiarij, pollicentes ad certum diem, nec tamen præstantes, etiam si magni referat tuas **B O.** Mira impudētia, sed adde his aduocatos pollicentes operam. **B E.** Posset addere sexcenta nomina, nemo tamen horum laturus sit mendacis vocabulum. **B O.** Hoc genere mendaciorum plena sunt omnia. **B E.** Itidem furis nomen nemo tolerat, quum à re nō perinde omnes abhorreant. **B O.** Expecto vt dicas clarius. **B E.** Quid interest inter eum qui rem tuam tollit è scrinio, & inter eum, qui depositum abiurat **B O.** Nihil, nisi quòd sceleratior est, qui spoliat etiam fidentem. **B E.** At q̄ pauci sunt, qui depositum reddūt, aut si reddunt, non dant integrum. **B O.** Opinor esse perpaucos. **B E.** Nemo tamen istorum ferat furis vocabulum, quum rem non horreant. **B O.** Admodum. **B E.** Iam mihi reputa, quid vulgo fiat in tractādis pupillarum bonis, in testamentis ac legatis, quantum hæreat digitis tractantibus **B O.** Frequenter totum. **B E.** Furtum amant, vocabulū detestantur. **B O.** Maxime. **B E.** Quid agant, qui res fisci tractant, qui monetam publicam cudunt deteriorē, qui nunc aucta, nunc diminuta nummorum æstimatione, priuatorū rem accidunt, fortasse nobis nō admodū liquet: de his quę quotidie experimur, loqui fas est. Qui sumit mutuū, aut qui cōflat ex alienū hoc animo

B. v.

ut reddat, si liceat, nunquā, quantū abest à fure? B O. Cautior fortasse dici potest, melior nequaquā. B E. At horū quum ingens ubiq; sit numerus, nemo tamen tolérat furis nomē. B O. Animi solus deus nouit, proinde apud homines obérati vocātur, nō fures. B E. Quā tali refert, quo nomine dicantur apud homines, modo sint fures apud deum. Certe suus cuiq; notus est animus. Ad hæc qui quum debeat multum, quod obtigit pecuniæ nequiter prodigit, qui posteaquam decoxit in vna ciuitate, delusis creditoribus fugit in aliam, hospites quærēs quibus imponat, idq; facit crebrius, nōne satis declarat quo sit animus? B O. Satis superq;. Sed tamē isti solent hoc fucare colore, quod faciunt. B E. Quo nam? B O. Multum multisq; debere prædicāt sibi cum magnatibus atq; adeo regibus esse commune, eòq; qui sunt hoc ingenio præditi, ferè nobilitatis opinionē affectant. B E. In quē vsus? B O. Dictu mirum, quantū equiti licere velint. B E. Quo iure, quibus legibus? B O. Haud alijs, quā quibus præfecti maris vindicant sibi quicquid eiectū est naufragio, etiamsi extet dominus: quibus alij suum esse volunt, quicquid apud furem aut prædonē prehēderint. B E. Istiusmodi leges possent fures condere. B O. Et facerent si queant tueri, & haberent quod excusarent, si bellum indicant priusquam furerentur. B E. Quis hoc iuris dedit equi?

ti potius quam peditis? B O. Militiæ fa-
 vor. Sic enim exercentur ad bellum,
 quò promptiores sint ad spoliandum
 hostem. B B. Sic opinor Pyrrhus exer-
 cebat suos ad bellum. B O. Non, sed La-
 oedæmonij. B E. Abeant in malam crus-
 cem cum suo exercitio. Sed vnde no-
 men hoc tantæ prærogatiuæ? B O. Qui-
 busdam obuēnit à maioribus, alij mer-
 cantur ære, quidam asciscunt. B E. An
 licet asciscere cui libet? B O. Licet, si mo-
 res respondeant. B E. Quis? B O. Si nihil
 bonæ rei gerat, si splendide vestiatur,
 si incedat anulatus, si gnauiter scorte-
 tur, aleam ludat assidue, si certet char-
 tis, si computationibus ac voluptati-
 bus ætatem absumat, si nihil loquatur
 plebeium, sed arces, pugnas ac bella
 mera crepet, Thraconica omnia. Isti si-
 bi permittunt bellum cui velint indi-
 cere, etiam si pedem vbi ponant non
 habent. B E A T V S. Equites mihi nar-
 ras equuleo dignos. Atque tales habet
 non paucos Sicambria.

CHARON, GENIUS

ALASTOR.

Quid ita properas gestiēs Alastor?
 A. Opportune tu quidē. O Cha-
 ron. Ad te properabam. C. Quid nouæ
 rei? A. Nuntium fero tibi Proserpinæ
 que lætissimum futurum. C H A R O N.
 Effer igitur quòd fers, tēque exonera.
 A L. Furie non minus gnauiter quam
 B. vj.

feliciter gesserūt suum negotium, nullam orbis partem non infecerunt malis tartareis, dissidijs, bellis, latrocinijs, pestilētijs, adeo ut planē iā caluæ emissis colubris sint, & exhaustæ venenis obambulant, quæretes quicquid usquā est viperarum & aspidum, quando tam glabræ sunt quàm ouum, & pilum nō habent in capite, neq; quicquam in pectore succi efficacis. Proinde tu fac cymbam ac remos appares. Mox enim ventura est tāta umbrarum multitudo, ut verear ne non sufficias omnibus transmittendis. c. Ista nos non fugerant. A. Vnde rescieras? c. Ossa pertulerat ante biduum. A. Ut illa dea nihil est velocius. Sed quid tu igitur hic cessas relicta cymba? c. Ita nimirum res ferebat. Huc profectus sum, ut mihi comparē validam aliquam triremem. Nam mea cymba iam vetustate putris ac inutilis, non suffecerit huic oneri, si vera sunt quæ narravit Ossa. Quanquam quid opus erat Ossa. Res ipsa compellit. Nā naufragium feci. A. Nimirum totus distillas, suspicabar te redire è balneo. c. Imò enataui è stygia palude. A. Umbras ubi reliquisti? c. Natant cum ranis. A. Sed quid narravit Ossa? c. Tres orbis monarchas capitalibus odijs, in mutuum exitiū ruere, nec ullam orbis Christiani partē immunem esse à belli furijs. Nā tres illi, reliquos omnes pertrahūt in belli cōfortiū: omnes esse talibus animis, ut nemo velit alteri cede

re: nec Danū, Polonū, nec Scotum, nec Turcam interim esse in otio, moliri dira: pestilentiā vbiq; sæuire, apud Hispanos, apud Britannos, apud Italos, apud Gallos. Ad hæc nouā esse luem ex opinionum varietate natam, quæ sic vitia uit omniū animos, vt nulla vsq; sit synœra amicitia, sed frater fratri diffidat, nec vxori cū marito cōueniat. Spes est hinc quoq; nasciturā olim magnificā hominū perniciē, si res à linguis & calamis ad manus peruenerit. A. Hęc omnia verissime narrauit Ossa. Nam ipse plura vidi his oculis, assiduus comes & adiutor furiarū: quæ nullo tēpore magis declararūt se suo dignas nomine. c. Atqui periculū est, ne quis demō exoriatur, qui subito adhortet ad pacē, & sunt mortaliū animi mutabiles. Nā audio apud superos esse polygraphū quēdā, qui calamo suo nō desinit infectari bellū, & ad pacē cohortari. A. Ille iam pridē surdis canit. Olim scripsit pacis profligatæ querimoniā, nunc eidē extinctæ scripsit epitaphiū. Sunt alij contra, qui non minus iuuent rē nostrā, q̄ ipsæ furia. c. Qui nam isti? A. Sunt animalia quædam pullis & candidis pallijs, cinericijs tunicis, varijs ornata plumis, hæc nunq̄ recedunt ab aulis principum: instillant in aurem amorē belli, hortantur eodem proceres ac plebē, in Euangelicis illis concionibus clamant bellum esse iustum, sanctū ac piū. Quóq; magis mireris hominum fors

te animi, clamitant idem apud utraq;
 partem. Apud Gallos concionatur de-
 um stare pro Gallis, nec vinci posse qui
 deum habeat protectorem. Apud An-
 glos & Hispanos, hoc bellum non à Ce-
 sare geri, sed à deo: tantum præbeant
 se viros fortes, victoriam esse certam.
 Quod si quis interciderit, eum non pe-
 rire, sed rectam subuolare in celum, sicut
 erat, armatum. c. Et habetur istis tanta
 fides! A. Quid non potest simulata reli-
 giositas? Accedit huc iuuentus, rerum imperi-
 tia, gloriae sitis, ira, ad id quod vocatur
 animus natura propensus. His facile im-
 ponitur, nec difficile percellitur plau-
 strum suapte sponte propedens ad rui-
 nam. c. Ego istis animalibus lubens alio
 quid boni fecero. A. Appara lautum conui-
 uium: nihil potes gratius. c. Ex maluis.
 lupinis, & porris. Nam apud nos non
 alia est, ut scis, annona. A. Imò ex perdi-
 cibus, capis, & phasianis, si vis esse gra-
 tus conuiuator. c. Sed quæ res istos mo-
 uet ut tantopere promoueant bellum?
 Aut quid hinc metuntur comodi? A. Quia
 plus emolumentum capiunt è morientibus,
 quam ex viuis. Sunt testamenta,
 paræta, bullæ, multaque alia non aspera-
 nanda lucra. Denique malunt in castris
 versari, quam in suis aluearibus. Bellum
 multos gignit episcopos, qui in pace
 ne teruncij quidem fiebant. c. Sapiunt. A.
 Sed quid opus est triremibus? Nihil, si
 velim in media palude: rursus naufragium
 facere. A. Ob multitudinem? c. H.

Scilicet. A. Atqui umbras vehis, nō corpora. **Quantulū autē ponderis habent umbræ? c.** Sint tipulæ, tamen tipularū tanta vis esse potest, vt onerent cymbam, tum scis & cymbam umbratilem esse. **A.** At ego memini videre me cum esset ingens turba, nec cymba caperet omnes, à clauo tuo tria millia umbrarum pendere nonnunquam, nec tu pondus vllū sentiebas. **c.** Fateor tales esse animas quæ paulatim demigrarunt, è corpore phthisi aut hectica extenuato. **Cæterū quæ subito reuelluntur è crasso corpore, multum corporeæ molis se cum ferunt. Tales autē mittit apoplexia, cynanche, pestilentia, sed præcipue bellū. A.** Nō opinor Gallos aut Hispanos adferre multum ponderis. **c.** Multo minus quàm cæteri: quanquam & horum animæ non omnino veniūt plumæ. **Cæterum è Britannis, è Germanis belle partibus, veniunt aliquoties tales, vt nuper periclitatus sim decem duntaxat vehens: & nisi iacturam fecissem, perierā vnā cum cymba, vectoribus & nauo. A.** Ingens discrimen. **c.** Quid interea censes fieri, cum accedūt crassi satrapæ, Thrasones & Pyrgopolinices? **A.** Ex his qui pereunt in iusto bello, nullos arbitror ad te venire. **Nā aiunt eos rectā subuolare in cælum. c.** Quò subuolent nescio: vnū illud scio, quoties bellum est, tot ad me veniunt saucij lacerique, vt demirer vllū superesse apud superos. **Nec solum veniunt**

onustæ crapula & abdomine, verū etiā
 bullis, & sacerdotijs alijsq; rebus pluri
 mis. A. At ista nō deferūt secū, sed nos
 dæ veniunt ad te. c. Verū, sed quæ recē
 tes veniūt, somnia taliū rerū secū adfe
 runt. A. Itāne grauant somnia? c. Gra
 uāt cymbā meā, quid dixi grauātiam
 demerferunt. Postremo tot obulos pu
 tas nihil habere sarcinæ? A. Equidē ar
 bitror, si ferant æreos. c. Proinde certū
 est mihi prospicere de nauī quæ suffi
 ciat onerī. A. O te felicem. c. Quid ita?
 A. Quia propediem ditesces. c. Ob mul
 titudinem vmbraarum? A. Næ. c. Siqui
 dem suas opes secum adferunt. Nunc
 qui in cymba deplorant se apud supe
 ros reliquisse regna, præsulatus, abba
 tias, aurī talēta innumera. ad me nihil
 adferunt præter obolum. Itaque quod
 iā annis ter mille mihi corrasum est,
 id totum est effundēdum in vnam tri
 remem. A. Sumptū faciat oportet, qui
 quærit lucrū. c. Atqui mortales, vt au
 dio, felicius negotiantur, qui fauente
 Mercurio ditescunt intra triēnium. A.
 Sed ijdem decoquunt nonnunquā. Tu
 um lucrum minus, sed certius. c. Ne
 scio quā certum: si quis deus nunc
 exoriatur, qui res principum compo
 nat, fors hæc tota mihi perierit. A. Ista
 quidem de re iubeo vt me sponfore in
 vtranq; aurē dormias. Intra decenniū
 totum nihil est quod pacem metuas.
 Vnus Romanus pōtifex sedulo quidē
 hortatur ad cōcordiā, sed laterē lauat.

Murmurāt & ciuitates tædio malorū
 conferūt fufurros populi nescio qui, di
 ctantes iniquū vt ob priuatas iras, aut
 ambitionem duorum aut trium, res hu
 manæ fursum, ac deorsum misceantur
 sed vincent, mihi crede, quamlibet re
 cta consilia furia. Cæterum quid opus
 erat hac gratia petere superos? An apud
 nos nō sunt fabri? Certe Vulcanum ha
 bemus. c. Pulchre, si quæram nauim
 æream. A. Minimo accerfetur aliquis.
 c. H. Ita est, sed deficit nos materia. A.
 Quid audio, nihil illic sylvarum? c. H.
 Etiam nemora quæ fuerant in campis
 Elysijs absumpta sunt. A. L. In quem
 tandem vsum? c. H. Exurendis hæreti
 corum vmbriis, adeo vt nuper coacti si
 mus è terræ visceribus carbones effo
 dere. A. L. A. Quid, an istæ vmbrae non
 possunt minore sumptu puniri? c. Sic
 visum est Rhadamantho. A. L. Vbi tri
 remē mercatus eris, vnde remiges pa
 rabuntur? c. H. Meæ partes sunt tenere
 clauam, remigent vmbrae si velint tra
 ijcere. A. L. At sunt quæ non didicerūt
 remum agere. c. Apud me nullus est
 eximius, remigant & Monarchæ, re
 migrant & Cardinales suam quisq; vi
 cem, non minus quàm plebei tennes,
 siue didicerint, siue non didicerint. A.
 Tu fac dextro Mercurio feliciter merc
 care triremem. Ego non te remorabor
 amplius. Orco lætum adferam nuntiū.
 Sed heus heus Charon. c. H. Quid est?
 A. L. Fac matures reditum, ne te mox

S Y N O D V S

obruat turba . c . Imò iam plus quàm ducenta millia offendes in ripa præter illas quæ natant in palude . Properabo tamẽ quantũ licebit . Dic illis me mox ad futurum .

S Y N O D V S G R A M M A T I C O R V M .

P E R S O N A E .

A L B I N V S , B E R T V L P H V S ,

C a n t h e l u s , D i p h y l u s , E u m e n i u s ,
F a b u l l u s , G a d i t a n u s .

E St ne quisquã in hoc numero qui didicit Arithmeticen? B E . Cui tandem rei? A L . Qui certum doceat quot cõuenerimus grammaticis? B E . Isthuc quidem citra calculos, vel digiti nostri nobis dicere poterunt . Te pono in pollice, me in indice, Cãthelum in medio, Diphylum in anulari, Eumeniũ in minimo . Nunc ad læuam transeo, illic in pollice pono Fabullum , in indice Gaditanũ . Itaq; ni fallor, septem sumus . Sed quorsum attinet isthuc scires? A L . Quoniam audio septenarium reddere legitimum concilium . D E . Quod cõcilium mihi narras? A L . Est res seris quæ me diu multũmque torfit, neque me tantum , verum multos etiam viros neutiquam indoctos . Eam proponam in mediũ, vt huius synodi auctoritate semel finiatur quæstio . C H . Exi miũ quiddam sit oportet, quod tu vel ignores Albine, vel animũ tuum per

spicacissimum diu multumq; torserit. Quare cupim⁹ & ipsi nosse quid isthuc sit rei. Nam vnus omnium nomine respondet. A. Ergo hic estote omnes; au res simul adhibentes & animos. Plus vident oculi quam oculus. Est ne quisquam vestrum qui nobis explanare possit, quid significet hæc vox Anticomarital⁹ B E R. Nihil facilius. Sonat enim betæ genus, quam prisca natatilem appellabant, caule contorto nodosoq; mire fatua, tetri odoris si contingas, posset cum Anagyri contendere. c. Natatilem narras betam, imò cacatilem bestiam. Quis vnquam audiuit aut legit antehac nomen natatilis betæ? B. Imò hoc dilucide docet Māmetrectus vulgo corrupte dictus, quum vero nomine dicatur Mammothreptos, quasi dicas auizæ alumnum. A. Quid isthuc est tituli? B. Vt intelligas in libro nihil inueniri præter meras delicias, quod mammae, hoc est, auizæ soleant indulgentius habere nepotes quam matres liberos suos. A. Planè delitiosum opus mihi narras. Nuper enim quum in hunc codicem incidissem, minimum abfuit, quin risu dissiluerim. c. Vbi tu nactus es eum codicem, qui rarissimus inuentu est? B. Abbas diui Bauonis, nomine Liuinus, à prandio Brugis duxit me in Bibliothecam suã peculiarẽ, quam homo senex cupiens aquot sui monumentum posteris relinquere, non mediocri sumptu parabat. Nullus erat liber, qui

non effret manu descriptus, idq; in mē
 branis, nullus qui non varijs picturis
 ornatus, ac foris bysso auróque tectus.
 Quin & ipsa codicum spatiosa moles
 nescio quid maiestatis præ se ferebat.
 A. Qui nā erāt? B. Oh, præclari omnes.
 Catholicon, Brachylogus, Ouidius per
 allegorias expositus, alij q; innumeri,
 inter quos, & lepidissimum Mammo
 threptum reperi. Inter eas delicias in
 ueni natatilem Betam. A. Quur vocāt
 natatilem? B. Referam quod legi, pe
 nes authorē fidei periculum est. Quo
 niam, inquit, prouenit in locis humidis
 putribúsq; nec vsquā felici⁹ prouenit,
 quàm in coeno aut sterquilinio, honos
 sit auribus. A. L. Itāne grauiter olet? B.
 Sic vt nec oletum vllū peius oleat. A.
 Est'ne istius holeris vllus vsus? L. Imò
 in delitijs est. A. L. Fortasse porcis aut
 asinis aut bubus Cyprijs. B. Imò homi
 nibus, & quidem delicatis. Pelinorum
 gens est, apud quam conuiuia vicissim
 in longam ducuntur periodum, extre
 mam computationē vocant sua lingua
 resumptam, quasi nos dicamus bellaria
 aut tragemata. A. Quam bella bella
 ria. B. B. Eius computationis hæc lex
 est, vt liberum sit cōuiatori quicquid
 volet apponere: nefas autem sit conui
 uis quicquam reijcere, sed omnia boni
 consulere. A. Quid si apponeret cicur
 tam aut crambem recoctam? B. Quic
 quid apponitur, deuorandum ibi est ta
 cite. Domi tamen licet quod ederint re

nomere. Nam hic ferè ponunt natatilé
betam, siue anticomaritam, nihil enim
refert vtro nomine dixeris, res eadem
est. Admiscent aliquid querni corticis,
& alij plurimum. Ita moretum absol-
uunt. A L. Quis persuasit legem tam
barbaram? B. Consuetudo, quouis ty-
ranno potentior. A. Tragicam perio-
dum mihi narras; quæ tam inamoenū
habeat exitum. B. Dixi meam vicem,
nulli præiudicās, siquis quid habet re-
ctius. c. At ego comperi priscis fuisse
piscem, quem vocarunt anticomaritā.
B. Dic authorem. c. Codicem exhibe-
re possum, nomen authoris nō possum
dicere. Scriptus est Gallice, sed formu-
lis Hebraicis. B. Quam speciem habet
piscis anticomarita? c. Cætera nigris
squamis est, solus venter albet. B. Pal-
liatum quempiam Cynicū opinor nos-
bis ex pisce facies. Qui sapor? c. Nihil
insuauius. Quin pestilens est. Nascitur
in putribus lacunis, interdum & in clo-
acis, iners, limosus: solo gustu pituitā
gignit grauē, quam vix vomitu leues.
Frequens est in regione quam Celthio-
thracem appellāt. Nam illic in delitijs
est, quod gustasse carnes detestabilius
sit homicidio. A. Infelix regio cū suo
Anticomarita. B. Tantum habeo quod
dicam, nemini præiudicatū velim mea
sententia. D I. Quid opus est huius vo-
cis enarrationem ex Mammothreptis
aut Hebræis schedis petere, quum ipsa
dictionis etymologia præ se ferat anti-

comaritas dici puellas parum feliciter coniugatas, utpote maritis vetulis. Nec enim nouum est, quod scribæ, quo, uerterunt in co, quum sint literæ cognatæ, c, q, & k. e. v. Erat aliquid quod dixit Diphylus, si constaret dictionē esse Latinā. Mihi videtur esse græca è tribus conflata: ex anti quod est contra, & come quod sonat pagū, & παρρησις quod est muliebriter garrere, hinc per synopsin Iosephē elysa o, dictus est Anticomarita, qui rusticana garrulitate cunctis obstrepit. F. Sed illo melius quidem dixit Eumenius. At mihi videtur ex tot dictionibus cōflata vox, quot habet syllabas. Nam ερ sonat ἀρρητι, τικωρικω, κεδιαιμα, μέλα, ρυ, ρυπαρίρ. perperā enim scribitur per i: τα, τέλας: Ex his conficitur, amēs ac miser, vellens pilos putrium tergorum. A. Tali opificio cibus congruit beta natatilis, de qua modo dixit Bertulphus. B. Nimirum anticomarita anticomarite. G. Sedulo quisquē dixistis omnes, at mihi videtur vxor viro male morigera, dici anticomarita, per syncopen anticomarita quæ semper aduersetur marito. A L B I. Si recipimus tales tropos, facile ex foria fiet fora, & cuniculus fiet cuculus. B. Atqui Albinus qui cōsul est in hoc senatu, nondū dixit quid ipse censeat. A. Ex me quidem quod adferā nō habeo, haud tamen grauabor in mediū adferre, quod ab hospite meo nuper didici homine linguacissimo. Sepius variabat

In loquendo sermonem quæ lusciniæ can-
tionem. Is asseuerabat vocem esse Chal-
daicã, è tribus compositã . Apud illos
enim vt aiebat, anti, sonat peruersum ac
cerebrosum: comar, petrã: ita, futuriã.
Quis vnquã petræ tribuit cerebrũ? A.
Nihil absurdi, si modo mutas genus.
e. Prorsus in hac synodo euenit, quod
vulgo dici solet, quot homines tot sen-
tentiar. Quid igitur actum est? sententię
numerari possunt, diuidi nõ possunt, vt
pars maior vincat minorem. A. Vincat
igitur melior deteriore. G. Atqui ad
hoc ipsum opus esset alia synodo. Nam
sua cuiq; sponsa videtur pulcherrima.
A. Isthuc si verum esset, minus habere-
mus adulteriorum. Sed habeo consiliũ
expeditũ . Fabis sortiamur ex hoc nu-
mero cui ius sit vt ex omnibus suffra-
gijs probet quod volet. At isthæc in te
cudetur faba. G. Nũ vera dixi? A. Mi-
hi prima & postrema magis arridet. c.
Assentimur omnes vt vnus pro omni-
b⁹ respõdeas. A. Age, sit igitur hoc in-
ter ea, de quibus dubitare fas nõ est. c.
Maxime. A. Si quis dissentiat, quid erit
pœnæ? c. Maiusculis scribetur hæreti-
cus in grãmatica. A. Adijciã bonis auis-
bus, quod mihi non negligẽdum vide-
tur . Id ex medico quodam Syro accep-
tum amicis communicabo . B. Quid
isthuc? A. Si natatilem betam, galam e-
queru, & futuriũ atramentũ in morta-
rio cõtuderis, deinde aspersis copri sex

vncias miscueris in malagma, præsen-
 taneum esse remedium aduersus canie-
 nam scabiem, & porcorum pruriginē.
 B. Sed heus Albine, qui nobis omnib⁹
 de Anticomarita negotium facessis, in
 quo tandem authore legitur isthuc vo-
 cabulum? A. Dicam, sed in aurem, &
 vni. B. Accipiam, sed hac lege, vt ego
 vicissim vnus vni in aurem dicam. A.
 At repetita henas, tandem fit chalias.
 B. Verū dicis vbi semel ex henade red-
 dideris dyadem, iam nō est tibi in ma-
 nu sistere fluxū dyadis. A. Quod pau-
 ci norunt, celari potest: quod multi, ne-
 quaquā; trias autē ad multitudinē perti-
 net. B. Probe, qui tres simul haberet vo-
 xores, multas habere diceretur: Sed qui
 tres haberet pilos in capite, aut dētes in
 ore multosne an paucos habere diceret?
 A. Sophista, admoue aurē. B. Quid ego
 audios? Isthuc nō minus absurdū est, q̄
 si Græci ciuitatem, cui expugnāde tot
 classes ducebant, suo nomine non pos-
 sent nominare, pro Troia dicentes Su-
 trium. A. Atqui hic Rabinus est nu-
 per è caelo delapsus, qui nisi præsens, nu-
 men succurrisset rebus humanis, iam
 dudū quæreremus, vbi nam essent ho-
 mines, vbi pietas, vbi philosophia, vbi
 literæ. B. B. Næ iste inter Moria pro-
 ceres primas meretur, dignus qui post
 hac vocetur Archimorita, cum suis an-
 ticomaritis.

ΑΓΑΜΟΣ ΓΑΜΟΣ, ΣΙΒΕ,

CONVIVIVM IMPAR.

PETRONIVS, GABRIEL.

VNde nobis Gabriel tā tetnica frō-
ter Nūq̄ ex antro Trophonij? G.

Imō ē nuptijs. P. Nunq̄ vidi vultum

min⁹ nuptialem. Nam qui nuptijs in-

terfuerunt, totos postea sex dies solent

hilariores amoenioresque videri, senes

etiam retinenscere. ad annos decem.

Quas igitur tu mihi nuptias narras?

Mortis opinor cū Marte. G. Imō ius

venis generosi cum puella sedecim an-

nos nata, in qua nihil desideres siue for-

mam spes, siue mores, siue genus, si-

ue fortunam. Quid multis? Ioue maris

to digna videri poterat. P. Hui tā tes-

eram puellam tam vetulos? G. Reges

non senescunt. P. Vnde igitur isthæc

tristitia? Fortasse spōso inuides, qui tibi

captatā prædā victor præripuit. G.

Phy, nihil minus. P. Nū tale quid ac-

cidit, quale memorant de conuiuio La-

pitharis? G. Nequaquā. P. Quid? an des-

fuit Bacchi liquor? G. Imō supererat.

P. Nō aderant tibicines? G. Et fidicis-

nes, & lyricines & tubicines & vtrici-

nes. P. Quid igitur? Nō aderat hyme-

neus? G. Frustra tot vocib⁹ ciebatur.

P. Nec charites? G. Ne musca quidem

charis. Nec p̄nuba Iuno, nec aurea Ves-

nus, nec Iuppiter Gamelius. P. Næ tu

mihi nuptias loqueris prorsus inauspi-

catas & ἀστυγῆ, seu poti⁹ ἀγαμον γάμον.

G. Magis dicas si vidisses. P. Non igitur

C. j.

Saltatū est? G. Imò misere claudicatū.
 P. Nullū ergo numen prosperius istas
 hilarabat nuptias? G. Nullum omnino
 illic aderat, præter unā deam, quæ Græ-
 cis dicitur Πύθο. P. Præriginosas opes
 non nuptias dicis, G. Imò rubiginosas
 & purulentas. P. Sed quid est mi Gae-
 briel, quòd hæc cōmemoratio tibi læ-
 chrymas etiā excutit? G. Hæc res Pet-
 troni vel filici possit extundere lachry-
 mas. P. Credo, si siles vidisset. Sed ob-
 fecro te, quodnam est hoc tactū malis?
 Ne oela, nec meū animū diutius inspē-
 dito. G. Nosti Lampridiū Eubalū? P.
 Quo non alius in hac vrbe vitæ melior
 aut beatior. G. Quid? Eius filiam Iphi-
 geniā? P. Florē huius ætatis nominas-
 sti. G. Sic est. At scis cui impulerit? P.
 Sciam, si dixeris. G. Nupsit Pompilio
 Bleno. P. Eine Thrasoni, qui neminē
 non solet occidere suis gloriosis fabu-
 lis? G. Huic ipsi. P. At is iam olim ce-
 lebris est in hac vrbe, duab⁹ potissimū
 rebus, mendacijs ac scabie, quæ nondū
 suū habet nomē, quum ipsa tam turbu-
 torū habeat nomina. G. Superbissima
 scabies est, quæ nec lepræ, nec elephan-
 tiasi, nec lichenibus, nec podagræ, nec
 mentagræ cedit, si res veniat in certum
 men. P. Ita prædicāt medicorū filij. G.
 Quid ego nūc Petroni depingā puel-
 lam tibi nō incognitā, quanq̄ plurimū
 gratiæ addidit ornatus nativo decori,
 mi Petroni, dixisses deam quāpiā esse.
 Nihil illā nō decebat. Interim prodijt

nobis beatus ille. Sponfus, trunco naso,
 alterá trahēs tibiā, sed min⁹ feliciter q̄
 solent Suiferi: manibus scabris, halitu
 graui, oculis lāguidis, capite obuincto,
 sanies & e naribus & ex auribus flue
 bat. Alij digitos habent anulat⁹, ille
 etiā in formore gestat anulos. p. Quid
 parētib⁹ accidit vt talē filiā tali portē
 to cōmitterēt? o. Nescio, nisi quod ho
 die plerisq; videtur adempta mens. p.
 Fortasse pradiues est. g. Est affatim,
 sed ere alieno. p. Si puellaveneno sustu
 lisset ābos auos & auias, quod graui⁹
 supplicium de illa sumi poterat? g. Si
 minxisset in patrios cineres, satis poe
 narū datura fuerat, tali mōstro vel os
 culū dare coacta. p. Accedo. g. Mihi
 sanē factū hoc crudeli⁹ esse videtur, q̄
 si illā nudā obiecissent vrsis, aut leonis
 bus, aut crocōdilis. Nam aut feræ per
 percissent tā insigni formę, aut subita
 mors finisset cruciatū. p. Vera prædis
 cas. Mihi planē videt hoc factū Moe
 zētio dignū, qui mortua, vt iquit Ma
 ro, iugebat corpora vitis, Cōponēs ma
 nib⁹sq; man⁹, atq; orib⁹ ora. Quanq̄
 nec Moezentius, ni fallor, tā immanis
 erat, vt tā amabilē puellā cadaueri iū
 geret: nec vllū cadauer est, cui nō iugi
 malis, q̄ tam putido cadaueri. Siquidē
 hoc ipsum quod spirat, merū est vene
 num: quod loquitur, pestis est: quod cō
 tingit, mors est. g. Iam tu mihi cogita
 Petroni, quid voluptatis habitura sint
 illa suauia, illi cōplex⁹, illi nocturni lu

sus, ac bliditias p. Theologos nonnunquam
 audiri loquentes de impari coniugio.
 Istud demum optimo iure dici potest
 impar coniugium, quasi gemam inferas pluri-
 bo. Sed interim demiror tenetæ virgini-
 tis opaciam. Solent enim tales puellæ ad
 mortis aut larvæ conspectum tantum non ex-
 animari. An hæc audebit tale cadaver
 amplecti nocturno? O. Habet puella quod
 excuset, auctoritatem parentum, importu-
 nitatem amicorum, ætatis simplicitatem
 ego parentum vesaniam satis mirari non
 possum. Quis enim filiam habet tam in-
 felici forma, quam collocari velit ho-
 mini leproso? Nullus opinor, si mo-
 do vel vniculam habeat sanæ mentis.
 Mihi silusca esset eademque clauda, ne-
 minus deformis quam fuit Thersites Ho-
 mericus, postremo indotata, nec sareni
 istiusmodi generum. O. Ad hæc, lues est
 omni lepra tum tetrior, tum nocentior.
 Nam citius serpit, et subinde recurrit,
 ac frequenter occidit, quam nonnunquam
 lepra sinat hominem ad extremam usque
 senectutem vivere. P. Fortasse latebat
 parentes sponsi morbus. O. Imò pul-
 chre noverat. P. Si tam male volebat
 filia, quin potius in sutam euleo proie-
 cerunt in Scaldam? O. Profecto levior
 fuisset insania. P. Que dos commenda-
 bat illis sponsum? Præcellit arte qua-
 piam? O. Permultis. Strénuus est alea-
 tor, potator inuictus, scortator impro-
 bus: nugandi, mentiendiq; artifex ma-
 ximus, prædator non segnis, decoctor

eximius, commellator perditus. Quid
 multis, quum schola non profiteantur
 nisi septem artes liberales, hic habet
 plus quam decem iliberales. P. Aliquid
 tamen fuerit oportet, quod illum comē-
 darit parentibus. G. Nihil aliud quā glo-
 riosū equitis nomē. P. Qualis eques,
 cui per scabiē vix in sella sedere licet.
 Sed fortassis habet luculētās possessio-
 nes. G. Habuit mediocres, sed ex pro-
 teruia, quā fecit, nihil superest præter
 vnam turriculam, vnde excurrere solet
 ad prædā, eamq; tam belle instructā,
 vt nolis illic porcos tuos alii. Sed inter-
 rim nūquam nō habet arces in ore &
 feuda, aliāque magnifica nomina, nū-
 quam non affigit sua insignia. P. Cly-
 peus quod habet symbolum? G. Tres
 elephātos aureos, in spatio phoeniceo.
 P. Scilicet, Elephas elephanti cōgruit.
 Oportet autem hominē esse sanguina-
 rium. G. Imō vinariū. Nam rubro vi-
 no mirum in modū delectatur, sic tibi
 sanguinolentus est. P. Ad hauriēdum
 igitur vtilis est illi proboscis. G. Ma-
 xime. P. Itaq; insignia declarāt magnū
 ac stolidum nebulonē, vini gurgitem.
 Neq; enim ille color sanguinis est, sed
 meri, & aureus elephas indicat, quic-
 quid auri nactus est, vino absumi. G. A.
 Sic est. P. Quid igitur dotis hic Thra-
 so conferet ad sponsam? G. Quid ma-
 ximam. P. Qui maximam decoctort
 G. Sine me loqui, maximam, inquam,
 pessimāq; scabiem. P. E. Emoriar, ni
 C. iij.

malim filiam meam equo nuptam, quam tali equiti. G. At ego vel monacho nuptam malim. Imò hoc non est homini nubere, sed hominis cadaveri. Hoc spectaculum si vidisses, dic mihi, tenuissesne lachrymas? P. Qui potuissem, qui vix ista sine lachrymis audio? A deo parentes ad omnem naturalis pietatis affectum obsurduisse, ut filiam unicam, puellam, tali forma, tali indole, tam amabilibus moribus, tali monstro in servitutem traderent, propter mendacem clypeum? G. Atqui facinus hoc quo nihil inuenias, nec immanius, nec crudelius, nec magis impium, hodie magnatum etiam ludus est, quum expediat eos qui reipublice tractandae nascuntur, esse quam prosperrima valetudine. Corporis enim habitus, animi vim afficit. Certe hic morbus quicquid est homini cerebri solet exhaurire. Ita fit ut reipublice praesideant, qui nec animo bene valeant, nec corpore. P. Non solum integre mentis ac prospera valetudine convenit esse qui reipublice gubernaculis assident, verum etiam forma dignitateque corporis precellentes. Quanquam enim prima principum commedatio sint sapientia & integritas, tamen non nihil refert, qua specie corporis sit qui ceteris imperat. Nam si saevus est, multum invidie addit corporis deformitas. Sin probus & pius, Gravior est pulchro veniens e corpore virtus. G. A. Recte. P. N. Nonne deplorant earum infelicitatem, quarum coniuges post peractas nuptias

as in lepram aut morbum incidūt cōmitialem? G A. Merito sanē. P. Quæ igitur dementia est, vltro filiam plus quam leproso tradere? G A. Pl^o quam dementia est. Si satrapas paret tollere catulos, quæso num ad generosam foeminam admittet scabiosum & ignaui canem? P B. Imò magna cura dispiceret, vt vndiquaq; generosum adiūgeret, ne nascantur hybridae. G A. Et si dux augere velit equitatum; num ad eximiam equam admitteret morbidū aut degenerē? P B. Ne in cōmune quidem stabulum reciperet morbidū, ne quæ serpat malum ad alios. G. Nec interim referre putant quem admittant ad filiam, & vnde nascantur liberi, non tantum in hæreditatem omnī facultatum successuri, verum etiam reipublicā moderaturi? P. Ne rusticus quidem quæuis taurū admittit ad iuuenecam, nec quæuis equū iungit equæ, nec quæuis porcū scrophæ, quū taurus gignatur aratro, equus rhedæ, porcus cuspinae. G. Vide q̄ peruersa sint hominū iudicia. Si quis plebei^o patriciæ puellæ osculū obtrudat, iniuriā putant bello vindicandam. P. Acerrimo. G. Et ipsi volentes, sciētes, prudētes, id quo nihil habent charius, dedūt abominādo portento, & priuatim impij in suā gentē, & publice in ciuitatem. P. Si sponsus subclaudicat alioqui sanus, q̄ abhorretur à cōiugio? Hoc tātum malum non imputatur in sponsalibus. G A. Si quis

C.iii.

filiam elocavit Frãciscano, quanta ab-
 ominatio, quãta deploratio male collo-
 cate virginis! At illa, veste detracta, vi-
 rum habet membris validis. Ista totã
 etatẽ tranſigit cũ ſeminiyo cadauere.
 Si qua nubit ſacerdoti, ludũt in vnctũ,
 at hæc prius vncto nupſit. P. Vix hoc
 faciunt hoſtes puellis bello captis, vix
 piratæ faciunt ſcelere abductis: & hoc
 facit parẽtes vnice filie, nec illis da-
 tur à magiſtratu curator! G. A. Quo-
 modo medicus ſuccurret phrenetico, ſi
 ipſum habeat phrenesiſ! P. Atqui mi-
 rum eſt à principib⁹, quorũ mun⁹ eſt
 proſpicere reip. dũtaxat in his, quæ ad
 corpus pertinent, quum in hoc genere
 nihil prius ac poti⁹ ſit bona valetudi-
 ne, hic nullũ extogitari remediũ. Tãta
 peſtis bonam orbis partem occupauit,
 & illi interim ſtertunt, quaſi nihil ad
 rem pertineat. G. De principibus Pe-
 tronis religioſe loquẽdũ eſt. Sed admo-
 ue auriẽ, inſufurrabo tria verba. P. O-
 miſerian, vtinam falſa prædicares. G.
 Quot morborũ genera naſci putas ex
 vinis corruptis, ac mille modis iſectis!
 P. Innumera, ſi qua medicis fides. G. A.
 Num hic vigilant ædiles! P. Planè vi-
 gilant in exigendis veſtigalibus. G. A.
 Quæ ſciens nubit morbido, fortalſe di-
 gna eſt ſuo malo, quod aſciuit ipſa ſibi
 quanq̃ ſi principatũ gererẽ, vtrũq; ſer-
 mouerẽ ab vrbano cõmertio. Ceterũ ſi
 qua nupſiſſet huic obnoxio lui, qui ſe
 fanũ mētĩ⁹ eſſet, ſi quis mihi ſummũ

pontificum: deleget, dirimerē hoc con-
 iugium, etiam si sexcentis tabulis spon-
 salibus cōtractum esset. p. Quo colore f
 Nam coniugium rite contractū ab ho-
 mine nō potest dirimi. g. Quid tibi vi-
 detur rite contractum quod dolo malo
 contractum est? Non valet cōtractus, si
 puella, decepta seruo nupsit, quē putat
 bat liberū. Hic cui nupsit, seruus est mi-
 ferrimæ dominæ p̄sor, atq; hoc infeli-
 cior est seruitus, quod illa neminē mas-
 numittit, vt seruitutis miseriam aliqua
 libertatis spes consolari possit. p. Sanē
 colorē reperisti. g. Ad hec, nō est cōiu-
 gium, nisi inter viuos. Hic mortuo nu-
 bitur. p. Repertus est alter color. Sed si-
 neres, opinor, scabiosas scabiosis nubes
 re, iuxta vetus illud adagiū, *εὐνοίᾳ τῶν πῶ-
 ῖμων*. g. Si hoc mihi liceret, quod ex-
 pediret resp̄blica, sinerē quidē iungi,
 sed iūstos exurerē. p. Tū tu quidē Pha-
 laridē ageres, non principē. g. An tibi
 Phalaris videtur medicus, qui secat di-
 gitos aliquot, aut inurit corporis par-
 tē, ne totū pereat? p. Mihi nō videtur
 ista crudelitas, sed misericordia. Quod
 vtinā initio nascētis mali fuisset factū.
 Tū enim paucorū exitio, totius orbis
 saluti consuli poterat. Et huius facti re-
 perimus exēplū in Gallorū annalibus.
 p. At mitius erat illos castrari, ac sum-
 moueri. g. Foeminis porro quid face-
 res? p. Adderem fibulas. g. Ita quidem
 prospectū esset ne ex malis coruis na-
 scantur mala oua, sed fatebor hoc esse

C.v.

mitius, si tu fatearis illud esse tutius. Nam pruriunt & execti, nec vno modo transfiliunt malū, sed osculo, sed colloquio, sed contactu, sed cōpotatiuncula serpit ad alios. Et videmus huic malo fatalem quandā malitiam adiunctā, vt quisquis eo tenetur, vel nullo suo cōmodo, gaudeat q̄ plurimis suā affricare scabiem. Iam submoti possunt fugere, possunt vel noctu, vel ignotis imponere: a mortuis vero nihil est periculi. p. Tutius fateor, sed haud scio an cōueniat Christianæ mansuetudini. o. Dic age, mihi vnde plus periculi, a simplicibus furibus, an ab istis? p. Fateor pecuniā multo viliorē bona valetudine. o. Et tamē hos Christiani suffigimus in crucē, nec appellat̄ crudelitas, sed iustitia: & si rēpublicā spectes, pietas est. p. Verū ibi plectitur qui dānū dedit. o. Hi scilicet lutrum adferūt. Sed demus hoc malū multis nulla sua culpa cōtractū, quū tamē paucos reperias, quibus eam luē nō conciliarit nequitia. Iure consulti docent interdū innoxios recte occidi, si id magnopere intersit reipub. Quēadmodū Græci post euersam Troiam occiderūt Astyanactā Hectoris filiū, ne per illū bellū instauraretur. Nec putāt impiū, post extinctū tyrannū, & liberos innoxios trucidari. Quid quòd nunq̄ nō bellamus Christiani, neq; tamen nescimus in bellis maximā malorum partē ad eos redire qui nihil commeruerunt? Idem vsu venit in repres-

libus, quæ vocat. Qui læsit in tuto est, & spoliatur negotiator, qui ne factum quidẽ audiuit, tãtum abest vt in culpa fuerit. Quod si talibus remedijs vti mur in rebus nõ ita magni momenti, quid censes faciẽdũ in re omniũ atrocissimã? Vincor veris. G. Tũ illud mihi perpẽde, Apud Italos vt primũ scintillare coepit pestilẽtia, occludũtur ædes, qui laborãti inferuiũt, submouentur à publico. Hoc quidã appellãt inhumanitatem, quum summa sit humanitas. Si quidem hac vigilantia fit vt paucis funeribus spoliatur malũ. At quãta est humanitas tot millium vitæ cõsulit? Sunt qui parum hospitale putãt quod Itali in rumore pestilentia, tẽpore vespertino hospitẽ portis submouẽt, cogũtq; sub dio noctẽ agere: at pietas est, paucorũ incommodo, maximo reipublicæ bono prospicere. Quidã sibi valde fortes vidẽtur & officiosi, quod ausint ad quẽuis pestilentia laborantẽ accedere, etiam si nihil illic habeant negotij. At dum reuersi domũ inficiũt vxores, liberos, ac totã familiã: quid ea fortitudine stultius, quid officio iofficiosius, vt salutes alienũ, tibi charissimos in præsens vitę discrimẽ adducere? Hic tamẽ quanto minus est periculi à pestilẽtia, q̃ ab hac scabies? Rarius afflat propinquos, nec ferẽ senes attigit, & quos attigit, aut cito liberat, aut restituit sanitati, puriores etiã q̃ antea fuerãt. Hæc quid aliud q̃ perpetua mors est, vel vt

C.vj.

verius dicā, sepultura. Obuolantur lin-
 teis & vnguentis more cadaverū. p. Ve-
 rissime narras. Saltē idem curæ dandū
 erat huic tā exitiali malo, quod detur
 leprosis. Aut si hoc quoq; nimium est,
 nemo barbæ sylvā patiatur sibi demer-
 ti, aut sibi quisq; tonsorem præstet. g.
 Quid si uterq; claudat os? p. Affiāt na-
 ribus malū. g. Est & isti malo remedi-
 um. p. Quod nā? g. Vt quod solēt Alcu-
 mici, addūt personā quę per vitreas fe-
 nestellas præbeat lumen oculis, ori na-
 ribusq; respirationem, cornū ā persona
 per axillas in tergo porrecto. p. Belle, si
 nihil metuendū est a contactu digito-
 rū, liteorū, pectinis, & forpicis. g. Opti-
 mū igitur barbā vsq; ad genua demit-
 tere. p. Ita videtur. Deinde fiat edictū
 ne quis idem sit tōsor & chirurgus. g.
 Ad famē relegas tonsores. p. Minuāt
 sumptus, & aliquanto plaris radant. g.
 Esto. p. Tum feratur lex, ne quis cum
 alio poculum habeat commune. g. Istā
 vix recipiat Anglia. p. Nēve duo mis-
 ceantur eodē lecto, præter uxore &
 maritum. g. Placet. p. Ad hæc in diuersis
 forijs ne quis hospes indormiat lin-
 teis, in quibus alius indormiit. g. Quid
 facies Germanis, qui vix lauant bis in
 annos? p. Extimulent lotrices, præterea
 tollatur mos quamvis vetustus salutādi
 osculo. g. Etiamne in templis? p. Tabel-
 læ suā quisq; opponat manū. g. Quid
 de colloquio? p. Vitetur illud Homeris
 cum, ἀγχιχθόν κίφκλιν, & vicissim qui

auscultat, comprimat labra. G. Vix istis legibus suffecerint, duodecim tabulae. P. Sed quid cōsulas interim infelici puellae? G. Quid, nisi vt libēter sit misera, quo sit minus misera: & suauio coniugis opponat manum, tum armata cum illo dormiat. P. Quonam hinc properas? G. Rectā in museum. P. Quid facturus? G. Pro Epithalamio, quod postulant, scripturus Epitaphium.

I M P O S T V R A .

P H I L I P P V S , L I V I N V S .

Salue Liuine. L. Saluebo, si vis ita, sed à me tibi caue. Nam est animus imponere tibi nisi caues. P. Non est admodum metuendus hostis qui periculum denūtiat. Sed age falle si potes. L. Ecce, iam fefelli, nec sentis adhuc. Iterum caue. P. Cum praestigiarum opinor artifice mihi res est. Nihil enim sentio imposturae. L. Rursus aduerte mentem tuam ni velis decipi, sicuti falsus es non semel. P. Hic sum, incipe. L. Iam dudum mihi quod subes peractū est. P. Quid actum, aut quid peractū? Nihil sentio doli. L. Iam toties admonitus, saltem adhibe attentum animū. P. Nouum praestigiarum genus. Ludor vt ais, neq; quicquam artis sentio, quū obseruem & oculos, & manus & linguam tuam. Sed age rursus incipe. L. Iterum atq; iterum incipio, atq; adeo toties facio, neq; tu assequeris laqueos. P. Qua re mihi laqueos tendis? L. Haec

IMPOSTURA.

tibi inquam lingua dolos parat, nec auribus sentis, nec oculis vides. Nunc saltem habe attentos oculos & aures. P. Non possum magis, etiam, si de capite ageretur. Sed falle rursus. L. Iterum ecce fellis, neque deprehendis artem. P. Enecas. Quæso dic quodnam est hoc præstigiarii genus? L. Hactenus sum tibi loquutus carmine, atque adhuc loquor. P. Nihil minus sensi quam isthuc. L. Primum tibi respondi duobus trimetris iambicis: Deinde trochaico tetrametro catalectico. Mox meris creticis sum loquutus. Post hæc Phalecio hendecasyllabo. Deinde meris choriambis. Ad hæc meris anapestis. Rursus tribus Sapphicis. Mox sotadico: postremo trochaico tetrametro. P. Deum immortalium, quiduis suspicabar potius quam istud. Si vixero, aliquando vicem reponeam. L. Huc si quid potes. P. Ecce bis par pari retuli, nec dolum percipis. L. Huius tam cito? P. Minatus sum tibi iam bis tetrametro catalectico, mox addidi creticos quinque. L. Prorsus accidit ut video, quod dici solet, Cretensis invidit in Cretensem. P. Sic est, sed illud precor utriusque nostrum, ne nobis nunquam occurrat impostura nocentior.

CYCLOPS, SIVE EVANGELIOPHORVS.

POLYPHEMVS, CANNIVS,
Quid hic venatur Polyphemus? P.
 Quid venor rogas sine canibus
 & venabulo? Forte nympham aliquam

hamadryadem. p. Pulchre ditinasti. En tibi rete venatorium. c. Quid ego video? Bacchū in exuvio leonis, Polyphemū cū codice? *καλὴ προκωτόρ*. p. Nō croco tātum pinxi libellū, sed etiā minio lafurioq;. c. Non loquor de croco, sed Græce dixi quiddā. Militaris videtur, nam nodis, laminis & circulis æreis armatus est. p. Introspecte. c. Video. Sanē perq̄ bellus est, sed nondum ornasti factis. p. Quid deest? c. Addere debebas tua insignia. p. Quæ? c. Sileni caput ē dolio prospiciēs. Sed quid tractat artē potaticā? p. Vide ne quā imprudēs effusias blasphemiā. c. Quid igitur, estne sacri quippiā? p. Est, quo nihil sacratius, euangelium. c. *εὐαγγέλιον*. Quid Polyphemo cū euāgelio? p. Quin ita rogas quid Christiano cum CHRISTO? c. Nescio, nisi quòd te talē, magis decet halbardacha. Nā si quis mihi ista specie ignotus occurreret in mari, piratā esse crederē: si in nemore, sicariū. p. Atqui hoc ipsum nos docet euāgeliū, ne quē iudicemus iuxta faciē. Quēadmodum enim sēpenumero sub tunica cinericea latet animus tyrannicus, ita nonnunq̄ attonsum caput, circū torta barba, torua supercilia, truces oculi, vertex plumam ventilans, sagum militare, caligē interfectæ, tegunt euangelicum animum. c. Quid nisi nonnunq̄ & sub pelle lupina latet ovis: & si qua fides apologis, sub exuvio leonis latet asinus. p. Imò ego novi qui ouē gestat i vertice,

vulpem in pectore, cui libēs optarim,
 ut quān̄m habet nigros oculos, tam ha-
 beat candidos amicos, tamq̄ probe in-
 auretur, quān̄m colorem habet insaratu-
 re congruum. c. Si quem gestat in ver-
 tice, qui pileum gestat ouillum, quān̄m
 tu incedis onustus, quum ouem simul
 & struthiocamelum gestas in capite? c.
 Tum an non absurdus facit, qui auem
 portat in capite, asinum in pectore? p.
 Mordes. c. Sed belle res habuerit, si q̄
 tu decorasti varijs ornamentis euange-
 lium, tam te vicissim exornet. Ornasti
 coloribus, utinā exornet te bonis mo-
 ribus. p. Curabitur. c. Ut soles. p. Sed
 omissis cōuitijs, itāne damnas eos qui
 circumferunt codicem euāgelicum? c.
 Minime gentium. p. Quid? an tibi vi-
 deor minimus gentiū, vel asinino capi-
 te te procerior? c. Nō arbitror tanto, si
 asinus arrigat auriculas. p. Certe baba-
 lino. c. Placet collatio, sed ego minimē
 dixi, nō minimē. p. Quid interest inter
 ouum & ouum? c. Quid interest inter
 mediū digitū & infimū? p. Medius est
 lōgior. c. Scite, quid interest inter asini-
 nas auriculas & lupinas? p. Lupinæ sūt
 breuiiores. c. Rē tenes. p. At ego lōga
 breuiāque palmo & vlna metiri soleo,
 nō auribus. c. Age, qui CHRISTVM
 gestavit, dictus est Christophorus: tu
 qui euangeliū portas, pro Polyphemo
 dicendus es Euāgeliophorus. p. An fan-
 ctum non putas portare euangeliū. c.
 Nō, nisi tu fatearis esse sanctissimos as-

nos. p. Qui sic t. e. Quia vnus sufficit
 gestādis tribus istiusmodi codicū mibi
 libus, nec te crediderim futurū impa-
 rē operi, si probe sis citellatus. p. Nihil
 absurdi sic asino tribuere sanctimonis,
 quia gestauit **CHRISTVM**. c. Istam
 sanctimoniā tibi nō inuideo. Et si vis,
 donabo tibi reliquias illius asini cui
CHRISTVS insedit, vt exosculeris.
 p. Dabis munus gratissimū. Nam asinus
 ille contactu corporis **CHRISTI**
 consecratus est. c. Sane **CHRISTVM**
 contigerunt & qui illi inpegerūt alas
 pas. p. Sed age, dic serjo, nonne piū
 est circumferre codicem euāgelicum?
 p. Num, si absit hypocrisis, si vere id fiat.
 p. Abeat hypocrisis ad monachos, quid
 mīti cum hypocrisis? c. At primū, ex-
 pēdi mihi quid sit hypocrisis. p. Quū
 aliud prę te fers, quā lateat in animo.
 c. Sed quid pręfert circumlatus euāge-
 lij codex? Nonne vitam euāgelicā? p.
 Opinor. c. Ergo vbi vita non respon-
 det codici, nonne hypocrisis est? p. Vis
 detur. Sed quid est vere codicē euāge-
 licum circumferret? c. Quidam circun-
 ferunt manibus, quemadmodum Fran-
 ciscani Francisci regulā, idem possunt
 & baiuli Lutetiani, & asini, & canthe-
 zij. Sunt qui circumferant ore, nihil cre-
 pantes nisi **CHRISTVM** euāgelij,
 hoc est pharisaicum. Quidam circun-
 ferunt animo. Proinde vere circumfert,
 qui & manibus, & ore, & corde portat
 euāgelij. p. Vbi sunt isti? c. In tem-

plis diaconi, qui portant codicem, pronuntiant populo, & tenent corde. p. Tatnetfi nō omnes sancti sunt, qui animo gestant euangelium. c. Ne mihi sophistam agas. Non gestat animo, nisi qui medullitus amat. Nemo penitus amat, nisi qui moribus exprimit euangelium. p. Istas subtilitates non assequor. c. At dicam crassiore Minerva, Si lagenā vini Beluentis gestes humeris, quid aliud est quam onus? p. o. Nihil aliud. c. Si teneas faucibus, ac mox expuas? p. Haud profuerit, quanquam id quidē non soleo. c. Sin vt soles, affastim haurias? p. Nihil diuinius. c. Concalescit omnē corpus, rubescit facies, hilarescit frōs. p. Prorsus. c. Tale quiddam est euāgelium in animi venas demissum, innouat totū hominis habitū. p. Videor igitur tibi parum euangelice viuere? c. Istam questionem nemo te dissoluerit rectius. p. Si bipenni res agatur. c. Si quis in os te vocet mendacem aut ganeonē, quid facias? p. Quid faciam? sentiret pugnos meos. c. Quid si quis tibi impingat colaphū? p. Amputarem illi collum pro colapho. c. Atqui codex tuus docet, vt pro conuictio referas benignum sermonem, & ferienti maxillam dextrā, porrigas & sinistram. p. o. Legi, sed exciderat. c. A. Oras opinor frequenter. p. o. Istuc est Pharisaicum. c. Pharisaicum est prolixè precari, sed fucate. At tuus codex docet semper orandum, sed ex animo.

P. Attamen oro nō in quā: **C.A.** Quādo? **P.O.** Quum venit in mentem, semel aut bis in hebdomade. **C.A.** Quid tum oras? **P.** Precationem dominicam. **C.** Quoties? **P.** Semel. Nam vetat euangelium Battologiam eadem iterātem. **C.A.** Potes attentus absoluerē precationem dominicam? **P.P.** Nūquam id tentatum est. An nō satis quod voce pronuntio? **C.** Nescio, nisi quod Deus non audit nisi cordis vocem. Crebro ieiunans? **P.** Nunquam. **C.** At tuus codex probat precationem & ieiunium. **P.O.** Probarem & ego, nisi aliud flagitaret venter. **C.A.** At Paulus negat eos seruis **I E S V C H R I S T O**, qui ventri seruiunt. Vesceris carnibus quouis die? **P.O.** Quum dantur. **C.A.** Atqui ista gladiatoria laterum firmitas, vel foeno arborūque corticibus poterat ali. **P.O.** Sed **C H R I S T V S** dixit non inquinasti hominem his quæ intrāt in os. **C.A.** Ita, si modice, si præter offendiculum. At Paulus **C H R I S T I** discipulus, ma vult fame mori, q̄ fratrem infirmū offendere suo cibo, nōsq; ad suum hortatur exēplū, vt omnibus per omnia placeamus. **P.** Paulus est Paulus, ego sum ego. **C.** At Ægonis est capras pascere. **P.** Malim esse. **C.** Pulchre tibi precaris, caper citius fles, q̄ capra. **P.** Esse dixi pro edere. **C.** Elegāter. Libenter succurris pauperibus? **P.** Non est quod dem. **C.A.** At esset, si sobrie viueres, si gnauius laborares. **P.O.** Dulce est otium. **C.** Sero

was. præcepta dei: p. Graue est. e. Agis
 admissorum poenitentiam? p. e. H. R. O.
 s. T. v. s. pro nobis. dependit. c. y. Vnde
 igitur declaras te amare euangelium?
 p. Dicam. Franciscanus quidam apud
 nos non desinebat è suggestu deblate-
 rare in Nouum testamentum Erasmi.
 cõueni hominem priuatim, læuam in-
 ieci capillis, dextra pugilem egi, fugil-
 lam illum magnifice, totamq; faciem
 tuber reddidi. Quid ais? Num est hoc
 fauere euāgelios? Deinde absolui illum
 è cõmissis, hoc ipso codice ter in ver-
 ticem impacto, fecique tria tubera in
 nomine patris, & filij, & spiritus sancti.
 c. Satis quidem euangelice. Istuc ni-
 mirum est euangelium euangelio defen-
 dere. p. Occurrit alter eiusdē sodalitijs,
 qui nullum, neq; modum, neq; finem
 faciebat debacchandi in Erasmus. Ac
 census euangelico zelo, minis hominē
 adegit, ut utroq; genu flexo rogaret ve-
 niā, fatereturque se quæ dixerat, insti-
 gante diabolo dixisse: ni fecisset, iam hal-
 bardacha erat in cernicē vibrata. Vub-
 tus erat qualis esse solet Martis irati.
 Hoc gestū est eoram aliquot testibus.
 c. Miror hominem nō fuisse protinus
 exanimatum. Sed ut pergamus. Viuis
 castes? p. Id fortasse fiet vbi senuero. Sed
 vis tibi verū fatear Cannis? c. Nō sum
 sacerdos: si cõfiteri libet, alium quere.
 p. Deo soleo confiteri, sed tibi fateor
 me nondum esse perfectum euangeli-
 cū, sed vnum è populo. Habemus que

tuor euangelia. Nos euāgelici, quatuor
 res potissimum venatur, Vt ventri be
 ne sit, Ne quid desit ijs quæ sub ventre
 sunt, Tum vt sit vnde viuamus, Postre
 mo, vt liceat quod lubet agere. Hæc si
 suppetant, inter pocula clamamus, io
 triumphe, io præan, vitit euangelium,
 regnat CHRIS TVS . c . Ista quidem
 Epicurea vita est, non euangelica. P.
 Haud inficior. Sed scis THRI STM
 omnipotētem esse, potest repente ver
 tere nos in alios homines. c. Potest &
 in suos, quod quidem procliuius arbi
 tror quàm in bonos viros. P. Vtinam
 non essent peiores in mundo subus, bu
 bus, asinis & camelis. Multos videas
 leonibus truculentiores, lupis rapacio
 res, passeribus salaciores, canibus mor
 daciores, viperis nocētiores. c. At iam
 tempus est vt ex animāte bruto in ho
 minē incipias vetti. P. Recte mones.
 Nam horum temporum prophete di
 cūt instare supremum mundi diem. c.
 Tanto magis properandum. P. Expe
 cto CHRIS T I manū. c. Vide vt tu
 manū ceream præbeas materiam. Sed
 vnde colligūt, in propinquo esse mun
 di finem? P. Quoniam, inquiunt, idem
 nunc faciunt homines quod faciebant
 imminente diluio, epulantur, potant,
 comessantur, ducunt, nubunt, scortan
 tur, emunt, vendunt, foenerāt & foene
 rantur, ædificant, reges belligerantur,
 sacerdotes student augendis censibus,
 theologi nectūt syllogismos, monachi

ΑΠΡΟΣΔΙΟΝΥΣΑ, ΣΥΝΕ-

per orbem curitant, populus tumultuatur, Erasmus scribit Colloquia, Denique nihil malorum abest, fames, sitis, latrocinia, bellum, pestilentia, seditio, rerum bonarum inopia. An non hæc arguunt adesse finem rerum humanarum? c. A. Ex hoc malorum aceruo, quod tibi est molestissimum? p. Divina. c. A. Quod crumenam tuam obsident araneæ? p. Dispeream nisi rem acuti tetigisti. Nunc venio reces à compositatione: aliam sobrius tecum disputabo, si voles, de euangelio. c. Quando te videbo sobrium? p. Quum fuero. c. Quando eris? p. Quum videris. Interim mihi Canni sis felix. c. Tibi vicissim opto ut sis quod diceris. p. Ne me vincas officio, precor ne Cannium unquam destituat, unde cognomen sortitus est.

ΑΠΡΟΣΔΙΟΝΥΣΑ, ΣΙΥΕ.

ABSURDA.

ANNIVS, LEVCIVS.

AUDIO te interfuisse nuptijs Pſcrætij & Albinae. L. E. Nunquam ante hæc infelicius navigavi, quam hoc tempore. A. Quid ais tantam fuisse hominum frequentiam? L. Nec unquam mihi vilior fuit vita, quam id temporis. A. N. Vide quid faciant opes. Ad meas nuptias pauci convenirent, idque tenues. L. E. Vix fueramus ingressi pelagus, ortus est ingens turbo. A. Narras deorum coetum. Tôtne aderant viri principes, tot matrones nobiles? L. E.

Bores dissecuit velum, dissectumque
 dissipauit. A. Desponsam noui. Nihil
 fingi potest venustius. L. Mox fluctus
 reuulsit clauū. A. Idem videtur omni-
 bus. Nec spōsus admodum illi cedit, vt
 aiūt formę gratia. L. Quid animi cēses
 nobis illic fuisse? A. Sanē rarum nunc
 est virgines nubere. L. Remigandum
 nobis erat. A. Dotem vix credibilem
 narras. L. Ecce mox aliud malum. A.
 Quir puellam impuberem commise-
 runt tam ferocis? L. Apparuit piratarū
 nauis. A. Profecto sic est in multis, ne-
 quitia supplet ætatem. L. Ibi nobis gē-
 minum fuit bellum: alterum cū mari,
 alterū cum prædonibus. A. Hui tantū
 denariorū? Interim pauperibus nemo
 dat festucā. Quid cederemus? Imō de-
 speratio vitæ addebat animos. A. Veres-
 or ne sint steriles nuptiæ, si vera prædi-
 cas. L. Imō iniecitnus harpagones. A.
 O rem nouā, ante nuptias grauida? L.
 Si spectasses eū conflictū, fatereris me
 nō esse foeminā. A. Vt audio, coniugis
 hoc nō solum ratū est, sed etiā confirm-
 matum. L. Insiluimus in nauim pirati-
 cam. A. At demiror te vocatū alienū,
 me præterito, qui tertio propinquitatis
 gradu sponsæ partem contingo. L.
 Ipsos in mare præcipientes dedimus. A.
 Vera prædicas, infeliciū nulli sunt ab-
 fines. L. B. Quicquid erat prædæ, inter
 nos partiti sumus. A. N. N. Expostula-
 bo cum puella primo quoq; tempore.
 L. Mox exorta est subita tranquillitas,

diciffes esse Alcedonia. A. Si illi res est, mihi est animus. Nihil moror illius beneuolentiã. L. Ita pro vna duas naues in portum deduximas. A. Indignetur qui aht. L. Quod eam rogasti in templo veli partem dicaturus diuo Nicolaõ. A. Hodie non est liberum mihi. Nam ipse homi conuiuas expecto, aliã non excusabo.

Γ Π Π Ε Υ Σ Α Ν Ι Π Π Ο Σ, ΣΙ Ψ Η Μ Ε Ν Τ Ι Τ Α Ν Ο Β Ι Λ Ι Τ Α Σ.
 Μ Α Ρ Ρ Α Λ Υ Σ, Ν Ε Σ Τ Ο Ρ Ι Υ Σ.

Potes me tuo leuare consilio. Senties me hominem, nõ immemorẽ, nec ingratum. N. Dabo expeditũ, vt sis quod esse velis. H. At nobis in manu nõ est, vt nascamur nobiles. N. Si non es, emtere benefactis, vt a te initiũ capiat nobilitas. H. Perlongum est. N. Exigua summa tibi vendet. Cæsar. H. Vulgo ridetur emptitia nobilitas. N. Quũ nihil sit magis ridiculum quam essentia nobilitas, quid est vt tantopere affectes nomen equitis? H. Sunt causas nec leues, quas tibi nõ grauabor indicare, si mihi demonstratis rationes, quibus nobilitatis opinionem mihi potorem apud vulgus. N. Nomen absq; res. H. Atqui quum res abest, proximũ est opinio. Sed age, cõsule Nestori, vbi causas audieris, fateberis operæpretiũ. N. Quando ita vis, dicam. Primũ fac procul te abducas a patria. H. Memini. N. Ingere te in conuictum iuuenum verẽ

nobiliss. H. Intellego. N. Hinc primū
 orietur suspicio, te talem esse, cū quas
 libus victitas. H. A. Sic est. N. Vide ne
 quid habeas plebeium. H. Quid nam
 N. B. De cultu loquor. Ne vestis sit la-
 nea, sed aut serica, aut si deest qui es
 mas, fustania: deniq; vel canabea poti⁹
 quā pannea. H. A. Recte. N. Vide ne
 quid sit integrum, sed dissecā pileum,
 thoracem, caligas, calceos, vngues si po-
 tes, neve quicquā humile loquaris.
 Si quis ex Hispaniā veniat hospes, ro-
 ga quomodo conueniat Cæsari cū Pō-
 tifice, quid agat affinis tuus comes à
 Nassauen, quid ceteri cōgerrones tui.
 H. Fiet. N. Sit anulus in digito cū gē-
 tra signatoria. H. Si quidem loculi fe-
 rant. N. At paruo cōstat anulus æreus
 inauratus cū gemma factitia. Sed adde
 clypeū cum insignibus. H. Quæ nam
 mihi suades deligāt N. B. Duo mulctra
 si velis, & cantharū ceruisiariū. H. Lu-
 dis, age, dic serio. N. Nunquā fuisti in
 bello. H. Ne vidi quidem. N. At inte-
 rim opinor, decollasti anseres & capos
 rusticorū. H. Persæpe, & quidem for-
 titer. N. Pone machæram argenteam,
 tria anserum capita aurea. H. A. In quo
 solo. N. Quo? nisi sanguinolento, mo-
 numētum fortiter effusi cruoris. H. A.
 Quid nisi rubet sanguis anserinus eque
 atq; humanus. Sed perge obsecro. N.
 Hunc igitur clypeū pro forib⁹ omniū
 diuersoriorum, in quibus forte versas-
 tus es, affigendū curato. H. Quid ad
 D. j.

detur galeæ ? N E S. Recte submones.
 Eam facies ore dissecto. H A. Quam
 ob rem? N E. Vt spires, deinde vt cō-
 gruat vestitui. In vertice quid emine-
 bit? H A. Expecto. N E. Caput canis,
 demissis auribus. H A. Vulgatum est.
 N E. Adde duo cornua: rarum hoc est.
 N E. Placet. Sed quæ bestię sustinebūt
 clypeus? H A. Ceruos, canes, dracones,
 gryphes occupantur principes, tu po-
 nito duas harpyias. H A. Optime con-
 sulis. N E. Restat cognomen, Hic il-
 lud in primis cauendū, ne plebeio mo-
 re te patiaris vocari Harpalū Comen-
 sem, sed Harpalum à Compo, hoc enim
 nobilium est, illud sordidorum. H A.
 Sic memini. N E. Habesne quicquam
 cuius te posses appellare dominū. H.
 Ne harum quidem. N E. In vrbe cele-
 bri natus es? H. In obscuro pago. Non
 enim fas est ei mentiri vnde petis me-
 dicinam. N E. Recte est. Sed ei pago
 nullus est vicinus mons? H A. Est. N.
 Et habet alicūde rupem? H A. Habet
 præruptam. N E S. Ergo sis Harpalus
 eques ab aurea rupe. H A. Atqui mos
 est magnatū, vt suum quisq; symbo-
 lum habeat vocale, quemadmodū Ma-
 ximilianus habebat, Tene mensuram:
 Philippus, Qui vult: Carol⁹, Vlteri⁹.
 Item alius aliud. N E S. Tu ascribito.
 Omnis iacta sit alea. H A. Næ tu per-
 commode dicis. N E. Iam quo firmior
 sit hominum opinio, fingito literas à
 magnatibus ad te missas, in quib⁹ idē

eidem appelleris eques clarissimus, magna-
 gnarumq; rerum fiat mentio, de feudis,
 de arcibus, de multis florenorum milibus,
 de praefecturis, de matrimonio opulento.
 Curabis ut huiusmodi literae tibi velut
 elapsae, aut per oblivionem relictae, veniant
 ad aliorum manus. H. Istud quidem erit mihi
 commodum. Nam & literas notis, & hanc facultatem
 multo usu paravi, ut cuiusvis manus facile
 effingam. N. Interdum insue vestigiis, aut
 relinque in crumena, ut quibus faciendi
 negotium dederis, illic reperiatur. Illi non
 silebunt, & tu simulac resciveris, compones
 vultum ad iracundiam ac moestitiam, quasi
 doleat casus. H A. Et isthuc iam pridem
 meditatus sum, ut faciem tam facile mutem,
 quam personam. N. Ita fiet, ut nec fucus
 suboleat, & res cum fide spargatur. H.
 Curabitur sedulo. N. Deinde sodales aliquot
 asciscendi sunt, aut etiam famuli, qui tibi
 cedant loco, & apud omnes mihi Ioncherum
 appellent. Nec est quod hic sumptum metuas.
 Sunt plurimi iuvenes, qui vel gratis cupiant
 hanc agere fabulam. Adde huc, quod haec
 regio scatet iuuenibus eruditulis, qui mira
 tenentur scribendi libidine, ne dicam scabie.
 Nec desunt famelici quidam typographi, nihil
 non audentes, si spes quaestus affulserit.
 Ex his aliquot suborna, qui in libellis suis
 te predicent patriae procerem, idque subinde
 repetatur literis maiusculis. Hac via vel in
 Bohemia celebrabunt procerem patriae.

D.ij.

Et citius enim & latius discurrunt li-
belli quàm voces, aut quâlibet loqua-
ces famuli. H. Nec ista displicet ratio.
At famuli sunt alendi. N. Sunt, at non
ales famulos ἀχίρως, & ob id ἀχρίως.
Mittâtur huc & illuc, iueniēt aliquid.
Scis varias esse taliū rerū occasiones.
H. Desine. Teneo rem. N. E. Superfunt
artes. H. Aueo scire. N. Ni sis bonus
aleator, probus chartari⁹, scortator im-
probus, potator strenuus, profusor au-
dax, decoctor & cōflator gr̄is alieni, de-
inde scabie ornatus Gallica, vix quis
quam te credet equitē. H. In istis qui-
dem iampridem exercitatus sum. Sed
vnde sumptus? N. Mane, isthuc ibam.
Est tibi patrimonium? H. Perpusillū.
N. Postq̄ apud multos cōfirmata fue-
rit nobilitatis opinio, facile reperies fa-
tuos qui tibi credāt, quosdam etiā pu-
debit negare, quidā metuēt. Iam vt lu-
das creditores, mille sunt artes. H. Ea-
rum quidem rudis non sum. Sed tan-
dem vrgebunt, vbi perspexerint nihil
esse nisi verba. N. Imò nulla est com-
modior ad regnū via, q̄ debere q̄ pluri-
mis. H. A. Qui sic? N. E. Primum cre-
ditor obseruat te nō aliter, quàm obli-
gatus magno beneficio, vereturque ne
quam præbeat ansam amittendæ pe-
cuniæ. Seruos nemo magis habet ob-
noxios, quàm debitor suos creditores,
quibus si quid aliquando reddas, gr̄-
tius est quàm si dono dones. H. A. A-
nimaduerti. N. E. Illud tamen caueo,

ne cum tenuibus habeas commercium. Nam hi ob paruulā summulam ingentes excitant tragœdias. Placabiliores sunt, quibus lautior est fortuna, cohibet illos pudor, lactat spes, deterret metus, norūt quid possint equites. Postremo, quum inundauerit æris alieni magnitudo, fictis causis aliò demigra, atq; inde rursus aliò. Nec est quòd huius rei te pudeat. Nulli magis obrati sūt quàm magni principes. Si quis rusticus vrgeat, finge offensum improbitate animum. Interdum tamen aliquid reddito, verum nec totū, nec omnibus. Illud vbiq; curandum, ne cui suboleat tibi prorsus exhaustos loculos. Semper ostenta. H. Quid ostendet qui non habet? N. Si quid amicus apud te deposuit, ostenta pro tuo, sed artē dissimula, cura vt casu videatur. In hunc vsū interdum sumito pecuniam cōmodato, quā mox reddas. Ex loculo nūmis æreis distento, profer aureos duos ibi sepositos. Cætera ex teipso cōiicito. H. Intellego. At tandem obruar oportet ære alieno. N E. Scis quantū apud nos liceat equitibus. H. Nihil non, & quidem impune. N E. Ergo famulos ale non segnes, aut etiā sanguine propinquos, qui alioqui forent alendi. Occurreret negotiator, quem obuium spoliēt. Reperiēt aliquid in diuersorijs aut in ædibus, aut in nauibus incustoditum. Tenes? Meminerint non frustra datos homini digitos. H A. Siquidem tuto.

D. iij.

N. Cura vt habeas pulchre vestitos
 eum insignibus. Cōmitte literas ficti-
 tias ad summates. Si quid clam fustu-
 lerint, nullus audebit illos infimulare,
 etiā si quid suspicentur, timebūt equi-
 tem dominum: sin vi prædam extorser-
 rint, bellum vocabitur. His progym-
 nasmatibus ad bellum præluditur. **H**.
O felix consilium. **N**. Iam illud eque-
 stre dogma semper erit tuendum, ius
 fasq; esse equiti, plebeium viatorē ex-
 onerare pecunia. Quid enim indignū,
 q̄ ignobilem negotiatorem abundare
 nummis, quum interim eques non ha-
 beat, quod impendat scortis & aleæ?
 Fac semper te adiūgas magnatib⁹, vel
 ingeras potius, ne quid pudeat, perfri-
 canda frons est, sed præsertim hospiti-
 bus, eóq; præstat in celebri quopiā lo-
 co vitā agere, puta in thermis, frequē-
 tib⁹ diuerforijs. **H**. Istiuc ipsum erat
 in animo. **N**. Hic sepenumero fortunæ
 prædā obiicit. **H**. Qui rogo? **N**. Puta
 hic aut ille reliquit crumenā, aut obli-
 tus reliquit clauim in sera promptua-
 rij. Cætera tenes. **H**. At. **N**. Quid me-
 tuis? de sic culto, de tam magnifice lo-
 quente, de equite ab aurea rupe, quis
 audebit suspicari? Et si quis forte tam
 improbus extiterit, quis erit tam au-
 dax vt te appellet? Interim suspicio de-
 riuabitur in aliquem hospitū, qui pri-
 die discesserint. Turbabūtur famulitis
 cum pandocheo. Tu tranquillus tuam
 personam agito. Hoc si acciderit ho-

minū modesto cordatōq; filebit, ne sit
 simul cum damno lucrifaciat pudorem,
 qui rem suam indiligenter seruauerit.
 H. Non absurde dicis. Nam nosti, opia
 nor, comitem à vulture albo. N. Quid
 nisi H. Apud hunc diuersitas est, vt ac
 cepti, Hispanus quidam, specie cultūq;
 sane q̄ liberali. Is abstulit florens sex
 centos, nec vnq̄ comes ausus est queri.
 Tāta erat hominis maiestas. N E. Ha
 bes exemplum. E famulis tuis inter
 dum aliquē emandes, in bellum scilicet.
 Is spoliatis templis aut monaste
 rijs quibuslibet, redibit onustus præda
 bello parata. H A. Hoc quidem est tu
 tissimū. N E. Est & alia ratio confiā
 diæ pecuniæ. H A. Nam obsecro. N E.
 In bene nūmātos finge causas irarum,
 præsertim in monachos aut sacerdos
 tes, qui nunc apud omnes ferè summa
 laborāt inuidia. Alius irriserit aut cō
 spuerit clypeū tuum, alius parū hono
 rifice de te sit locutus, alius scripserit
 aliquid quod in calumniā detorqueri
 valeat. His per feciales tuos ἀποδοῖς
 ἀντιμῶν denuntia. Sparge minas atroc
 es, excidia, exitia, ἀνολεσθῆναι meras
 territi venient ad componendam li
 stem. Ibi fac magno æstimes tuam di
 gnitatem, hoc est, iniquum petas, vt q̄
 quum feras. Si postules tria millia, p̄
 debet minus offerre quā ducētos au
 reos. H A. Alijs minitabor leges. N E.
 Istud propius quidē accedit ad fycos
 phaticā, sed tamē iuuat & hoc in parā
 D. iij.

tem. Sed heus Harpale, pene exciderat quod dictum in primis oportuit, puella quæpiam bene dotata, in matrimonij nassam illaqueanda est. Habes apud te philtum, juvenis es, candidulus es, lepidus negator es, rides blâdum. Sparge te magnis promissis ascitum in aulam Cæsaris: Amant puellæ Satrapis nubere. Η Α Ρ. Novi quibus hoc bene cesserit. Cæterum quid si fucus tandem erumpat, & insiliant undique: creditorum? Irridebor personatus eques. Nam id apud istos turpius est, quam si templum sacrilegio spolies. Ν Η Σ. Hic oportet meminisse perfrictæ frontis. Illud in primis quod nullis unquam temporibus magis licuit, audacia pro sapientia uti, quam hodie. Comminiscendum est aliquid quod excuses. Deinde nunquam deerant candidi qui faveant tuæ fabulæ, nonnulli citilliores dissimulabunt intellectum fucum. Postremo si nihil aliud, profugiendum est aliquò in bellum, in tumultum. Quæ admodum ΚΛΕΨΙ ΒΕΛΛΟΘΟΥ ΠΑΡΤΑ, τὸ δὲ θρόνον: ΝΙΚΑ, ita bellum operit omnium scelerum sentinam. Nec enim habetur hodie bonus belli dux, nisi tali tyrociniò præparatus accesserit. Hoc erit extremum asylum, si cuncta feseblerint. Verum omnis monendus erit tibi lapis, ne huc veniatur. Vide ne te securitas opprimat: oppidula minuta fuge, in quibus ne pedere quidam licet nisi populus sciat: in magnis ac frequentibus,

ciuitatib⁹ plus est licētię, nisi si qua sit
 Massilię similis. Dissimulāter expisca-
 re, quid quisq; de te loquat. Vbi senseris
 huiusmodi voces increbrescere, quid
 agitur quur hic tot annos moratur? quur
 non reuisit patriam? quur negligit ar-
 ces suas? unde ducit imagines? unde
 tantę profusionis facultates? Hoc ge-
 nus inquam voces, vbi cęperint ma-
 gis ac magis gliscere, tum mature tibi
 de migrando cogitandum est, sed
 sit fuga leonina, non leporina. Adsimu-
 la te vocari in aulā Cęsarıs ad res ma-
 gnas, breui adfuturum cum exercitu.
 Non audebunt in absentē hıscere, quib⁹
 bus est quod nolint amittere. Sed in
 primis tibi censeo cauendam genus
 istud hominum poeticum irritabile, ni-
 grumque, Illinunt chartis, si quid illos
 habet male, subitōq; per orbem spars-
 gitur quicquid illiuerint. H. Dispera-
 am, ni mihi vehemēter placet tuum
 consilium. Efficiam, vt intelligas te na-
 ctum docile ingenium, & iuuenem mi-
 nime ingratum. Equum quem primū
 te dignum nactus in pascuis fuero, tibi
 dono mittam. N. Nunc superest, vt
 quod pollicitus es, vicissim pręstes.
 Quid est, quur tantopere affectes fal-
 sam opinionem nobilitatis? H. Nullam
 aliam ob causam, nisi quod his omnia
 licent impune. An hoc tibi leue vides
 tur momentum? N. Vt pessime cedat,
 mors vna debetur naturę, etiam si vi-
 xisses in Carthusia. Et leuius moriuntur

D.V.

tur in rota, quàm qui moriuntur calculo, podagra, aut paralyfi. Nam militare est, credere nihil hominis superesse post mortem, præter cadaver. H. Sic opinor.

ΑΣΤΡΑΓΑΛΙΣΜΟΣ, SIVE

TALORVM LVSVS.

CAROLVS, QVIRINVS.

Disce, inquit Cato, sed à doctis. Cupio itaque mi Vtenhoui, te magistro discere, quamobrem prisca illi religionis antistites edixerint, vt clerici talaribus tunicis vterentur, hoc est vsque ad talos demissis. c. Duabus opinor de causis. Primum verecundiae gratia, ne quid nudum pateret oculis. Nam olim nec hoc caligarum genus fuit repertum, quod nunc ab ilibus vsque ad imos pedes corpus tegit, neque subligaribus, aut foemoralibus vulgo vtebantur. Eadem de causa, turpe est foeminis breuioribus vti vestimentis, quo magis consultum sit sexus pudori. Deinde vt non solum moribus, verum etiam habitu differant à populo, in quo vt quisque est prophanissimus, ita breuissimis tunicis vti gaudet. QVIRI. Non dissimile veri est quod narras. Ceterum ex Aristotele, Plinioque didici, nulli hominum esse talos, sed tantum quadrupedibus, non tamen omnibus, sed bifulcis plerisque, nec rursus nisi his in tibijs posterioribus. Vnde igitur vestis dici talaris potest, quam geo-

stat homo, nisi fuerunt homines olim quadrupedes, iuxta fabulam Aristophanis c. A. Imò si credimus Oedipo, & quadrupedes, & tripedes, & bipedes inveniuntur homines, nec raro nobis è bello redeunt vnipedes, interdù apodes: sed quod ad tali vocabulum attinet, rectius mireris, si legas Horatium, qui fabulis quoque talos attribuit. Sic enim opinor, scribit in arte poetica,

Securus cadat, an recto stet fabula talo.
 QVI. Poetis licet, vt libet, loqui: apud quos Tmolus habet aures, & naues loquuntur, & saltant quercus. c. Quin & Aristoteles tuus, hoc te docere poterat, esse talos dimidiatos, quos ille vocat *ἡμιστραγάλος*, quales tradit esse lyncei generi. Addit leonibus inesse quidam vice tali, sed anfractuosum, quod ille vocat *λαβυρινθώδης*, Plinius vertit tortuosum. Denique vbicunque committuntur ossa ossibus ad flexus commoditatem, caua prominentibus inter se respondent, vtrinque lubrica cartilagine communitis, ac velut incrustatis partibus, ne mutuo attritu sese lædant, vt idem docet Aristoteles. In his ferè est aliquid, quod à tali similitudine pariter & vsu non discrepat, velut in ima tibia iuxta calcaneum, vbi totius pedis flexus est, prominet quidam talo simile, quod Græci *σφύρην* appellāt. Rursus in flexura genu: quod, ni fallor, *ἰχθύν* appellant, quidam vertes

D. vj.

brum. Simile quiddam videmus in coxēdicibus, in humeris, postremo in cōmissuris digitorum, pedis, ac manus, quod nē tibi mirū videatur, Græci tradunt ἀστράγελος vocabulum apud probatos authores, tributum etiam ossibus quibus spina connectitur, præsertim in ceruice. Citant enim hoc carmen,

Εκεί μοι ἀνχλην ἀστράγελων ἰδέην.

Quoniam autē Aristoteles tradit priores tibias animanti datas ad celeritatem, & ob id carere talis, posteriores ad stabilitatem, quòd in eam partem vergat pondus corporis, quemadmodum ad robur ijs quæ calcibus feriūt. Flaccus dum significare vult fabulam non eiectam, sed ad finem vsq; peractā dicit illam stetisse fixo talo, nec aliter tribuit fabulæ talum, quàm nos libro tribuimus calcem, & volumini vmbilicum. **QV I.** Næ tu probe grammaticū agis. **c.** At quo magis id credas, Græci literatores ἀστράγαλον dicivolūt ἀστράγελος, & à particula priuatiua, quòd minime flectatur, sed immobilis sit. Quàquam alij malunt ἀστράγαλον interiecta litera ρ, dictum pro ἀστράγαλον, quòd lubrica volubilitate stare nesciat. **QV I R.** Ad istum modū licet plura diuinare. Simplicius erat dicere, nescio. **c.** Nō vsque adeo videbitur absurda diuinatio, si cogites quantam habeat caliginem vocum primitiua origo, tum in re nullam esse contrarietatem: quod apparebit si propius inspicias. volubilis est ta

lus, sed ita volubilis, ut eam partem cui innectitur, reddat ad standum firmiorem: deinde os ossi connectit, ne facile luxari queat. QV. Tu vel sophistā agere possis, quantum video, si libeat. c. Sed nihil est Talesi, quod nos torqueat etymologia vocis. Nam quod hodie Græci vocant ἀστράγαλον, prisci, quorum est Callimachus, dixit, ἀστριον, cuius hoc refertur hemistichium, Δικαιὸν ἄστρια ἄινυτ' ἄβρονον, vnde quemadmodum ἀστραγαλίζεον, ita & ἀστρίζεον dicebant talis ludere. QV. Quale est igitur illud quod proprie talum vocātis. Est id quo nunc ludunt puellæ, olim puerorum erat lusus, quemadmodum nucees. De quo est illud Græcorum, ἀμφ' ἀστραγαλοισι χολωθεῖς, quū iram leui de causa susceptam indicant. Rursus Horatius in Odis, Nec regna vini fortiere talis. Item in Sermonibus, Te talos Aule nucēsq; &c. Postremo dictum illud Lacedæmonij, ni fallor, Pueros esse fallendos talis, viros iureiurando. Hunc negant in vlllo animāte inueniri. quod sit μώνυχον, hoc est, vngula solida, excepto asino Indico vnicorno: aut quod sit πολυδακτύλις, hoc est, pede in multos digitos vngulāve fisso, quod genus sunt leo, panthera, canis, simius, homo, & atis, aliāq; p̄ multa. Quæ vero δίχραλῆ sunt, hoc est, vngula bifulca, pleraque talum habent, idque, ut recte dicebas, in posterioribus cruribus. Vni homini duplici de causa tali nō sunt, Primam

quia bipes, deinde quia quinque digitis
 fissos habet pedes. **QVIRINVS**. Ista
 frequenter audiui. Cæterum peruelina
 mihi situm, ac formam tali describi.
 Nam istud lusus genus, etiam puellis
 hodie fastiditum est, sed aleam, charitas,
 aliisque masculos lusus effectant.
CAROLVS. Non mirum, quum affer-
 rent & theologiam: verum etiam si
 mathematicus sim aut pictor, aut etiã
 plastes, non possim tibi melius tali for-
 mam exhibere, quàm ipso talo, nisi ma-
 uis ut tibi describam per literas, ut illi
 solent. **QVIRINVS**. Habésne talum?
CAROLVS. En tibi ouillum è dextro
 crure. Vides quatuor duntaxat latera,
 quæ in cubo & alea seu tessera sint sex,
 in ambitu quatuor, in summo & imo
 duo. **QVIRINVS**. Sic est. **CAROLVS**.
 In talo, quoniam summa pars & ima
 curuatur, non sunt nisi quatuor latera,
 quorum vnum vides velut in dorsum
 intumescere. **QVIRINVS**. Video. **CAROLVS**.
 Quod est è regione, cautum habere. Il-
 lud Aristoteles vocat $\pi\rho\nu\alpha\iota\varsigma$, id est, pro-
 num: hoc $\beta\upsilon\pi\iota\sigma\tau\iota\varsigma$, id est, supinum. Velut
 in congressu vxoris & mariti, quum
 dant operam liberis, mulier supina est,
 vir pronus: & manus, si vola spectet
 terram, prona est: si inuertas, supina.
 Quamquam oratores & poete non nisi
 quam his verbis abutuntur, quod ad
 hanc rem nihil attinet. **QVIRINVS**.
 Istihuc quidem eleganter oculis subie-
 cisti. Inter reliqua duo latera, quid est

discriminis **CAROLVS**. Alterum mo-
 dice cauatum est, vt ossi cui innectitur
 congruat: alterum propemodum nihil
 habet concaui, minusque armatum est
 cartilaginea tunica, sed tantum nervo
 & pelle tegitur. **QVIRINVS**. Video. **CA.**
 Pronum latus nihil habet nervorum,
 sed supinae partis concauo adheret ner-
 uus, quemadmodum dextri lateris sum-
 mo, laeui imo. **QVIRINVS**. Pulchre
 narras. sed vnde dinoscam dexterum &
 sinistro? **CAROLVS**. Recte admo-
 nes. Nam perperam docui, nisi dextri
 cruris talum intelligas. Dicam igitur
 saelias, simulque, quod volebas, situm
 indicabo. Talus est in ipsa suffragine
 cruris infra coxam. **QVI**. Complures arbi-
 trantur iuxta pedem esse. **CA**. Errant.
 Is qui proprie dicitur talus, est in sub-
 fraginibus, quas Graeci *κατακτάς* vocant,
 sed crurum, vt dixi, posteriorum. Inter
 pedem tuum & genu, tibia est. **QVIRINVS**
 Sic opinor. **CAROLVS**. Post genu
κατακτάς. **QVI**. Assentier. **CA**. Nam qui
 flexus est homini in brachijs, idem est
 quadripedibus in cruribus posteriori-
 bus, simiam excipio semihominem.
 Itaque quod genu est in cruribus, id cu-
 bitus est in brachijs. **QVIRINVS**. Animadu-
 ertito. **CA**. Itaque flexus flexui respon-
 det. **QVI**. Illud dicis crurum posteriorum
 & priorum. **C**. Tenes. In ea igitur suffragi-
 ne, quae respondet suffragini, quae est post
 genu, stat talus erectus quum stat qua-
 drupes, cuius summa & ima pars le-

niter incuruatur, quoquam non profus eodem modo. Nam superior repliatur in cornua quaedam, quas Aristoteles appellat κεραιαί. Theodorus vertit antennas, iuxta quas se submitit pronum latus: ima tabe nihil habet. QV I R. Planè video: c A. Illud ergo latus quod spectat tibias priores, Aristoteles vocat supinum: quod illi aduersum, pronum. Rursum sunt duo latera, quorum alterum intus spectat tibiam posteriorem, puta laeuam aut dextram, alterum spectat foras. Quod introrsum spectat, Aristoteles appellat ενωλον: quod foras, ισχλον. QV I. Pressus oculis rem video. Iam superest ut nobis indices quæ fuerit olim talis ludendi ratio. Nam quæ lusus nostra memoria dicitur in usu fuisse, nihil conuenit cum ijs, quæ comperimus apud priores auctores de hoc ludendi genere. c A R. Ac sane fieri potest, ut quemadmodum hodie chartis & aleis ad varias ludendi formas abutimur, ita non fuerit eadem apud veteres talis lusitandi ratio. QV I R I. Probabile est quod dicitur c A. Theodorus Gaza, siue ut alij maluit appellare, Thessalonicensis, vertens Aristotelis librum de historia animalium secundum, ait, Tali latus quod foras transfuersum spectat, canem vocari: quod introrsum ad alterum crus, Venereum. Ceterum hoc quidem de suo addidit. Nam Aristoteles hæc tantum ponit, τὸ μὲν πρᾶν ἐξω, τὸ δὲ ὑπτι

ορ εἶπω, καὶ τὰ μὲν κῶλα ἐντὸς
ἔτραμμένα πρὸς ἄλληλα, τὰ δ' ἐ
λοχία καλούμενα ἔξω, καὶ τὰς κε
ραίας ἄνω. Cæterum quando cōstat

ab alijs, Veneris iactum appellari, quo
ties ex quatuor talis null^o est qui sum
mam faciem habet cum alio congruen
tem, demiror quid sequutus Theodo
rus, vnum latus appellet Venerē. Eras
mus noster, quem communē habemus
amicum, huiusmodi obseruationū non
admodum curiosus, in prouerbijs alijs
quot, ex autoritate veterum indicat
quædam de ludo talorū, velut in pro
uerbio, Nō Chius, sed Couis: refert Coi
& Senionem eundem esse quem Græci
Ἰστῆον dicunt. Idem tradit in prouerbio
Chius ad Coum, addens Chiū eundem
esse cum cane: Coi iactum fuisse felicē,
Canis infelicem, teste Persio.

Quid dexter senio ferret,

Scire erat in votis, damnosa canicula
quātū Raderet. Itidē Propertius,
Semper damnosi subsiluire canes.

Et Ouidius libro de Trist. 2. damnosos
canes appellat. Addit ex Martiale, Se
nionem videri per se felicem, cæterum
infelicem fieri, si accedat Canis.

Sic enim loquitur,

Senio nec nostrum cum cane quassat
ebur.

Iam Veneris iactum esse vt rarum, ita
felicissimum indicat Martialis in Apo
phoretis,

Quum steterit vultu nullus tibi iustus
eodem,

Munera me dices magna dedisse tibi:
Tot autem talis iudebatur, quot quisque
que habet latera. Nam tesserae non plus
tribus ludi solet. Sed propius ad iuden-
di rationem facit, quod scribit Suetonius
in Octavio Augusto, recitans ex
illius quadam ad Tiberium epistola, hæc,
Inter coenam iusimus *γεροντικῶς* & heri
& hodie. Talis enim iactatis ut quisque
que canem aut senionem miserat, in sin-
gulos talos singulos denarios in medi-
um conferebat, quos tollebat universos
qui Venerem iecerat. *ϕυτ.* Docuis-
si felicissimum esse iactum quum om-
nes tali quatuor ostenderint diversum
latus, quemadmodum in tessera ludo
fortunatissimus est, qui dicitur Midas
at nondum declarasti hunc iactum di-
ci Venerem. *ε κ ρ.* Istud expediet tibi
Lucianus, ita loquens in Cupidinibus,
*καὶ βαλῶν μὲν ἐπὶ σκοπῶν, μάλιστα δ' ἐπιποτε τῷ θεῷ αὐτοῦ
τῷ εὐβολήσῃ, μηδ' ἐνὸς ἀστραγῆος
ἀσπασόντος ἰσῶ σχήματι προσ-
σκήνῃ, τῆς ἐπιθυμίας τεύξεσθαι
νομίζω.* Loquitur autem illic de Ve-
nere. *ϕυ.* Si falsus est Theodorus, duo
tantum latera suis vocabulis designan-
tur. *ε.* Fortassis alicuius auctoritatem
ille sequutus est, quæ nos fugit: quod
apud authores cõpertum est, adferimus
in medium. Nam sunt qui meminerunt

de numero Stesichorio in talis, quæ per
tant ogdoadem esse: item de Euripide,
qui continebat quadraginta. QVI. Res
stat ut lusus leges præscribas. c. A. Nō
arbitror pueros iisdem vobis legibus, quia
bus se vsum fuisse scribit Octavius. Nec
probabile est, hoc ludendi genus quod
cōmemorat fuisse publicum. Id si fuisse
fer, satis erat dixisse, inter coenam lusis
mus talis. Sed mihi subindicare videe
tur, novam ludendi conditionem inter il
los repertam, velut aptam senibus, minus
meque torquentem animos sollicita cogi
tatione, quemadmodum faciunt hodie
cōplices lusus, ut leuius sit intēdere stu
dijs. QV. Profer, obsecro te, reliquos ta
los, ut experiamur. c. Sed deest nobis
turricala voluēdis talis, deinde tabula.
QV. Suffecerit hæc mensa ad qualecūque
specimen exhibendam: Pro turricala
suffecerit cyathus aut pileum. c. Imo
cōplexus cautarum manuum. Iactus sæ
pius ostēdit supinam partem quam pro
nam: & pronam sæpius quam senionem,
aut canem. QV. Videtur. c. Si inter qua
tuor talos extiterit vnus canis, expones
nummum: si duo, duos: si tres, tres: si
quatuor, quatuor. Item quoties ieceris
senionem, toties recipies vnū e num
mis. QV. Quid si senionem cum cane?
c. A. R. Si vis, vterque nummum addet,
neuter tollet: cui primū obtigerit Ve
nus, is auferet aceruum. QVI. R. Quid
si talus ostendat partem supinam, aut
pronam? c. A. R. Is iactus erit irritus, &

aut tu factum repetes, aut iaciendi ius
 ad me devolvetur. QV I R. Placet de-
 uolutio. C A R. Nunc appone fortem.
 QV I R. Experiamur absque periculo.
 C A. Vis tu tantam artem discere gra-
 tis? QV I R. Verū, impar certamen est
 inter artificem & rudem. C A. Atqui
 spes lucri, & damni metus reddet te at-
 tentiorem. QV I. Quanti certabimus?
 C A R. Si vis cito ditescere, centum do-
 catis. QV I R. Vtinam sint quos depo-
 nam. Tutius paulatim ditescere. En ti-
 bi solidum assem. C A. Age, addemus
 pusillum pusillo, quemadmodum mo-
 net Hesiodus, sic quoque fiet ingens a-
 ceruus. Convolue ac mitte. Felix auspi-
 cium, canem habes, appone nummum,
 & posthac agnosce dānosum latus. Da
 talos. QV I R. Felicius auspiciū, treis
 habes canes, appone. C A R. Infidiatur
 tibi fortuna. Mitte, sed circūvolutos o-
 bone. Labor irritus, pronū habes & su-
 pinum. Succedo, trade talos. QV. O fa-
 ctum bene, rursū treis video canes.
 C A. Μὴ πρὸ τῆς νίκης ἐγκώμιον.
 Illectat inquam te fortuna. Sed heus
 tu, ad hunc quidem modum edoctus
 sum. At mea sentētia secus lussit Octa-
 vius. QV I R. Quo modo? C A R. Qui
 canem iecerat, apponebat denarium, vt
 diximus: qui senionem, nihil quidem
 aufererat, sed alter ponebat. QV I R I N.
 Quid si plures seniones exissent? C A.
 Totidem nummos alter addebat. Be-
 ne cumulatū acerrum semel tollebat

Venus. Et illud addas licebit . Cui nec senio obtigerit, nec canis , nihil aliud quam mittendi vicem perdet. QVIR. Non recuso . ΕΑΡΘ. Mihi videtur & hoc elegantius, si tertio quisque iactu defungatur qui talos tenet, & mox alteri tradat vices. QVIRI. Placet, sed quota Venus finisset ludum? cA. Tentia si videtur . Deinceps liberum erit de integro pacisci . Siquidem tum raro, tum paucis fauet Venus. Nunc agrediamur bonis aurbus . QVIRIN. Fiat, sed praestat ocludere fores, ne nostrae culinæ regina videat nos puerorū more ineptientes. cAR. Imò seniliter potius. Adeone loquacem habes famulam? QVIRINVS. Tam futilem, vt si desint homines quibus narret quicquid domi geritur, longo sermone galinis narret, ac felibus. c. Heus puer, claude ostiū, & obde pessulum, ne quis subitus interueniat spectator, quo liceat ad satietatem vsq; ludere.

SENATVLVS, SIVE
ΓΥΝΑΙΚΟΣΥΝΕΔΡΙΟΝ.
CORNELIA, MARGARETA,
PEROTTA, IVLIA,
CATARINA.

QVod felix faustumq; fit huic ordini totique reip. foeminae, & frequentes hodie cōuenistis & alacres, vnde spem optimā concipio futurum, vt deus propitius cuique ea suggerat in animum , quæ ad communem omni

nsum & dignitatem & utilitatem per-
 tinent. Scitis opinor omnes, quantum
 hinc commodis nostris decesserit, quod
 quum viri quotidianis cōuentibus su-
 tim agant negotium, nos colo tela que
 assidentes causam nostram deferimus.
 Itaq; res huc deuenit, vt nec inter nos
 sit villa reipublicę disciplina, & viri nos
 penē pro delectamentis habeant, vixq;
 hominis vocabulo dignentur. Quod si
 quā coepimus, pergamus. deuinatē vos
 ipsę, quō tandem res sit euasura: vere-
 or enim verba sinistri ominis eloqui:
 vt dignitatem nostram negligamus,
 certe incolumitas debet esse curę. At
 sapientissimus ille rex, scriptum reli-
 quit, Ibi demum esse salutem, vbi mul-
 ta consilia. Habent episcopi suas syno-
 dos, habent monachorum greges sua
 conciliabula, habēt milites suas statio-
 nes, habent fures sua cōuenticula. De-
 nique habet & formicarum genus su-
 os congressus. Solę omnium animan-
 tium mulieres nunquam coimus. M.
 Sapius quā decet. C O R. Nondum
 interloquendi tempus est. Sinite me
 perorare, dabitur singulis dicēdi locus.
 Neque nouum est quod facimus, vetus
 exemplum reuocamus. Siquidem an-
 te annos mille trecentos, ni fallor, He-
 liogabalus Cęsar laudatissimus. P E R.
 Qui laudatissimus, quem vnco tractū
 in cloacam proiectum esse constat. C O.
 Rursus interpellor. Si quem hac ratio-
 nē probamus, aut improbamus, ma-

lum dicamus **CHRISTVM**, quod in crucem suffixus sit: pium Domitiana, quod domi sit mortuus. Atqui nihil obijcitur Helio gabalo atrocius, quam quod sacrum ignem, qui à Vestalibus fertabatur, in terram abiecerit, quod que domi in Ianario Mosen habuerit & **CHRISTVM**, quem ille contumeliaz causa Chrestum vocabat. Is igitur Helio gabalus instituit, vt quẽadmodum imperator cum suis habebat senatum, in quo de rebus communibus consularet: ita haberet. & mater illius Augusta senatum suum, in quo de foemine gentis negotijs tractaretur, quem viri vel iocandi, vel discernendi gratia Senatulum vocabat. Hoc exemplum tot iam seculis intermissum res ipsa iam dudum monet nos instaurare. Nec vlla moueat quod Paulus apostolus vetat mulierem loqui in coetu, quam ille vocat ecclesiam: de coetu virorũ loquitur, hic coetus est muliebris. Alioqui si semper tacendum erat foeminis, in quẽ usum natura dedit nobis & linguas nõ doctius expeditas, quam sunt virorum, & vocem non minus sonoram & quancquam illi sonant rancius, ac propius referunt asinos quam nos. Verum illud oportet nobis omnibus esse curæ, vt ea grauitate tractemus hoc negotium, ne rursus viri Senatulum appellent: aut fortasse probrosius aliquot nomen excogitent, vt solent in nos libenter esse dicaces. Quanquam si liceat illorum co

mitia veris aestimare, plus quam muliebra videri possint. Videmus monarchas tot iam annis nihil aliud quam beligerari: inter theologos, sacerdotes, episcopos, & populum nihil conveniret quot homines tot sententiae, & in his ipsis plus quam muliebris est incostantia. Nec civitati cum civitate, nec vicino cum vicino concordia est. Si nobis essent traditae rerum habentiae, aliquantulum, mi fallor, tolerabilius haberent res humanae. Non est fortasse foeminei pudoris, tantis proceribus tribuere stultitiam; at fas est opinor, recitare quod scripsit Solomon proverborum cap. 13. Inter superbos semper iurgia sunt, qui deterragunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Sed ne vos longiore moree proeamis, uti singula gerantur ordine, decenter & sine tumultu, primo loco tractandum erit, quae debeant interesse consilio, quae submovenda sint. Nanti inmodica turba, tumultus est verius quam concilium: & paucorum confessus habet quiddam tyrannicum. Haec ego esse nullam recipendam virginem; eo quod incident pericula, quae non deceat illas audire. xv. At quo signo dignoscas virgines? An pro virginibus habebuntur, quaeque coronam gestant? c o r. Non. At nuptas tantum recipendas censeo. xv. Et inter nuptas virgines sunt, quae maritos habent eunuchos. e o. Sed tribuantur hoc honoris coniugio, ut nuptae pro mulieribus ha-

beantur. i v. Alioqui si nō excludim⁹ nisi virgines, erit immensa turba, neq; multum decrefctet numero. c o. Excludentur & plusq̄ ter nuptæ. i v. Quam ob rem/c o. Quoniã illis velut emeritis, debetur missio. Idem cenfeo de septuagesimum annum egressis. Statuẽdum ne qua nominatim de viro suo loquatur petulãtius, in genere fas fit, sed ea moderatione, ne quid nimis. c. Qui minus hic libere de viris liceat dicere, quum ipsi de nobis nusq̄ non loquantur? Meus Titius si quando studet esse conuiuia festiuior, narrat quid mecum noctu egerit, quid dixerim, neq; raro multa solet affingere. c o. Si velimus fateri verum, nostra dignitas pendet à viris: eos si traducimus, quid aliud q̄ nos ipsas dehonestamus? Quanq̄ autẽ habemus nō paucas iustæ querimonię causas, tamen expensa rerum omnium summa, nostra potior est quã illorũ conditio. Illi dum quærunt rem, per omnes terras ac maria volitant, nō sine capitis discrimine: illi si bellum incidat, excitantur buccina, ferrei stãt in acie, dum nos domi sedemus tutæ. Si quid committunt aduersus leges, grauius in illos animaduertitur, nostro sexui parcitur. Denique magna ex parte in nobis situm est, vt commodos habeamus maritos. Restat vt de cõfessus ordine statuãt, ne nobis eueniat, quod frequenter vsu venit regũ, principũ ac pontificum oratoribus, qui in concilijs

E. j.

totos tres menses litigant; anteq̄ possint considerare. Itaq; censeo, primū esse debere nobiliū ordinem, & in his precedentē quę quatuor habent nobilitatis partes: proximę quę tres: deinde quę duas: postremę, quę vnam: postremo, duę dimidiam. Et in singulis ordinib⁹ locus ex antiquitate designabitur. Notthę in suo quoq; ordine extremū tenebunt locum. Alter confessus erit plebeiarum. In hoc primas tenebunt quę copiosiore sobolem enixę sunt. Inter pares, litem dirimet ætas. Tertius erit earum quę nondum pepererunt. c. A. Quò mittis viduas? c. Cōmode mores. Istis locus dabitur in medio matrum, si modo liberos habent, habuerintve. Steriles extremū obtinebūt locum. i. Quem locum designas sacerdotum ac monachorum vxorib⁹? c. A. De his proximo cōfessu deliberabim⁹. i. v. Quid de his, quę corpore faciunt quæstum? c. Non patiemur hūc senatum admixtu taliū inquinari. i. Quid de concubinis? c. Istarum non simplex est genus, de quibus per otium tractabitur. Adijciendum est, quomodo fieri debeat senatusconsultū, punctisne an calculis, an suffragijs vocalibus, an porrectis digitis, an discessione. c. In calculis dolus est, quēadmodum & in punctis: si pedibus eatur in sententiā, quoniam vestes longas gerimus, nimium mouebim⁹ palueris: optimum igitur, uti voce pronuntiet: vnaquęque quod

sentit. C A L. At difficile est numerare voces. Deinde cauendū ne fiat pro cōcilio conuitium. C A. Nihil fiet absq; notarijs, ne quid possit excidere. C A. Ita quidem cōsultum est numero. Sed quibus modis excludes cōuitium? C A. Ne qua loquatur nisi rogata, & suo ordine. Quæ secus fecerit, è senatu mouebitur. Tum si qua quid effutierit eorum quæ hic aguntur, silentio plectetur triduo. Hactenus de ratione tractandi. Nunc accipite quibus de rebus consultandum sit. Primam oportet esse curam dignitatis: ea potissimum sita est in cultu, cuius rei tantus est neglectus, vt hodie vix agnoscas discrimen inter nobilem & plebeiam; inter nuptam & virginem aut viduam; inter matronam & meretricē. Adeo sublatus est pudor, vt quiduis vsurpent quælibet. Videre est plus quam plebeias ac loci planè sordidi, vestiri holosericis, vndulatis, florulentis, virgatis, byssinis, aureis, argenteis, pellibus zebellinis, madauricis, quū interim maritus domi cōsuat calceos. Digitos habent smaragdīs & adamantibus onustos. Nam vniones nunc vulgo fastidiuntur, ne quid querar de succinis & corallijs & crepidis inauratis. Satis erat tenuibus, in honorem sexus cingulis vti sericis, ac simbrias vestium serico lyngo decorare: nunc gemissum est malum, & res familiaris extenuatur, & ordo qui dignitatis est custos,

E.ij.

confunditur. Si pilentis & lecticis elaboratis ac bysso tectis vehuntur plebeiz, quid relictum est nobilibus ac potentibus? Et si vix equiti nupta caudam trahit vlnarum quindecim, quid faciet Ducis aut Comitiss vxor? Atque hæc res hoc est intolerabilior, quod mira temeritate subinde mutamus cultum. Pridem à porrectis à vertice cornibus pendebant linteamina. Hoc ornatu foeminae principes discernebantur à plebeijs. Illæ ne quid conveniret, sumptulerunt pileas, foris ostentatias pelles albas, nigris maculis variegatas. Statim vulgus arripuit. Rursus mutato cultu sumptulerunt flammae nigra bysso. Id foeminarum vulgus non solum aut sum est imitari, verum etiam addiderunt fimbrias aureas, denique & gemmas. Olim nobilium erat, à fronte atque à temporibus reuulsis pilis inverticem capillos cogere. Non diu licuit, mox quælibet æmulatae sunt. Tandem demiserunt crines in frontem, protinus & hoc imitatae sunt plebeiz. Solæ nobiles olim habebant laterones & anteambulones, & ex his unum delicatum qui surrecturae manum porrigeret, qui laevam incedentis brachio dextro fulciret. Nec hoc honoris concedebatur nisi bene nato. Nunc ut passim id faciunt matronæ, ita quoslibet ad hoc officij recipiunt, quæadmodum ad gestandam à tergo caudam. Item olim solæ nobiles salutabant osculo, nec quævis ad osculum recipiebant, imò ne de-

xtrā quidem porrigebant quibuslibet.
 Nunc qui coriū olent, irruunt ad oscu-
 lum foeminæ, quæ scutum habet plene
 nobilitatis. Ne in cōiugijs quidem ha-
 betur vlla dignitatis ratio. Patriciæ nu-
 bunt plebeis, plebeiæ patricijs, ita nas-
 cuntur nobis hybridæ. Nec vlla tā ob-
 scuro loco nata est, quæ metuit adhibe-
 re fucos omnes nobiliū, quū plebeijs
 sufficere deberet, aut flos recentis cer-
 uisias, aut succus recens ab arbore de-
 tracti corticis, aut si quid aliud paruo
 parabile: purpurissam, cerussam, stibiū,
 reliquosq; colores elegantiores oportet
 claris foeminis relinquere. Iā in
 conuiuijs, in publico incessu, q̄ nullus
 ordo ē. Sæpe fit vt negotiatoris vxor
 dedignetur vtroq; parēte nobili cedere.
 Res igitur ipsa iam dudum hortatur,
 vt hisce de rebus aliquid certi sta-
 tuamus. Atq; hæc inter nos facile po-
 terunt transigi, quoniā non nisi ad fo-
 eminum pertinent genus. Est autē &
 quod cum viris agamus, qui nos famo-
 mouent ab omni dignitate, ac tantum
 non pro lotricib⁹ & cocis habent, ipsi
 res omnes pro suo gerunt arbitratu.
 Concedemus igitur illis magistratus
 publicos, ac bellicæ rei curā. Quis hoc
 feret, quod in clypeo semper vxoris in-
 signia leuum habent. latus, etiam si tri-
 bus partibus superet viri nobilitatem.
 Deinde par est, vt in elocandis liberis,
 etiam mater habeat ius suffragij. Et
 fortassis hoc quoque euincemus, vt vis

estim geramus officia publica, dumtaxat quæ intra moenia, & sine armis geri possunt. Hæc est summa rerû de quibus mihi videtur operæpretium consultare. Super his apud se quæq; deliberet, vt de singulis fiant senatuscõsulta, & si cui vestrum aliud quippiam in mentem venerit, cras in medium conferat. Conueniemus enim diebus singulis, donec synodû absoluerimus. Adhibeantur notariæ quatuor, quæ notis excipiant quicquid dicatur. Præterea quæstorie duæ, quæ loquendi potestatem vel faciant vel admittant. Sit hic confessus diuinationis loco.

N E P H A L I V S, P H I L Y P N V S,

Hodie te contentû volebam Philypne, sed negabaris esse domi. **P H I.** Non omnino mentiti sunt: tibi quidem non eram, sed mihi tum eram maxime. **N E.** Quid isthuc ænigmatis est? **P H.** Nosti illud vetus prouerbiû, Non omnib⁹ dormio. Nec te fugit ibi le Nasicæ iocus, cui quum Ennium familiarem inuisere volenti, ancilla iussu heri negasset esse domi, sensit Nasicæ & discessit. Cæterum vbi vicissim Ennius Nasicæ domum ingressus, rogasset puerum num esset intus, Nasicæ de cõclauî clamauit, Nô, inquit, sum domi. Quumque Ennius agnita voce dixisset, Impudens, non te loquentem agnosco! Imò tu, inquit Nasicæ, impu-

dentior, qui mihi ipsi fidem non habereas, quum ego crediderim ancille tuæ. N E. Eras fortassis occupatior. P H I. Imò suauiter ociosus. N E P. Rursum ænigmate torques. P H I. Dicam igitur explanate, nec aliud dicam ficum quàm ficum. N E P. Dic P H I. Altum dormiebam. N E P. Quid ais? Atqui iam præterierat octaua, quum sol hoc mense surgat ante quartam. P H. Per me quidem soli liberum est vel media nocte surgere, modo mihi liceat ad satiætatem vsque dormire. N E P. Verum isthuc vtrum casu accidit, an consuetudo est? P H I. Consuetudo prorsus. N E P. Atqui rei non bonæ, consuetudo pessima est. P H I. Imò nullus est somnus suauior quàm post exortum solem. N E. Qua tandem hora soles lectum relinquere? P H. Inter quartam & nonam. N E. Satis amplum spatiū, vix tot horis comūtuꝝ reginæ. Sed vnde venisti in istam consuetudinem? P. Quia solemus conuiuia, lusus, & iocos in multam proferre noctem, id dispendij, matutino somno pensamus. N E. Vix vnquam vidi hominem te perditius prodigum. P H I. Mihi parsimonia videtur magis quàm profusio. Interim nec candelas absumo, nec vestes detero. N E. Præpostera sanè parsimonia, seruare vitrum vt perdas gemmas. Aliter sapuit ille philosophus, qui rogatus quid esset pretiosissimū, respondit tempus. Porro quum constet diluere.

E. iij.

ealum esse totius diei partem optimā,
 tu quod in re pretiosissima pretiosis-
 simum est, gaudes perdere. P H. An
 hoc perit quod datur corpusculo? N E.
 Imò detrahitur corpusculo, quod tum
 suavissime afficitur, maximèq; vege-
 tatur, quum tempestivo moderatòque
 somno reficitur, & matutina vigilia
 corroboratur. P H. Sed dulce est dor-
 mire. N. Quid esse potest dulce nihil
 sentienti? P H. Hoc ipsum dulce est,
 nihil sentire molestiæ. N E. Atqui isto
 nomine feliciores sunt qui dormiunt
 in sepulchris. Nam dormiēti nōnunq̄
 infomnia molesta sunt. P H. Aiunt eo
 somno maxime saginari corpus. N E.
 Ista glirium sagina est, nō hominum.
 Recte saginantur animalia quæ parā-
 tur epulis, homini quorsum attinet ac-
 cersere obesitatē, nisi ut graviore sarcis-
 na onustus incedat? Dic mihi, si famu-
 lum haberes, utrū obesum malle, an
 vegetū & ad omnia munia habilē? P.
 Atqui non sum famulus. N. Mihi sat
 est quòd ministrū officijs aptum male-
 les, q̄ bene saginatū. P H. Planè male-
 lem. N. At Plato dixit animū homi-
 nis hominem esse, corpus nihil aliud
 esse quàm domicilium aut instrumen-
 tum, Tu certe fateberis, opinor, animū
 esse principalem hominis portionem,
 corpus, animi minister. P H. Esto, si
 vis. N. Quum tibi nolles ministrum
 abdomine tardum, sed agilem malle
 & alacrem, quur animo paras minist-

strum ignavum & obesum p. Vincor
 veris. N. Iam aliud dispedium accipe,
 vt animus longe præstat corpori, ita fa-
 teris opes animi longe præcellere bo-
 nis corporis. p. Probabile dicis. N. Sed
 inter animi bona, primas tenet sapien-
 tia. p. Fateor. N. Ad hanc parandã nulla
 diei pars vtilior q̄ diluculũ, quum sol
 nouus exoriens, vigorem & alacritatẽ
 adfert rebus omnibus, discutitq; nebu-
 las è ventriculo exhalari cõsuetas, quæ
 mentis domicilium solent obnubilare.
 p. Non repugno. N. Nũc mihi supputa
 quantum eruditionis tibi parare possis
 quatuor illis horis quas somno intem-
 pestiuo perdis. p. Profecto multum. N.
 Expertus sum in studijs plus effici vna
 hora matutina, q̄ tribus pomeridianis,
 idq; nullo corporis detrimento. p. Aus-
 diui. N. Deinde illud reputa, si singu-
 lorum dierum iacturam in summã cõ-
 feras, quantus sit futurus cumulus. p.
 Ingens profecto. N. Qui gemmas &
 aurum temere profundit, prodigus ha-
 betur & tutorem accipit: hæc bona tã-
 to pretiosiora qui perdit; nõne mul-
 to turpius prodigus est? p. Sic apparet,
 si rem recta ratione perpendamus. N.
 Iam illud expẽde quod scripsit Plato,
 nihil esse pulchrius, nihil amabilius sa-
 pientia: quæ si corporeis oculis cerni
 posset, incredibiles sui amores excita-
 ret. p. Atqui illa cerni non potest. N. Fa-
 teor corporeis oculis. Verum cernitur
 oculis animi, quæ pars est hominis po-

E.v.

tior . Et vbi amor est incredibilis, ibi summa voluptas adsit oportet, quoties animus cum tali amica cōgreditur. P. Verisimile narras. N. I nunc, & somnū mortis imaginē, cū hac voluptate cōmuta si videtur. P. Verum interim pereunt nocturni lusus. N. E. Bene pereunt quæ peiora melioribus, honesta præclaris, vilissima pretiosissimis permutantur. Bene perdit plumbum, qui illud vertit in aurum. Noctem natura somno tribuit, sol exoriens omne animantium genus, sed præcipue hominem ad vitæ munia reuocat . Qui dormiunt, inquit Paulus, nocte dormiunt, Et qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt . Proinde quid turpius, quàm (quum omnia animantia cum sole expergiscantur, quædam etiam illum nondum apparētem, sed aduentantem cantu salutent, quum elephante solem orientem adoret) hominem diu post solis exortū stertere? Quoties aureus ille splendor illustrat cubiculum tuum, nōne videtur exprobrare dormiēti, Stulte, quid optimam vitæ tuæ partem gaudes perdere? Non in hoc luceo, vt abditi dormiatis, sed vt rebus honestissimis inuigiletis. Nemo lucernam accendit vt dormiat, sed vt aliquid operis agat: & ad hanc lucernam omnium pulcherrimam, nihil aliud quàm stertis? P. Belle declamas. N. Non belle, sed vere. Age, non dubito, quin frequenter audiueris illud Hesiodum, Sera in fundo parsimonia. P. H.

Frequentissime. Nam in dolij medio,
 vinum est optimum. N E P H A. Atqui
 in vita prima pars, nimirum adolescē
 tia est optima. P H I L Y. Profecto sic
 est. N E P H A. At diluculum, hoc est
 diei, quod adolescentia vitæ. An non
 igitur stulte faciant, qui adolescentiam
 nugis, matutinas horas somno perdūt
 P H I L Y. Sic apparet. N E P H A. An
 est vlla possessio quæ cum hominis vi
 ta sit conferenda? P H I L. Ne vniuersa
 quidem Persarum Gaza. N E. An non
 vehementer odisses hominem, qui tibi
 vitam posset ac vellet malis artibus
 ad annos aliquot decurtare? P H I. Illi
 malletm ipse vitam eripere. N. Verum
 peiores ac nocētiores arbitror, qui sibi
 volentes reddunt vitam breuiorem. P.
 Fateor si qui tales reperiātur. N. Repe
 riantur si nō id faciunt omnes tui simi
 les. P. Bona verba. N. Optima. Sic tuo
 cū animo reputa, nōne videtur recte
 sine dixisse Plinius, Vitā esse vigiliā,
 & hoc pluribus horis hominē viuere,
 quō maiore tēporis partē impenderit
 studijs? Somnus enim, mors quædā est.
 Vnde & ab inferis venire fingit, & ab
 Homero mortis germanus dictus est.
 Itaq; quos somnus occupat, nec inter
 viuos, nec inter mortuos cēsentur, sed
 tamē potius inter mortuos. P. Ita videt
 omnino. N. Nūc mihi rationē subducio,
 quātā vitæ portionem sibi rescant
 qui singulis dieb⁹ tres aut quatuor ho
 ras perdunt sumno. P. Video summam
 E. vj.

immensam. N. Nonne pro deo haberes
 Alcumistam, qui posset decem annos
 vitæ summæ adijcere? & prouectiorem
 ætatem ad adolescentiæ vigorem reuo-
 care? P. Quid ni habeam? N. Sed hoc tã
 diuinum beneficium ipse tibi præstare
 potes. P. Qui sic? N. Quia mane, diei est
 adolescentia: vsq; ad meridiem feruet
 iuuentus: mox virilis ætas, cui succedit
 pro senectâ vespera: vesperam excipit
 occasus, velut diei mors. Magnum au-
 tem vectigal parsimonia est, sed nusq̃
 maius quàm hic. An non igitur ingēs
 lucrum sibi adiunxit, qui magnam vi-
 tæ partem, eamque optimam, perdere
 desijt? P. Vera prædicas. N. Proinde vie-
 detur admodum impudens eorum que-
 rimonia, qui naturam accusant, quod
 hominis vitam tam angustis spatijs si-
 nierit, quum ipsi ex eo quod datū est,
 sibi sponte tantum amputent. Satis lō-
 ga est cuiq; vita, si parce dispensetur.
 Nec mediocris profectus est, si quis suo
 quæq; tempore gerat. A prandio, vix
 semihomines sumus, quum corpus ci-
 bis onustum aggruat mētem, nec tur-
 tum est, spiritus ab officina stomachi
 concoctionis officium peragētes, ad su-
 periora euocare: à cœna multo minus.
 At matutinis horis, homo totus est ho-
 mo, dum habile est ad omne ministe-
 rium corpus, dū alacer viget animus,
 dum omnia mentis organa tranquilla
 sunt ac serena: dum auræ diuinæ, vt ait
 ille, particula spirat, ac sapit originem

suam, & rapitur ad honesta. P. Eleganter tu quidem concionaris. N. E. Apud Homerū audit Agamemnon opinor, *ὅυ χρέ πικνύχιον εὐδεν βαλκόνιον ἀνδρα.* Quanto turpius est tantam diei partē somno perdere? P. Verū, sed *βαλκόνιον.* Ego non sum dux exercitus. N. Si quid aliud tibi charius est, quā ipse tibi, ne quid te moueat Homeri sententia. Faber ærarius ob vile lucellum surgit ante lucem: & nos amor sapientiæ nō potest expergefacerē, vt saltem solem ad lucrum inæstimabile euocantem audiamus? Medici non ferē dant pharmacum nisi diluculo. Illi norunt horas aureas vt subueniant corpori, nos eas nō nouimus vt locupletemus ac sanemus animum? Quōd si hæc leue pondus habent apud te, audi quid apud Solomonē loquatur cęlestis illa sapientia, Qui mane, inquit, vigilauerint ad me, inuenient me. Iam in mysticis psalmis, quāta matutini temporis commendatio? Mane propheta extollit domini misericordiam, mane exauditur vox eius, mane illius deprecatio præuenit dominum. Et apud Lucam euangelistam, populus sanitatem ac doctrinam expectens à domino, mane ad illum cōfluit. Quid suspiras Philypne? P. Vix lachrymas teneo, quum subit quantam vitæ iacturam fecerim. N. E. P. H. A. L. I. V. S. Superuacaneum est ob ea discruciarī, quæ non reuocari, sed tamen posterioribus curis sarciri possunt. Huc igitur

incumbe potius, quàm in præteritorum
 inani deploratione, futuri quoq; tem-
 poris iacturam facias. P. Bene mones,
 sed me iam sui iuris fecit diutina con-
 suetudo. N. Phy, Clauus clauo pellitur,
 consuetudo consuetudine vincitur. P.
 At durum est ea relinquere, quibus diu
 assueueris. N. Initio quidem, sed eam
 molestiam diuersa cõsuetudo primum
 lenit, mox vertit in summam volupta-
 tem, vt te breuis molestiæ non oport-
 teat pœnitere. P. Vereor vt succedat. N.
 Si septuagenarius esses, non retraherẽ
 te à solitis: nunc vix decimumseptimũ
 opinor annum egressus es. Quid autẽ
 est, quod ista ætas non possit vincere, si
 modo adsit promptus animus? P. Equi-
 dem aggrediar, conaborq; vt ex Phily-
 pno siã philologus. N. Id si feceris mi-
 Philypne, sat scio post paucos dies, &
 tibi serio gratulaberis, & mihi gratias
 ages qui monuerim.

ΝΗΦΑΛΙΟΝ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ.

ALBERTVS, BARTHOLI-
 nus, Carolus, Dioysius, Æmylius,
 Frãcisus, Gyrardus, Hierony-
 mus, Iacobus, Laurentius.

Vidistine vnquam hoc horto quic-
 quam amœnius? B. Vix opinor in
 insulis fortunatis esse quicquam iucun-
 dius. C. Planẽ mihi videor videre para-
 disum, cui custodem cultoremq; deus
 præfecerat Adã. D. Hic vel Nestor vel
 Priamus posset repubescere. F. Imò vel

mortuus reuiuiscere. G. Adderem lus
 bens, si quid possem, tuæ hyperbolæ. H.
 Profecto miris modis arridēt omnia.
 I. Oportet hūc hortum aliqua compo
 tatiūcula dedicare. L. Recte monet nos
 ter Iacobus. A. Talibus mysterijs iam
 olim initiatus est hic locus. Verum sci
 to nihil hic esse vnde nobis merēdam
 exhibeam, nisi placet *ἄοιλος* compota
 tio: lactucas apponā absque sale, aceto
 & oleo, vini guttula non est, nisi quod
 gignit hic puteus. Ne panis quidem
 adest aut poculum, & ea est anni pars,
 quæ magis pascit oculos, quàm ven
 trem. B. Sed habes tabulas lusorias, ha
 bes sphaeras: lusu dicabimus hortū, si
 minus licet conuiuio. A. Quoniā tam
 belli homunculi conuenimus, habeo
 quiddam quod vel lulum vel conuiuū
 possis dicere, mea sententia, multo di
 gnus ad hunc hortum initiandum. C.
 Quodnam? A. Suum quisq; symbolum
 conferat, nō deerit lautum nec minus
 suaue cōuiuium. AE. Quid adferemus,
 qui vacui huc venerimus? A. Vacui, qui
 tantum opum circūferatis in pectore?
 F. Expectamus quid velis. A. Proferat
 in medium quod quisq; per hanc heb
 domadam legit elegantissimum. G. Y.
 Recte mones, nihil vel huiusmodi cō
 uiuijs, vel te conuiuatore, vel hoc loco
 dignus. Te huius cōsiliij ducem seque
 mur omnes. A. L. Nihil recusō, si vobis
 ita videtur. Hodie vehemēter delecta
 uit animum meū in homine nō Chri

Stiano tam Christiana sententia. Phocion enim, quo vix alius apud Athenienses fuit vir sanctior, publicæq; utilitatis studiosior, quàm per invidiã damnatus, esset bibiturus cicutam, rogatus ab amicis, quid vellet etiamnum mandari filiis suis, Ne huius, inquit, iniurię velint vnquam meminisse. b. Tam insignis patiētię exemplum, vix hodie reperias inter Dominicanos & Frãscanos. Itaq; simile referã, quando par nõ possum. Aristides Phocioni simillimus erat, moribus incorruptissimis, adeo vt vulgus illi iusti tribueret cognomen. Ob huius cognominis invidiã, vir optime de republica meritis, ostracismo populi iussus est vertere solum. Quum intellexisset populum nõ alia re offensum, q̃ iusti cognomẽto, quum alioqui rē semper expertus esset sibi salutarẽ, paruit æquo animo. In exilio rogatus ab amicis, quid precareť ingratiſſimæ civitati, Nihil aliud, inquit, nisi tãtam rerum prosperitatem, vt illis nunq̃ in mentem veniat Aristides. c. Mirum si Christianos nõ pudet sui, ad quos leuẽ iniuriã excandescentes, ac vindiã per fas nefasq; moliētes. Tota Socratis vita nihil aliud mihi videtur, q̃ temperantię ac tolerantię exemplum. Sed ne planẽ sim a symbolos, vnum referam, quod mihi præ cæteris arrisit. Eunti publicã via, improbus quispiam colaphum impegit. Quũ id tacitus ferret Socrates, amici quidã hortati sunt ad

ultionem. At ille, quid percussori factum inquit? Voca, inquit, in ius. R. R. ridiculum inquit, si me asinus calcibus percussisset, num vobis auctoribus, asinum in ius traham? significans improbum scurrain nihilo potiolem asino, & infimi animi esse non posse ferre contumeliam ab homine vecordi, quam ferres ab animali bruto. D. Pauciora sunt in Romanis annalibus exempla moderationis, nec ea perinde insignia. Neque enim opinor magnam habere laudem tolerantiae, si quis parcat deuictis, & debellet superbos. Non arbitror tamen indignum memoratu, quod Cato senior, quum Lentulus quidam in os illi sputum & oris purulentiam iniecisset, nihil aliud responderit, quam, posthac habeo quod illis respondeam, qui negant tibi esse os. Os autem Latinis habere negantur, quos nihil pudet. Itaque iocus est ex ambiguo. AE. Alijs arrident alia, mihi inter Diogenis dicta, praecleara quidem omnia, nihil magis adblatiditur quam quod roganti cuidam quo pacto maxime posset vlcisci inimicum, Si te ipsum, inquit, quammaxime probum & honestum virum praestiteris. F. Demiror quis Deus illis tales cogitationes miserit in mentem. Videtur autem & Aristotelis dictum valde consentaneum Paulino dogmati, qui rogatus a quodam, quid fructus sua illi philosophia attulisset, vt mea, inquit, sponte ea faciam, quae plerique legum metu

coacti faciunt. Docet enim Paulus, eos quos affluit Christiana charitas, non esse legi obnoxios, eò quòd plus præstant suapte sponte, quàm lex metu potest possit extorquere. **F R A N. C H R I S T Y S** Iudæis obmurmurâtibus quòd cum publicanis & peccatoribus haberet etiam mensæ familiaritatem, respòdit, non esse opus medico ijs qui recte valerent, sed qui minus prospera essent valetudine. Non abhorret hinc quòd apud Plutarchum dixit Phocyon, qui quum reprehenderetur, quòd homini illaudato, improbòque patrociniatus esset in iudicio, non minus festiuit, quàm clementer, Quid ni, inquit, quãdo nemo probus indiget tali patrociniò? **G Y R A R D**. Et istud Christianæ bonitatis exemplum est, ad exemplum æterni patris & probis, & improbis quantum licet benefacere, qui solem suum oriri iubet, non solum pijs, sed etiam impijs: verum admirabilius forsitan erit in rege moderationis exemplum, cum Demochares Demosthenis nepos, Atheniensium nomine legatione fungeretur apud Philippum Macedonum regem, & impetratis quæ volebat, à rege dimitteretur, humaniter interrogante, si quid præterea vellet, ut teipsum suspendas, inquit Demochares. Vox impotens odium arguebat, & rex erat, & bene meritus in quem faciebatur conuitium, nec tamen incanduit, tantùm ad collegas conuersus, Vos,

inquit, hæc renuntiate poulo Atheniensi, quò re cognita iudicet, vtrum nostrum existimet præstantiorem, me qui hæc patienter audierim, an istum qui hæc dixit? Vbi nunc sunt orbis monarchæ, qui se dijs pares putant, & ob verbum inter potula dictum atrociam bella concitant? **H I E R O N Y M U S.** Magnos impetus habet gloriæ sitis, multosque trāsuerfos agit hic affectus. Ex eorum numero quidam Socratem interrogabat qua via posset sibi compendio honestissimam comparare famam, Si talem, inquit, præstiteris teipsum qualis haberi vis. **I A C O B U S.** Profecto non video quid dici possit vel breuius, vel absolutius. Fama non est affectanda, sed ea virtutem vltro comitatur, quemadmodum improbitatem infamia. Vos admiramini viros, mihi puella Lacena placuit, quæ quum in auctione venderetur, licitator quidam edijt illam, Quid, inquit, num proba futura es, si te mercatus fuero? Etiam, inquit illa, si tu non fueris mercatus, indicans sese non in cuiusquã gratiam improbitatem seruare, sed suo opte ingenio virtutem ipsius gratia sectari, quòd virtus ipsa sui pretium est. **L A.** Masculam sanè vocem ædidi puella. Cæterum insigne mihi videtur exēplum aduersus fortunam quãlibet blandientem constantiæ, quòd quum Philippo Macedonum regi, tres eximie felicitates eodem die nuntiarentur, quòd in

Olympijs vicisset, quòd Dux exercitus
 Parmenion praelio superasset Darda-
 nos, quòd vxor Olympias ipsi filium
 esset enixa: sublatis in cælum manibus
 precatus est, vt Deus tantam prosperi-
 tatem pateretur leui quopiam infortu-
 nio expiari. A. L. Hodie nulla est tanta
 prosperitas, cuius inuidiã nãtuet quis-
 quam, sed perinde iactant si quid suc-
 cesserit, quasi vel mortua, vel furda es-
 set Nemesis. Hæc merëda si vobis pla-
 cet, hic hortulus eam vobis quoties vo-
 lueritis exhibebit, quem hoc colloquio
 non minus iucundo quàm frugifero di-
 castis. B. Profecto nec Apitius potuis-
 set discum suauioreni apponere. Qua-
 re nos expectabis frequenter, modo bo-
 ni consulas quod nunc attulimus: non
 que digna erant tuis auribus, sed que
 non prameditatis venerunt in mentē.
 Meditati, lautiora proferemus. A. L. B.
 Hoc eritis gratiores.

ARS NOTORIA.

DESIDERIVS, ERASMIVS.

QVomodo succedūt tua studia Er-
 rasmi? B. R. Musis, vt apparet,
 parum fauentibus: sed felicius succede-
 rent, si quiddam abs te queam impe-
 trare. D. B. Nihil non impetrabis, mo-
 do sit in rem tuam. Dic tantum quid
 rei sit. B. R. Non dubito quin nihil sit
 artium reconditarum quod te fugiat.
 D. B. Vtinam vera prædices. B. R. AV

dio artem esse quãdam notoriam, quæ
 hoc præstet, vt homo minimo negotio
 perdiscat omnes disciplinas liberales.
 D E S. Quid audio? Vidisti codicem?
 E R. Vidi, sed vidi tantum, quod non
 esset doctoris copia. D E. Quid continebat
 liber? E R. Varias animantium
 formas, draconum, leonum, leopardorum,
 variõsq; circulos, & in his descri-
 ptas voces partim Græcas, partim La-
 tinas, partim Hebraicas, aliãsq; bar-
 baricarum linguarum. D E. Intra quot
 dies pollicebatur titulus disciplinarũ
 cognitionẽ? E R. Intra quatuordecim.
 D E S. Magnifica sanè pollicitatio, sed
 nostine quenquã per istam artẽ noto-
 riam euasisse doctum? E R. Nequaquã.
 D E. Neque quisquam alius vidit vn-
 quam aut visurus est, nisi posteaquã
 viderimus aliquem per Alcumisticam
 euasisse diuitem. E. Equidem optarim
 artem esse veram. D E. Fortasse quod
 pigeat literas tantis sudoribus emere.
 E R. Scilicet. D E. Atqui sic visum est
 superis, Opes istas vulgares, aurũ, gem-
 mas, argentum, palatia, regnum non
 nunquam largiuntur ignauis & imme-
 rentibus: sed quæ veræ sunt opes, ac
 proprie nostræ sunt, voluerunt parari
 laborib⁹. Nec oportet nobis videri mo-
 lestum laborẽ, quo res tanta paratur,
 quũ cernamus plurimos homines, per
 horrenda discrimina, per non æstiman-
 dos sudores eluctari ad res & tempo-
 rarias & planè viles, si ad eruditionem

conferatur, nec tamen semper allequatur quod ambiunt. Et habent studiorum labores multum admixtum melis, si paululum in ea processeris. Iam in te bona ex parte situm est, ut magnam tædiorum partem amputes. **E R A S.** Quonam pacto? **D E S I D.** Primum, ut animum inducas amare studia. Deinde ut ea mireris. **E R A S.** Quibus rationibus hoc fiet? **D E S I D.** Contemplare quam multos ditaverint; quam multos ad summam dignitatem authoritatemque prouexerint literæ. Simulque tecum considera, quantum intersit inter hominem & pecudem. **E R A S.** Probe mones. **D E S I D E.** Deinde cicures ingenium tuum oportet, ut possit secum consistere, atque his delectari, quæ utilitatem adferunt potius quam voluptatem. Nam quæ per se sunt honesta, etiam si initio nonnihil habent molestiæ, tamen assuetudine dulcescunt: ita fiet, ut & minus fatiges præceptorem, & ipsa facilius percipias, iuxta dictum Isocraticum, aureis literis in frontispicio codicis tui pingendum, *Εἰς τὴν φιλομαθίαν, ἵση πολυμαθίαν.* **E R A S M I.** Sapientis adest celeritatis in percipiendo, sed mox effluit quod perceptum est. **D E S I D E.** Itaque pertusum mihi narras dolium. **E R A S.** Haud multum aberas à scopo. Sed quid remedij? **D E S I D E.** Obturanda est rima ne perfluat. **E R A S M.** Quibus rebus? **D E S I D.** Non musco, neque gypso, sed diligenter

tia. Qui voces ediscit nō intellecta sen-
 tentia, mox obliuiscitur: nam verba, vt
 inquit Homerus, *ἄφροντα* sunt, faciles
 que auolant, nisi sententiarum ponde-
 re librentur. Prima igitur cura sit, vt
 rem penitus intelligas, diu subinde tes-
 cum verses ac repetas, & in hoc cicur-
 randus est, vt dictū est, animus, vt quo-
 ties opus est, cogitationi possit insister-
 re. Nam si cui mens est adeo syluestris,
 vt in hoc cicurari nō possit, haud qua-
 quam est idonea literis. **ERATOSTRATUS.** Istuc
 quā sit difficile, plus satis intelligo.
D. Quisquis enim habet animū adeo
 volubilē, vt nulli cogitationi possit im-
 morari, nec diu potest audire loquens
 tem, nec infigere memoriæ quod didi-
 cit plūbo potest aliquid imprimi, quod
 maneat in loco: aquæ aut argento vis-
 uo, quoniam assidue fluitat, nihil po-
 test imprimi. Quod si possis in hoc in-
 genium tuum mansuefacere, quum as-
 sidue verferis inter eruditos, quorum
 cōfabulationes quotidie tā multa pro-
 ferunt digna cognitu, minimo labore
 disces quamplurima. **ERATOSTRATUS.** Profecto
 sic est. **D.** Nam præter sermones con-
 uiuiorū, præter quotidiana colloquia,
 statim à prædio audis octo lepidissima
 dicta, ex probatissimis authoribus se-
 lecta, Totidem à coena. Iam mihi sup-
 puta quantam hæc summam conficiāt
 in singulos menses & annos. **ERATOSTRATUS.** Ma-
 gnificam, si possim meminisse **D.** **ERATOSTRATUS.**
D. Ad hæc quū nihil audias nisi bene

ARS NOTORIA

Latine loquentes, quid obstat, quo minus intra paucos menses ediscas Latine, quum illiterati pueri, Gallicam aut Hispanicam linguam discant exiguo temporis spatio? **ERAS.** Sequar tuum

consilium, experiarque num possit hoc ingenium Musarum iugo mansuescere. **D.**

Ego aliam artem
notoriam

non

novi, quam curam, et
morem, & assiduitatem.

..

F I N I S.

ALIQVOT LOCA IN COLLO
quijs explicata breuissimis scholijs,
in quibus lector non admodum pe-
ritus herere poterat.

FoP. 9. Tota planstra, ita Græci, *πλαστρά*
ἀμύξας.

Ibidē. Teruntius, quē Plinius Triflicē
vocat. *teruntius* est, in vilitatis pro-
uerbiū versus. est quarta pars assis.

Ibid. In zona, Illic milites gestabant
pecuniam.

Ibid. Euangeliū, iocus est ex ambiguo.
Nā euangeliū dicitur munus, quod
datur rem lætam nuntianti.

Ibid. Mihi saxorum. Nā Aëtites lapide
dis genus ab aquila nomen habens,
vide Plinium lib. 37. cap. 21.

Ibid. Stipulabor, Stipulatus qui pro-
missum accipit. Nā paciscitur & qui
promittit, & cui promittitur.

10. Ringor, id est, discrutior animo.

Ibid. An capus eram? Iocus est ex am-
bigua voce, gallus.

Ibid. Metamorphosis, transformatio.

Ibid. Bona carmina, Allusit ad hoc quod
vulgus Gallorum perperam pronun-
tiat accentus.

Ibid. Nuper ancillæ tuæ, Allusum est
ad id, quod Cicero refert de Ennio
& Nasica.

12. Plagium, furti genus, vnde plagia-
rij dicuntur, qui abducunt aliena man-
cipia, aut liberos etiam.

Ibid. *θιομαχίης*, id est, cū deo pugnare,

μονομαχίῃ cū monachis pugnare.

Allusū est autē ad vocē μονομαχίῃ, qđ est singulari certamine cōgredi.

Ibid. Suo regi pulchra est regina, vide prouerbū, Suū cuiq; pulchrum.

14. Rhamnusiæ, fortunæ cognomentū est à loco, quemadmodum dicimus Paphiam & Cypridem. Litat autē non quisquis sacrificat, sed cuius sacrum deo placuit.

Ibid. Volasse noctuam, vide prouerbū Noctua volauit.

15. Diario. Diariū codicilli siue cōmē tarioli rerū actarū in singulos dies.

Ibid. Non à profundis manibus, Allusit ad primum Euripidis tragediar, cui titulus Hecuba. Vbi sic loquitur Polydorus. Adsum profectus ē profundis manibus, id est, ab inferis.

16. Nudior leberide, vide Chiliades.

Ibid. Meminisse laborū, vide prouerbium, Acti labores.

Ibid. Sicalis gerris, vide Chiliades.

Ibid. Quę Pallas, Allusit ad Homerū, qui sepe Palladem facit huic aut illi suggerentē, quid facto sit opus.

17. Corycæis, id est, obseruatoribus, vide prouerbium.

18. Taurū aliū, id est, adulterū. Horat.

Querenti taurū monstrauit inertē.

Vlysem sic appellat, maritū qui nimis diu absuit. Nam Vlysem redemptem nullus agnouit præter canem.

Ibid. Lamie, maleficæ mulieres, quę oculos habēt quū foris sunt, quibus

- perspiciūt omnia, domi cœcutiunt.
Ibid. Harpagones, instrumenta quib⁹
 iniectis attrahunt nauem, commisso
 furi bellum.
Ibid. Delia, venandi dea.
Ibid. Lupus hians, vide Chiliades, &
 allusum est ad nomē Pāphag⁹, quod
 Græcis sonat, omnia comedentem.
 19. Ringi quàm ridere. Ringitur iras
 tus, nō ridet. Rictus igitur, est didu
 ctio labiorum, sed præ dolore, cum
 risus sit ex gaudio.
Ibid. Stet in capite, prouerbiū est in
 eos qui diuersum sentiūt ab ijs quæ
 dicūt, id est, præpostere stet pileū.
 20. Thrasymachus, id est, audax in pug
 na, nomē aptū militi. Vulcan⁹ fin
 gitur claudus, Mercurius alatus.
Ibi. Mannib⁹, pecuniaè spolijs collecta
Ibid. Zonam inanē, vide prouerbiū,
 Zonam perdidit.
Ibid. Solent Encomio laudari qui fore
 stiter se gessissent in bello.
Ibid. Nihil sacrū, Allusum est ad pro
 uerbiū *δυσίμνητον*, tametsi deflexit
 in alium sensum.
 21. Suggestus ille, opinor vtrunq; di
 ci, sed suggestum reperi apud Cice.
 & suggesto.
 27. Appetit vespera, pro instat, quoti
 es est verbum neutrale.
 27. Monomachia, singulare certamen.
 28. Sum raucus. Allusit ad gallos gal
 linaceos, quib⁹ natura adest vox rau
 ca, qui proprie dicuntur cœcylare,
 F. ij.

vnde & Galli vulgo vocāt gallū coq.
Ibid. Colluto, ita Persius, Guttur mo-
bile colluerit. Solet enī medicamētis
vox fieri mollior, quod hic fit vino.

Ibid. Sphæristeriū, locus in quo sphæ-
ris luditur. Habent autem quæque,
peculiares suas leges.

29. Doctior est nebulo, philosophus
quidam apud Laërtiū videns quen-
dam lasciuā saltatione gestietē, quo
melius, inquit, feceris, hoc deterius
facies. In re mala, quo melior es ar-
tífex, hoc vir es peior.

Ibid. Vētris saburra. Saburra on^o na-
uis, quo libratur aduersus fluct^o, &
Plaut^o Saburratas appellat saturas.

Ibid. Empusē. Spectrū est apud Aristo-
phanem, quod apparet vnica tibia,
vnde & Græci nomen dedere.

Ibi. Stadiū, aliās certa magnitudo est,
aliās locus in quo curritur.

Ibid. Amphibion, Amphibia dicuntur,
quæ simul & in aqua viuūt & in ter-
ra, vt Crocodil^o, anates, & similia.

Ibid. Suberi, Græce φιλλοσ, corticis ge-
nus semp flauitans. vnde qui discūt
natate, subiiciūt pectori. Horatius
Nabis sine cortice.

38. Orbilium literatorē, Horatius pla-
gōsum appellat.

40. Identidē, id est subinde. allusit ad
prouerbū, τὸν ὑπερδὸν ὑπερδὸν ὑπερδὸν.
Persius. Nec scōbros metuētia car-
mina, nec thus.

44. Mēoriā hic p dea posuit mēorie.

47. Afoti, populus luxu perditus, ex re nomē habens. Græcis enim afot⁹ dicitur intēperās, parūmq; sobrius.

48. Vtroq; iuxta, iuxta aduerbium, sonat æque.

Ibid. Catius inducitur apud Horatiū Cœnaticæ philosophiæ ad vnguem doctus.

51. Stoa, porticus Athenis, vade dicti Stoici.

Ibid. Monogrammi, dicuntur homines prætenues ac pusilli, à picturis in quibus vnica linea notantur hominūculi, velut procul apparentes.

54. Æsopos & Apitios. Æsopi & Apitij luxus multorum literis nobilitatus est. festiuiter autem mutato numero, luxuriosos vocat Æsopos & Apitios: quemadmodum effœminatōs dicimus Sardanapalos.

Ibid. Murena, Scarus, Accipēser, pisces sunt olim charissimi & in delicijs diuitum habiti.

Ibid. Βασιλία, est ingens fames. ἄμιβς enī fames, & Βου syllaba auget, quasi totos boues esuriant aliquis.

55. Nomothetæ, id est, legis authoris, νομοθετης.

Ibid. ἰχθυοφαγος, id est, qui vescit piscibus. Est popul⁹ inde nomē habens.

Ibid. Epialus, febris genus vehemens, omnis causa sic dicta Epialus, quasi placide afficiens, quemadmodum furie dicuntur Eumenides, quū nulli bene velint.

56. Sorbus, pomii genus acerbitate cōstringens fauces, vt quaedam occidunt etiam.
57. *ἢ πίθι, ἢ ἔπιθι*, i. aut bibe aut abi.
65. Eusebius, pius. Timotheus, charus deo, vel charum habens deū. Theophilus, amās dei. Chryfoglottus, auream habens linguam. Vranius, celestis. Eulalius, bene loquens.
66. Cors cortis, spatium circū villā septū, vnde cortis aues, & inde militū cohors, quod ex agris legi soleant. Ibid. Umbra, nō ipse vocatus, sed quē adducit comitem vocatus.
67. Non vident me, id est, non intelligo. Nolunt enim videre, quem non agnoscunt.
- Ibid. Lampadē tradere, est alteri tradere negotiū, vide proverbium.
68. Hunc gratis, lege, hinc gratis. Ibid. Abstine sus. Suibus amaricinum vnguentum ex amaraco factum, venenum est.
69. *Σαφής*, id est, prudens esto, non omnibus volo, vide proverbium de noctua Atheniensium.
- Ibid. Trochilus auicula, natura aquilis infensa.
70. *Ἐὐρίδαος ἔρι ἀντιρροῖ* id est, reperit deus nocentem.
71. *Ἀρᾶρ ἀροβμικί*, id est, captās capior.
72. Theodidactus, diuinitus doctus. Nephalus, sobrius. Sophronius, temperatus.
73. Betas, Allusit ad illud Martialis,

Vt sapiat fatuę fabrorū prādia betę.
O q̄ sepe petet vina pipēq; coqu⁹.

74. Hac ouatione. Supplicatio, & ouatio sunt infra triumphum, allusum est autem ad oua apposita.

75. Catastrophe, prima pars comędię dicitur Protasis, secūda Epitasis, ī qua tumultus est vehemētissim⁹, tertia Catastrophe, quę cōponit tumultū.

Ibid. Muta persona in fabulis quę ostēditur quidē, sed nō loquitur, Hora. Nec muta loqui persona labore.

Vide prouerbiū καφάρη πρὸς σαωτηρ.

Ibi. Διθεωμις, id est, diuinit⁹ afflat⁹.

77. Ob religionē diei. Religio proprie est eorū quę reueremur, veluti sepulchrorū, cui proxima est superstitio. Religio enī immodica superstio est. Alludit ad locū Pauli Coloss. 2.

Ibid. Sybariticum, lege in Chiliadib⁹ prouerbiū, Sybaritica mensa.

Ibid. ἐν οἴνῳ ἀλλοθῆαι, id est, In vino veritas.

80. κήρυκτον κομῆ, id est, Cygnea cātio, vide Chiliades.

Ibid. Ad carceres, id est ad initiū. Carcer enī dicitur, vnde equi dimittūtur ad cursum.

84. Cœnatio, locus est vbi cœnatur, Luculli Romani magnificētia multorum literis celebrata est.

89. Xenia, munuscula quę dantur hospitib⁹ aut amicis: apophoreta, quę dantur in fine cōuiuorū, auferenda si cui videatur.

Ibid. Π ολυγράφος q̄ multa scribit, quas
 is fuit Chryſippus ac Didymus.

90. Φιλίππης, amator Græcitat̄is.

Ibi. Cleopatra, lege vitā illi⁹ apud Plu
 tarchū, & Plinij cap. 13, libri noni.

93. Sibyllę foliū. Sibylla Cumana scri
 bebat oracula in folijs. Iuuenal.

Credite me vobis, foliū recitare: Si
 byllę, id est rē certissimā. Quod ge
 nus & illud, E tripode dictū puta.

94. Oletū, est sterco humanū. Sansu
 cinū, vnguentū idem cūm Amaricio
 no. Foliatum vnguēti gen⁹, de quo
 Iuvena. Moechis foliata parantur.

95. Lararium, locus vbi reponūtur dij
 penates, hoc est, domestici. Et apud
 veteres selecti dij dicebantur præci
 pui, ij fuerant numero pauci.

97. Valebo, sed nō coquus. Quū can
 didatus quidā, qui coci filius habe
 batur, corā Cicerone ab alio quopiā
 suffragiū peteret, Cicero cavillans,
 Ego quoque, iquit, tibi fauebo. Ioc⁹
 autē est in dictione æbfgua quoque
 & coce, quod ad pronūtiatiōē atti
 net. Vnde liquet olim aliū fuisse so
 num harū literarū q̄ & c quān nūc
 est. Qui si fuisset diuersus, non erat
 iocus ex voce plura significāte. Nūc
 litera c, aliud sonat præcedēs a, o, u,
 q̄ e, i, y, quod idē sit in Græcis, quū
 eius varietatis nulli vetusti grāma
 tici meminerint, quod equidē sciā.
 Et Fabi⁹ in priō libro putat, q̄ & k
 redūdare: nō redundarent autem, si

- quid aliud sonarent q̄ c, nisi quodd e
 eponitur aspiratio,quam reijciūt q
 & k. Cæterum u, adiunctū q, euane
 scit. alioqui cotidie & quotidie non
 solum differrēt scriptura, verū etiam
 sono, quod secus esse licet ex Fabij
 verbis colligere cap. de orthogra
 phia. Porro iocus Ciceronis ad quē
 hic alluditur, refertur apud Quinti
 lianum libro sexto, capite, De risu.
 98. Athenis, Areopagitæ iudicabāt de
 capitalibus, vnde ridicule deflectit
 vocem, apud grammaticos. Amphio
 ctyon cōciliū erat, quod apud Ther
 mopylas cogi solebat, ad quod duo
 decim populi conueniebāt, sub Am
 phiçtyone Deucalionis filio, Iones,
 Dores, Peræbi, Bœoti, Magnetes,
 Achei, Φθίαι, Molienses, Dolopes,
 Ænianses, Delphi, Phocenses. Sic &
 Dialecticorum variæ sunt sectæ.
 99. Panace, herba quæ medetur omni
 bus morbis, vnde & nomen habet.
 Ibid. Fulmen, est telum Iouis: tridens,
 Neptuni: hasta, Palladis.
 100. Nemesis, dea vindex insolentiæ.
 Ibid. Si calceum. Alludit ad dictū Pau
 li Æmilij, repudiata vxore.
 Ibid. Iacere aleam, facere periculum.
 101. Mali ominis, id est, si recuset.
 Ibid. Epiphonema, quod in fine accla
 matur. Facile est dicere, volo, volo,
 sed his duobus verbis. contrahitur,
 indissolubile vinculum.
 102. Abstemiij, qui nō bibūt vinū, quasi

dicas absq; temeto.

103. Qui sunt isti, iocatur in hoc quod
ridicule dixerat iuuenis, quū qui nō
sunt, nec futuri sunt, plus aut minus
felices dici non possint.

104. Tua messis in herba est, ait Ouidi-
us, à segete ductum, quę primū her-
bescit, deinde fert aristas, tandem fla-
uescit ad messem.

Ibid. Nihilne tui . Ambigue dictum.
Nā si sit genitius à tu, petit oscu-
lū: si à tuū, petit aliud. At illa secus
interpretatur q̄ ille sēferat. Ouidius,
Vlterius nil habet ille mei.

Ibid. Pastillus, est spherula ex odori-
bus cōfecta, quam manibus circums-
ferunt. Horatius,
Pastillos Rufillus olet, Gorgonius
hircum.

Ibid. Tuto depones. Deponit magistra-
tum, qui se abdicat magistratu: depo-
nit pignus qui certat, & deponit, qui
rem suam seruandam, tradit alienę
fidei. Sic Horat.

Quicquid habes age, depone tutis
auribus.

105. In sinum, id est, secreto committe
tacituro.

Ibid. Pro thesauro, quum aliud inue-
nitur, quā expectabatur.

106. Chrysercium, fictitium nomē est,
videtur innuere collegium, quod est
Gaudē, iuxta claustrum quo naues
excluduntur aut admittuntur.

107. Elogiū, titul⁹ meriti qui solet ad

- di in legatis aut in munere. Ego scribēdū arbitror ellogiū ab imputādo, quanquam reclamātibus codicibus.
- Ibid. Sapphus, genitiuus est Græcus, sicut *Ἰσθῆς*. Huius ingeniū mire prædicatur, sed mores infamātur, quod fuerit *ὑπισῆς*, id enī teste significatū est.
108. In paucis regionibus. Nescit seruitutē nobilis illa merito dicta Frācia. In Vuesphalia, & in nōnullis Germaniæ partibus, adhuc est seruorum genus. Venetiæ venduntur Mauri & Mauræ non aliter quām boues.
109. Nubas alijs. Hoc dicit propter collegia virginum, quæ non viuunt iuxta regulam, in quibus nonnunquā, proh dolor, vna nubit multis.
- Ibid. Belnēsis, Belna oppidū in ducatu Borgondiæ, vnde vīna laudatissima.
110. Eubulum, id est qui bene cōsulit, sicut bene, *βελῶν* consiliū.
- XII. Crasso monacho. Hoc dicit auersus, & fingit tussim.
- Ibid. Comessatores. Comos, deus est luxus. Inde *κωμῆσαι* & Latine comesari, quod est genialiter & cū luxu viuere. Nō enim dicitur à comedēdo.
- Ibid. Icta sapiam. vide prouerbiū, Piscator, ictus sapit, vbi quis suo malo doctus sapit.
112. Fungo. Fungos appellamus homines stultos ac nihili.
- Ibid. St, interiectio est innuēs silētiū, sic enim docti legendū cēsent illud ex Phormione Terētij, Nō es obse

cro quem semper te esse dictitasti?

Chr. St. Soph. Quid has metuis fores? Quo loco, p St, deprauatū est, est.
113. Quæ si vsquam. Allasit ad versiculum prouerbialem,

Mores amici noueris, non oderis.

Ibid. Antequam alter alteri. Hoc Plutarchus in præceptis connubialibus.

Ibid. Voces, Ad vocem hominis, equi redduntur mitiores. Popismā, sonitus est, propemodum imitans ventris crepitum, qui fit ore aut manibus apte complosis non sine humore. Author Plinio, fulgetras adorare popismate, gentiū olim consensus erat, vnde est illud Aristophanis,
Ἦρός τὰς ἐπὶ τὰς ἀποπερδ' ἄρ.
De palpo Horatius, Cui male si palpare, recalcitrat. Palpari autem, est vola leuiter percutere tergum equi ferocientis.

114. Istuc ibā, id est, hoc eram dicturus. Terentij verba sunt.

Ibid. Refrigerata, id est, vbi refrixit, siue deferbuit. Ita Fabius, refrigerato inuentionis amore. Sic & recanduis se dicitur ira.

Ibid. Cōsuetere, id est, quasi clausis oculis dissimulare te videre quod vides.

115. Redderet. Reddit qui soluit, reddit & discipulus, quum recitat audita. Nam qui docet aut dicit, quasi credit mutuum.

Ibid. Semel, nō refertur ad bis, sed declarat totū filie ius traditū sponso.

116. Citra personam. Nā personati histriones agebāt fabulas: persona autem, est facies apposititia.

117. Acciperetur, pro tractaretur, quē admodum bene habiti dicuntur, ita Terentius, Accipit hominem nemo melius.

Ibid. Vergente etate, inclinata ad senium. Sic ea voce absolute vsus est Suetonius.

Ibid. Inuolarem in capillos, sic pugnant mulieres. sic Terentius, Alio qui inuolare nonnunquam sonat furari. Catullus,

Huc redde pallium mihi meum, quod inuolasti.

Ibid. Lotio. Id accidit Socrati. Et olim loti vntiq; ibant ad conuiuium.

118. Mussanda, dissimulanda, vel tacite ferenda.

Ibid. Sacra profanari dicuntur, lectulus autē locus est dicatus reconcinnandæ beneuolentiæ. Hæc est sententia Plutarchi in Præceptis conugalibus.

Ibid. Cestum, id est, cingulum.

119. Et hac ansa, Epictetus scripsit vnicuique rei duas esse ansas, alterā qua teneri possit, alterā qua nō possit: significās in vnaquaq; re esse aliquid cōmodi, rursū aliquid incōmodi. Stultus arripit ansā malā, sapiēs alterā. Huic itaq; nihil non tolerabile.

Ibid. Trimestris foetus. Alludit ad proverbialē versum, qui est apud Suetonium,

ἔστι, ἰσχυρὰ σοὶ καὶ τριμυρία θανάτων

Ibid. Eulalia à bene loquēdo nomē habet, pseudolalia, à mēdaci loquacitate.

120. Nouercam germanam, nō de gente aut sorore sentit, sed germanam dixit veram. Nouercarum autem est odisse priuignos.

Ibid. Miscere cælum terrę, de vehemēti perturbatione dictum est prouerbiū. Iuuen.

Licet & mare cælo Confundas, homo sum.

121. Sanius literatus, in cicatricosos prouerbiū, vide Chiliades.

Ibid. Sepeliri ante tēpus. Alludit huc, quōd dicuntur mundo mortui.

122. Interrupta copia. Iuuen. Voluptates commendat rarior vsus.

123. Fūgi fragiles sunt, & papauera solent decollari baculo.

Ibid. Pro aris & focis, verba sunt historicis peculiaria: per arā significāt religionē deorū, per focū rē domesticam. Nā & focus sacer erat laribus.

124. Pseudocheus, fusor mēdaciorum: Philetymus, amans veritatis.

125. Ex lotio. Alludit ad Vespasiani dictū, Lucrī bon^o odor ex re qualibet. Nā isvectigal collegit ex lotio re male olēte, at nō male olebat pecunia.

Ibid. Specimen, id est, gustum siue exemplum.

Ibid. Extrema ancora, id est, supremū refugium, vidē prouerbiū de sacra ancora.

Ibid. Eodem nomine. Nomen hic titulus est debiti, unde & pro debitoribus accipiuntur nomina.

117. Nam fumos, vide prouerbiū, Fumos vendere.

Ibid. Ficum ficum, scaphā. Græca vox ambigua est, sed opinor melius verti per ligonē à *σκαφίω*, quod est fodio.

Ibid. Vlysse ac Mercurio. Vlysses ab Homero fingitur vafer ac mendax. Mercurius adfert lucrum, vafer & ipse ac furax.

Ibid. Horrēda narras. Ex abrupto incipit colloquium more comœdiarū.

Ibid. Nox erat sublustris, quæ nonnihil habebat lucis.

Ibid. Castorem & Pollucem, vide Phœnium lib. 2. cap. 37.

Ibid. Claudat latus, id est, astet lateri. Sic Horatius,

Vt ne tegam spurco Damae latus

Ibid. Fori, sunt tabulata nauis ac veluti tectum. Verrucę, id est, tubercula. Sic Cato, ni fallor, collem verrucam appellauit.

118. Scythicam cōcionem, id est, durā, vide prouerbiū *Σκυθῶν φήσις*.

Ibid. Durum telum. Alludit ad illud Plinij, Maximum telum necessitas. rursus ab illud, *τὸ ἀνέγκυλον δούδ' ἰσθίου μὲν ἔστι*.

Ibid. Iactura dānū est, & iacturā facere dicit, quisquis dāno afficitur, hic erat vera iactura à iaciendo dicta.

Ibid. Decidere, est pacisci portiōe rerū,

ut reliqua maneant salua.

Ibid. Amicis opibus, pro adamatis.

Ibid. Vere nauticā. Semper nautæ finguntur immanes. Quale est elementum, tales sunt & illi.

Ibid. Vocem Italicam. Nam Itali magno stomacho barbarū vocant, quicquid est peregrinum.

Ibid. Calamitatem, quod est culmorum. traxit ad instrumenta nauis.

129. Quicquid erat olei. Ea natura est olei, ut lucem adferat, ac tranquillet omnia, etiam mare quo non aliud elementum implacabilius.

Ibid. Auctio, vēditionis genus, in quo à licitantibus intenditur pretium.

Ibid. Batauum, vulgari ioco, Bataui dicuntur crassi.

134. Coenobium, id est vitæ cōmunio.

Ibid. Ex Africa, vide prouerbium, Africa semper aliquid adfert notū.

135. Barbatus Ganymedes. Ironice dixit Ganymedem, quod hic puer delicatus Ioui sit à poculis. Ac mox toruus ille Ganymedes.

Ibid. Milesia, texta mollia.

136. Extremus actus sit optimus. Sētētia Ciceronis est. Alluditur ad actus fabulæ, quorū vltimus est quintus: vide prouerbium, Supremum fabulæ actum.

Ibid. Pinacium, id est, tabellam, à pinax Græco, tabula.

Ibid. Platonianam, vbi equalia sunt omnium omnia.

137. *Αἰεὶ ἄλλοις*, id est, indigenas. aiunt enim Anglos ceteros ex Gallis, & mox ex Saxonibus esse mixtos.

Ibid. Hic fundus, id est, redditus. Nam fructus annuos reddit fundus,

Ibid. Viuamus, pro gaudeamus, siue læte agamus.

139. Admoue aurem. Est hoc vsu receptum, vt res silendas, etiam si duo soli sint in agro, tamen qui loquitur dicat voce submissiore, quum nihil sit opus.

Ibid. Mendicos subleues. Videtur significasse nescio quid, de monachis mendicitatem professis.

Ibid. Augiæ stabulum, vide prouerbiũ de diu collectis sordibus.

140. Leuis apparatus. Iambici trimestri sunt, vsque ad Euge. Si rotatiles, Trochaici sunt tetrametri, vsque ad quanquam &c.

Ibid. Sessiles lactucas, quod nõ erigant sese, sed humi spargant sese.

Ibid. Bliteam, alludit ad gemmã laudatissimam, & Græci betã appellant *Βλίτον*, vnde bliteos appellamus stultos ac nihili, eo quod beta, vilis & insipida herba est.

Ibid. Galateam à colore lacteo, Euterpen, à delectando, Musæ nomen est, Calliopen à pulchritudine vocis, Calirrhoe nympha, quod pulchre fluat, Melissa, apis, spinor fuisse ancillã Chryssippi, Baucis anus & pauperula, apud Ouidium.

Ibid. Splendida bilis . Alludit ad illud Hor. Siue aliud nomen, iussit quod splendida bilis, id est, insania.

141. *Φύλαξις* &c. Hoc carmen Pli. indicat vsurpari solere in magicis remedijs, id est, fugite Cantharides, lusus crudelis vos persequitur . Cantharis, insecti genus, venenum habens letale.

Ibid. Mercurij Caduceum. Hac virga dat & adimit somnos, hac animas euocat orco, & rursus quas velit in Tartara mittit, lege Vergilium in 4. *Aeneidos*.

144. Micant digitis, rusticorum lusus est, vulgaris etiamnum Italiae. Vide prouerbiu, Dignus qui cum in tenebris mices. Metiebantur versus, sublati ac repressis digitis, id mulier putat esse micare digitis.

Ibid. Vitis clauiculas. Natura addidit vitium palmitibus laqueos quosdam quibus rept, & alligat sese, has Plinius vocat clauiculos lib. 23. in prologo.

Ibid. E clavis peruerse respondet, quasi paruos clauos iusserit contundi.

145. *ἄπειρον*, id est, infinitum, vt pati.

147. Fame . Alludit ad dictum Socratis, qui dixit, famem esse condimentum omnium & iucundissimum, & minimo parabile.

148. Prospicimus quae à fronte sunt, sed procul respicim^{us} à tergo relicta.

149. Elēchos in Elēchis, id est, redargutiones, ἐλέχθαι enim redarguere est. Ibid. Et Apolline nullo. Allusit ad illud Martialis, Musis & Apolline nullo Quod scribis versus, hoc Ciceronis habes.

Ibid. Adblanditur, id est, placet, sicut arridere dicitur quod placet.

Ibid. Cocyx, qui Latine dicitur Oculus, penultima producta. Notus est apologus de certamine canēdi inter lasciniam & cuculum, a sino iudice.

150. Arrodit vnguem, gestus est cogitantis, Persius. Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit vngues. Idem, Chærestratus vnguem, Arrodens ait hoc.

151. Ego præfulem. Allusit ad sacros sacerdotes Martis, ni fallor, qui saltabant in pompa: præsul autem, qui saltat primus. Est in quibusdam choreis mos, ut unus solus, aspicietur saltationem, unde quisquis alijs constantibus rem coepit, dicitur incepsisse choream.

Ibid. Puerorū, in libello cui titulus Cato, Nam is pueris prælegitur.

Ibid. Veioues, sunt Ioues sinistri & noxii. Sic vocāt poetæ, numen lævum, Veiouem.

Ibid. Bruta fulmina. Vide Plinium, libro 2. ca. 43. Bruta, quia sine ratione veniunt, nec quicquā portendūt. Fatidica, prædicunt aliquid.

Ibid. Montes & maria &c. refert Plinij verba ex loco quē modo citavi.

Ibid. Lege fulgur ex vitro, vide pro uerbiū, Carbone atriorē videtur in nuere quempiā excommunicatum.

152. Palæstrites, id est, luctator, nimirū quum inuisit phreneticum.

Ibid. A celo vsq; ad terrā. Plantinum prouerbium, a capite vsq; ad pedes.

Ibid. Militare uerbum, Qui baptizantur dant nomen imperatori c H A R I S T O, cuius sacramentis authorantur.

Et Symbolū apud milites signū est, quod inter ipsos cōuenit, siue id uocale est, siue mutum.

153. Ne q. som. esse creaturam. Arius docuit filium dei etiam iuxta perfectissimam naturam fuisse creaturam.

At qui natura filius est, gignitur ex substantia patris. Dei substantia indiuisibilis est, eandem igitur oportet esse patris & filij, de diuinis personis loquor.

Ibid. Apuleium. Nam is mentē hominis tegebat sub asinina specie, quum multi sint, qui sub humana specie tegunt asinum.

154. Viuo saxo. An saxa nascantur & augeant, incertum. Vius tamen saxa dicuntur, quæ nondum suo loco sunt amota.

155. Quir solus pater dicitur Deus? Est pars illius questionis quæ præcessit, Quir in sacris filius frequentius appellatur dominus quàm deus?

nunc posteaquam est & spiritus mentio facta, rogat quur in symbolo ex tribus personis solus pater dictus sit Deus. De re nulla est dubitatio, tantum de consuetudine scripturarum est questio.

152. Orthodoxus, id est, recte opinionis, cui contrarium est hæretici vocabulum.

Ibid. Præstare dicitur, qui suo periculo vitium aut corripit, aut defendit.

Ibid. Bonis ausibus, id est, feliciter: aliter arripuit iocum ex ambiguo. Præter Symbolum. Rursum iocus est ex ambiguo. Nam in Symbolo apostolorum, nulla mentio est de piscibus, & dicitur Symbola conuiuiorum.

Ibid. Eusebius, pius. Pampirus, omnia expertus. Polygamus, qui sæpe duxit uxorem. Glycis, dulcis, siue dulcior.

Ibid. Nouas aues, alludit ad peregrinas aues, Rara auis.

Ibid. Vitreis oculis, significat vitrea perspicilla, & fascinatio est in oculis.

159. In plastro. Alludit ad prouerbiū, E plastro loqui.

Ibid. Τὸ μακρὸν γλῶσσαν, de longæua sed florida senectute, vide prouerbiū.

Ibid. Vtrinque, id est, superne & inferne. Est enim gemina series.

Ibid. Ferebat, id est, postulabat.

160. Τὴν κατ' ἰσότητα, id est, pro mea sorte, vide prouerbiū Pittaci, æqualem tibi ducito.

Ibid. Ἀσφαλία, id est otium siue abstinentia

- à negotijs. Hinc versus puerbialis,
Ανέτασις ἐστὶ τῶν πατρῶν, ἀντασία.
 Ibid. Mitionem, ex Adelphis Terētij.
 161. Optimum non nasci. Vide prouer-
 bium.
 Ibid. *Ευθυμία*, id est animi trāquillitas.
 162. Catapotia Græce, trochisci siue pi-
 lule, quas deglutimus.
 Ibid. Lassitudinis. Lassitudo nulla de
 causa oborta, significat morbum in-
 stare, iuxta medicos.
 Ibid. Liberaui fidem, id est, persolui
 quod debui. Etenim qui promittit,
 obstringit fidem suam.
 Ibid. Gallinas, Nam ponūt ova, & obe-
 strepunt feminæ.
 Ibid. Verti solū, de exilib⁹ proprie di-
 citur, qui demigrāt in aliā regionē.
 163. Futuri tēporis. Alludit ad senten-
 tiā iurecōsultorum, quā sequitur &
 Theologi. Si quis dicat puelle, ducē
 te, & mox habeat rem cum illa, ra-
 tum est matrimoniū, perinde quasi
 dixisset, duco te. Hoc reti multi ado-
 lescentes capiuntur, magno suo ma-
 lo discentes hoc sophisma.
 Ibid. Ab equis ad asinos, id est, à melio-
 ribus ad deteriora, vide prouerbiū.
 Ibid. Hepatechno, id est, septem artū
 perito. Tot enim numerantur artes
 liberales.
 Ibid. Dextro Hercule. Retulit verba
 Persij. Herculi vouebatur decima
 bonorū pars, ita illo fauente putaba-
 tur res domestica prosperari.

164. Malea periculosiorem, de Malea promontorio naufragijs infami, vide de proverbum, Maleam legens.

Ibid. Protopiropo, vide proverbiũ *ουγγις μη πρωτοπειρα*, id est, primũ experiẽti ignoscendum.

165. Δὴ τὰς χελώνας &c. Vide proverbum, Testudines edendę aut non.

Ibid. Τὸ τεχνίον, id est, artificiosũ quęuis terra alit, vide Chiliades.

166. Imò sanctius. Hoc tum iactabant qui Iulio aderant.

Ibid. Spartã quę cõtigit, vide proverbum, Spartam nactus es, hanc orna.

Ibid. Scenam, fabula diuiditur in scenas, ad id allusit. Et scenam aperit, qui operta patefacit.

Ibid. Effundere. Faciunt hoc non raro aurigę Brabanti vel gratis, nonnunquam conducti.

167. Hospitalitas. Nam à pascendo dicitur pastor, & à præbendo Græcis parochus.

Ibid. Lupas. Locus est ex ambiguo. lupa vxor lupi, & lupa scortum.

Ibid. Gallinam appellat cõcubinã, pullos liberos.

169. Lupus lupinã. Allusit ad proverbum, Canis caninam non est.

Ibid. Viri boni, vulgus Gallorum virtũ bonum appellat, cuius vxor parum est pudica.

170. Apophoretis, quę dantur in fine conuiuij, sic vt liceat cuique si velit domum auferre, vt ante dictũ est.

171. Secreta cōfessione. Vulgaris iocus est in ignarum.

Ibid. In pompis. Πόπε, sunt spectacula, quæ populo exhibentur, vulgo nunc vocant processiones, à verbo *πιπρωω*.

172. Bonis fustibus, decus est in cōtrarijs, malis & bonis.

Ibid. Fustuario, id est, fustigatione.

Ibid. Suffulta pellibus. Hoc apud Germanos aliquot doctores iuris: In Hispania theologi insigniuntur flocco albo in summo pileo: Louanij pileo violaceo: & epomide, quæ imponitur humeris, nulli vsui futura, nisi vt significet Magistrum nostrum.

173. Oenopola, qui vendit vinum.

Ibid. Snaphanum. Sic Germani vocant prædonum genus subito ex arcibus adorientium viatorem, mitigato vocabulo.

Ibid. Multiciā, vestis pellucida, mulieram proprie. Iuuenalis,

Quum tu multicia sumas.

174. Coronide, quā nunc caudā vocat.

175. Caudæ equinæ, id est, paulatim. vide prouerbum, Caudæ pilos equinæ vellere.

Ibid. A. susceptoribus, quos nunc patrimonios ac matrimonios vocant, qui spondent pro pueris baptizatis.

176. Simili ioco Reuchlinus claudit opus de verbo mirifico.

Ibid. Antronius. Allusit ad prouerbiū, *Αντρονιος οβρα*.

Ibidem. Heroinas, appellat potentes

aulicas, quasi femideas.

178. Clitellę. vide prouerbium, Bos elitellas.

179. Ordinis Bñdictini. Ridicule, quū Benedictus nondum esset natus.

Ibid. Intemperię, id est, furię.

180. Τὸ σκοτεινόν, id est tenebrę. Allusum est ad Scoti nomen.

Ibid. Acteon, quum casu vidisset Dianam nudam, versus est in ceruum.

Ibid. Histrix, spinosum animal, quod spinas eiaculatur.

Ibid. Χαίρει, id est, auete optatissimę deę. καὶ σὺ, id est, & tu multum saluę musarum amator.

Ibid. Oblactiunt, Blactire proprie camelorum est.

Ibid. Periodus, circuitus.

Ibi. Mystę, qui sacris initiati sūt, à verbo μύω, quod ipsū à silentio dictū.

181. Acco, mulier ob stultitiā nobilis.

Ibid. Vomica, hulus, sic appellam⁹ nobis molestos.

Ibi. Illa terrestris. Allusit ad hoc quod Socrates apud Platonem facit duas Veneres & duos Cupidines.

Ibid. Myrothecion, vasculum vnguentarium.

182. Gracchum Tib. lege Plutarchum in Gracchis statim in principio.

Ibid. Alcestis. De hac extat tragœdia Euripidis. Meminit & Valeri. Max. lib. 4. cap. 6. Atq; ibidem de Plācio & Horestilla. Rursus ibidē de Pontia Catonis filia, Bruti vxore.

G. j.

282. Sulpitia Paterculi filia, vxor Ful-
uij Flacci, quæ ob pudicitiam è cen-
tum matronis lecta fuit ad dedican-
dum Romæ Veneris simulacrum.
Memfuit Ti. Liui.

Ibid. Res est nõ magni sumpt⁹. Vide
hoc dictũ in aurẽ, vt suspẽdant sese.

184. Nisi Græce. Ludit, alioqui canonici nõ dicũtur à regula, sed à præben-
da quam nũc vocant. Nam canon, s⁹
liquãdo est certus cibi potũsve mo-
dus, qui dabatur militibus.

Ibid. Phasma, id est, apparitio. Nomen
est fabulæ in qua puella potiebatur
amatore, ficta apparitione deæ cui
siebant sacra. Vide Donatum in pro-
logum Eunuchi.

185. Vadimonium, id est, rem quamli-
bet seriam. vide Chiliades.

186. Pædagogus, qui seruabat animam,
nec ab ea discedebat. Sic Terẽ. Phe-
driam vocat puellæ pædagogum.

Ibid. Choragus, qui producit ac redu-
cit personas in fabulis, quasi præse-
ctus fabulæ.

Ibid. pag. 2. vers. 25. p his verbis, preca-
tionẽ dñicã, lege, gloriosũ psalmũ.
LXXVIII, Deus venerunt gentes.

188. Lalus, loquax. Philecos, avidus
audiendi.

190. Decoquit. Decoquere, est nequiter
profundere. Inde decoctores.

Ibid. Vertere rerum species, Nam id
profitentur Alcumistę. Qui profun-
dit, in id vertit quo fruitur.

191. Apud nos. Plinius lib. 30. cap. 1. refert Britannos mire insanisse in Magiã vsq; ad ipsius ætatē. Sunt adhuc qui in Alcumistica parū sobrij sunt, quãquam lex capitalis apposita est.
193. Hippoplanus, qui imponit in vendendis equis.
- Ibid. ΣΙΜΝΟΠΡΟΣΩΠΙΝ, est seueritatem vultu præferre.
194. Meum sophistam, id est, fucatum equum.
196. Statuam poscerem. Honoris gratia statuæ ponebantur bene meritis de republica.
- Ibid. Irides, velut Iri filius, quem medicum inducit Vlysses.
- Ibid. Misoponos, osor laborum.
- Ibid. Lauerna, dea furum.
- Ibid. Penia, paupertas, dea apud Aristophanem.
197. Larus hiãs, vide prouerbiũ. Esca, *διλιαρ* qua capiuntur pisces & aues.
- Ibid. Lydius lapis, coticula qua explorant aurum.
198. Censemur, vnde & census dicitur, quũ numeratis singulis ac facultatibus æstimatis, indicitur exactio.
199. Polymyth⁹, fabulosus. Gelasinus, ridiculus. Eutrapel⁹, facetus. Asteus, urban⁹. Philythlus, amans nugarũ. Philogelos, amans risum. Euglotos, bene linguax. Lerochares, q̄ gaudet nugis. Adolesches, nugator.
- Ibi. ΝΟΜΟΘΥΤΗΙ, id est, statue leges ò rex.
- Ibid. Quod felix, ab hac solēni precar

- tione solent olim auspicari, qui rem
seriam agebant apud populum.
- Ibid. Τὸ πιθανόν, id est, verisimile, & τὸ
ἄκτιστον, id est, decorum.
- Ibid. Tria verba, dixit, p paucis. Quod
alter ludēs torquet ad dies nefastos,
in quibus iustitiam erat, nec licebat
prætori dicere tria verba, do, dico,
addico. Sic Ovidius,
Ille nefastus erit, per quē tria verba
silentur
199. Symposiarchus, princeps cōiuij.
Ibid. Architrīclino, qui curat cibos ap
ponendos ac potum. Olim conuiui
um tres spondas habebat.
200. Quod bibunt canes, canis natura
abhorret à vino.
201. Legem Rhemiam, quæ ad poenā
talionis vocat calumniatorem.
- Ibid. Ab umbra asini, vide Chiliades.
- Ibid. Frigent lanij. Circumitione no
tauit quadragesimam.
- Ibid. Fructuariæ, quæ vendit fructus
arborum.
203. Catena est. Alludit ad catenam ar
genteā Homeri. Videtur subindica
re, quod ex talibus impostorib⁹ ali
quid lucri redeat ad præfectos, &
hinc ad principes.
- Ibid. Ordo. id est, vices, cogere in ordi
nem, est facere cæteris æqualem.
- Ibid. Quod principi placuit, p prin
cipis geniū, ad principis statuā, hæc
de Cæsare intelligebātur, imperato
ris nomen militare. Regis nomen

erat Romanis inuisum, principis nomen erat amabilius.

204. Cimilio καμιλιο Græcis est pretiosum aliquid, quod seruidi causa seponitur, apud Homerū: vulgo dicimus clenodia.

Ibi. Canem. Nam hoc animal maxime infestatur à pulicibus.

Ibid. Tolle sublimem, in humeros, ut vapularet.

208. Scythicum, id est, triste.

Ibid. Αβτο δμφο, id est, ipsa res indicabit. Vide prouerbium.

Ibid. Cornicē. Circulum ferreum aut aliquid huius loco additū ostio, quo pulsetur, Græci κορώνων vocant, vel ob figuram, vel ob garrulitatem:

209. Βολυμια, summa fames, ut aliàs dictum.

Ibid. Anarchiam, quum nullo principe tumultuatur populus.

211. Tui similes, id est, ignauiores, ut numerum augeant. Nam alæ & cornua, sustinent belli molem.

Ibid. Post principia, Alludit ad illud Terentianum in Eunucho.

212. Epiglottis, est cartilicula volubilis, nunc gulā claudēs, nunc arteriā asperā.

Ibid. Tres cartilagines, vide Galenum De locis affectis.

213. Vix o, sonuit. Hoc Apuleius, Lucianum sequutus.

215. Locator. Significat esse cōductitiū.

216. Quur actū. Græcis est ἰσοδληχεια, vocabulū philosophis peculiare Sed

- Fabula detorquet ad iurecōsultos, q̄ distinguūt inter iter, actū, & viam.
217. Stupidū. Hoc fenfit Pythagoras, nec omnino dissimile veri est.
221. Manumittam, quia se dixerat mācipium.
- Ibid. Imbricatis, id est, imbricū specie variatis. Vide Pliniū lib. 9. cap. 33. de mira varietate concharum.
- Ibid. Culmeis, è stramine factis.
- Ibi. Oua serpentū, significat globulos, quibus vtuntur ad numerādas preces. Sic enim oua serpentum quum prodeunt, cohærent.
222. Os oblinere, pro fallere, vide Chirliades.
- Ibid. Impia persuasio. Ironia est, quū sit admodum pia.
- Ibid. Ἀπὸ θεοῦ, id est, ab ipso scriptā, quemadmodū oracula dicūtur ἀπὸ θεοῦ φωνῆ, ab ipso deo reddita voce. Virgil. Ipsa canas oro.
- Ibid. Ægidio missam. Nota est fabula de Carolo Magno, qui quū desperaret veniam admissorū, S. Ægidius impetrauit syngraphā ab angelo cōtinentem hunc versiculum.
- Ægidij merito Caroli pētā remitto.
- Ibid. Lapidēs hoc nomine infames, sentit de Lydio lapide, qui dicūtur index, is prodit aurum suberatum aut imitatitium. Lege apud Ouidiū fabulam de Batto in lapidem verso.
223. Ædituū, quem veteres, vt indicat Varro, æditimū vocabāt, custos erat

tuendæ sacræ ædis.

Ibid. Cataphracto, id est, graui armatura munito.

224. Habet sacrum ignem . hoc enim nomine sanctū illū amabilē reddidere formidabilē, quemadmodū Ioannem Baptistam, præter alios, morbo comitali. Hubertum hydrophobos itē alios alijs malis. Et hæc vertim⁹ in quæstū nostrū, cuius studiosiores sumus, q̄ seruandarum animarum.

Ibi. *Ἀποδείξις*, demonstratio, quæ pprie fit mathematicis p̄ literas depictas.

228. Telos, *τελος*, id est, tributum siue vectigal.

Ibid. Mystagogus, qui ostēdit arcana, qui & hierophanta dicitur.

Ibid. Ex mūdo, ex ornāmētis. Dicitur autem mundus muliebris.

229. Cor in genua. Est Iliados o.

*Τάρεβνοαν, πᾶσι δὲ παρὰ ποσὶ κέκρωτο
εἰ θυμὸς*, id est, Expauerūt, omnibus autem in pedes decidit animus.

230. Ex suo dimenso, id est, ex modo præscripto. Roman⁹ enī Pontifex, è dolio promit, episcopis cert⁹ modus præscriptus est.

Ibid. Apud inferos dies. Nā ad purgatorīū nūc prorogāt relaxatiōes, vbi nullus est dies, & tamen dies vocāt.

Ibidē. Danaidum dolium, vide pro uerbiū.

Ibid. Limis, id est, oculis obliquis, ac semiclausis, quomodo se aspici leones indignantur.

G.iiij.

231. Auto Tagi. Tagus inter fluuios au-
riscos commemoratur.
232. Hamaxiæa Græcis dicuntur prægræ-
dia, quasiq; plaustrum iustum on^o sint.
- Ibid. Colossi, dicuntur imagines ad mi-
raculum vsque grandes.
- Ibid. In Ceraunia, vide Pli. de gēmis.
233. Numero dixisti, id est, expedite &
compendio.
- Ibid. Parœnia, id est, deliratio ex vino.
235. Crypto porticus, id est, subterra-
nea porticus, quæ paratur aduersus
æstum solis.
241. Cubito nasum. Extat iocus Cice-
ronis, in falsamentarij filium.
- Ibid. Venimus ad summum. De re ex-
tremæ impudentiæ. Sic Horatius.
- Ibid. Lotione superior, quia subinde
inquinatur, de quo dictum est alias.
- Ibid. Dijs manibus, id est, inferis, sic
Decius, & Q. Curtius se dijs ma-
nibus deuouerunt.
- Ibid. Tales, quam *οβλιον* Græci.
- Ibid. Epilepsis, morbus comitialis.
242. Agaronomi, præfecti foris in qui-
bus venduntur esculenta.
243. Torpedo, piscis letalis cōtactu.
- Ibid. Hydrus, serpens aquatilis.
- Ibid. Lepus, piscis, homini præsentissi-
mum & immedicabile venenum, &
homo pisci, adeo vt hominis con-
tactu solo moriatur.
- Ibid. Hectici, qui perpetua laborant fe-
bri, iam in habitum acta. Phthisici,
qui contabescunt & exarescunt.

- Ibid.** Non vertiginosis. Vertigo capitis, est præludium ad morbum comitialem. Hædus autē dicitur esse obnoxius ei morbo, & carnes inimicæ ad id propensis mali.
245. Velut echinus, piscis est, spinas habēs pro pedibus, hic imminēte tēpore affigit sese, aut saburrat arena.
248. Hordei tunicam. Alludit ad allegoriam parabolę de quinque panibus hordeaceis.
249. Ate, dea Homerica quæ dissidia serit inter deos & homines. Litę tardæ, Ate velox.
- Ibid.** Εξ κίρακας, id est, in malam rem.
251. Ab asino, id est, à proposito digressi. vide Chiliades.
- Ibid.** Antiquatas, id est, abrogatas.
254. Terminum agit, fabula de Terminio deo, qui nec Ioui voluit concedere, notissima est.
255. Pesci dixeris, pisces mutos esse declarat prouerbum.
- Ibid.** De disseccando corpore, vide Aulum Gellium de poena talionis.
256. Si fractus illabatur orbis, retulit verba ex Flacci Odis.
257. Doli capaces. Ita loquuntur Iureconsulti. Alter ex ambiguo iocatur, quasi doli capax, quod dolo est idoneus.
- Ibid.** Bulbis, genus est cepis. Et bulbis & eruca prouocat Venerē, vnde Ouidius, Salaces vocat erucas.
259. Pomœria, id est, limites præscriptos.

261. Minus alex, id est, minus periculi.
262. Tyria maria, id est, sumos tumultus. Vide prouerbium.
263. Inficialis status, quū factum negatur. Qualitatis, quum defenditur vt iure factum. Translationis, quū culpa facti transfertur in alium.
264. Pampineis, quia Baccho operabatur. Thyrsi, hastæ viteæ, quas gestabant agentes Bacchanalia.
- Ibid. Silenus apud Virgi. inducit senex Epicureus, est & deus comes Bacchi.
265. Lemmatis, id est, argumentis. sed proprie argumentum futile, lemma dicitur.
266. Paraphronesis, delirato, id est, leuior insania.
267. Hemina, mensuræ genus, sextarij dimidium.
- Ibid. Eleutheropolis, id est, libera ciuitas.
269. Sapiētiae. Alludit ad iocum Plautinum: habetne acetum in pectore? Et acri ingenio dicimus.
272. Ad stiuam, id est, ad aratrum. Nā stiuā, pars aratri.
- Ibid. Eodē colore. Color in rhetoricis, est ratio defensionis. Iuue. Dic Quintiliane colorem. Et Seneca in cōtrouersijs, sæpe meminit coloris.
274. Lacinosam, id est, sinuosam multiq; panni, quod tamen primum videtur inuentum, quo minus appaerent vestigia corporis.
275. Ex antro. Vide prouerbium, de

Trophonij antro.

Ibid. Nihil minus, quia Phædrus Græcis sonat hilarem.

276. Statio medicorum, id est, conventus stati.

Ibid. Tot vultures, vultures præsentunt cadauera. vnde captatores testamentorum, vultures dicunt.

277. Manzares. Iureconfulti Manzares vocant ex incesto natos.

Ibid. Cicadam ala. Vide prouerbiū.

Ibid. E stipulis fabarum. E culmis tritici neftuntur galeri, nonnūquam & pallia aduersus pluuiam: faba, caules habet grandes, intortos & fragiles, ad nihil minus vtilis, quā ad texendum. Est vulgo iactatum prouerbiū apud Batauos.

278. Impressio, est vehemens hostium irruptio.

Ibid. Syncretismus, id est, conspiratio prius dissidentium in communē hostem. vide Chiliades.

Ibid. Mussare, tacite loqui. Plenis tibijs, id est, clare. vide prouerbiū.

279. Oeconomicum, peritum rei domesticæ vocat.

Ibid. Arte ducebat. Ducunt bellum, qui de industria proferunt: Sed gerunt, qui vere bellant.

Ibid. Commeatus, id est, cibus. militare verbum. Et ideo præsidium vocat domum vnde alios depulerant.

Ibid. Vulpes anus, vide prouerbiū.

Ibid. Vt afini solent. Allusit ad illud
G. vj.

Flacçi,

Demitto auriculas, vt iniquæ mētis
afellus,

Quum grauius dorso subiit onus.

280. De folido, id est, de integra hære-
ditate, quæ assis dicitur, nondum di-
uisa. Vncia duodecima pars assis.

Ibid. Diplomati, quo liceret consecra-
ri sacerdotē ante tempus legitimū.

Ibid. Næniæ, proprie cantilenæ fune-
bres, Nonnunquā tamē nugas quas
libet appellamus nænias.

Ibid. Daduchi, tediferi.

281. In planicie. Data opera fingit insi-
gnia vitiosa. Nā caduceatorū leges
habent, adulterina esse insignia, quæ
habent metallum, super metallum.

283. Diaphragma, est septum transuer-
sum quod separat præcordia, in quibus
cor & pulmo, ab inferiore corpo-
ris parte in qua splē, hepar & renes.

Ibid. Anniuersariā, id est, singulis an-
nis recurrentem.

FINIS.

DES. ERASMVVS ROTERO
damus, De vtilitate Colloquiorū,
ad lectorem.



Deo nūc in omnes & in
omnia per vniuersū or-
bē grassat comitata Fus-
rijs ἢ διαβολῆ, vt tutum
nō sit vllū emittere li-
brū, nisi satellitio muni-
tū. Quāq̄ quid satis esse tutū possit ad
uersus sycophantæ morsum, qui velut
aspis ad vocē incātātis, ita ad omnem
purgationē quīs iustissimā, obturat au-
res! Prima pars huius operis, quę mea
fuit & nō mea, temeritate cuiusdā erat
ædita. Quā quū ingēti applausu vide-
rē exceptā à studiosis, abusus sum affe-
ctu vulgari ad profectū studiorū. Quā-
doquidem nec medici semper ægrotis
ministrāt saluberrima, sed illis nō nihil
cōcedūt ob hoc ipsum, quod vehemen-
ter appetant. Itidē mihi visum est, hoc
genus illecebris inescare tenerā ætatē,
quę iucundis facilius ducitur, quā serijs,
aut exactis. Itaq; quod æditum erat, re-
purgavi: deinde adieci quę moribus e-
tiā formādis cōducerēt, velut irrepēs
in animos adolescentū, quos recte scri-
psit Aristoteles in idoneos auditores
Ethicæ philosophię, dūtaxat eius, quę
serijs præceptis traditur. Quod si quis
clamet, inderōrū homini senī sic pueri-
liter ludere, nihil moror quā pueriliter,
modo vtiliter. Et si laudātur literato-

res ætate prouecti, qui pueritiæ crustu-
 lis blandiuntur, elementa velint vt di-
 scere prima, mihi nō arbitror vitio ver-
 ti debere, quōd simili studio iuuentus
 tem illecto, vel ad elegantiam Latini ser-
 monis, vel ad pietatem. Adde quōd bo-
 na prudentiæ pars est nosse stultas vul-
 gi cupiditates, & absurdas opiniones.
 Eas arbitror satius ex hoc libello discer-
 re, quàm experientia, stultorum magis
 stra. Multis amara sunt grammatices
 præcepta. Aristotelis Ethice non est
 apta pueris. Theologia Scoti minus,
 ne viris quidem admodū vtilis ad par-
 randam bonam mentem: & plurimum
 habet momenti gustum optimarū re-
 rum protinus in seuisse teneris animis.
 Et haud scio, an quicquā discitur felici-
 us, q̄ quod ludendo discitur. Est hoc
 nimirum sanctissimum fallendi genus,
 per imposturam dare beneficiū. Laudā-
 tur enim medici, qui sic fallunt ægro-
 tos. Et tamen si nihil hic aliud q̄ nega-
 tus fuisset, videbātur laturi, nūc quo-
 niam præter linguæ politiem inspersi
 quedam, quæ mentē instruant ad reli-
 gionem, calumniātur, ac perinde quasi
 dogmata Christianæ professionis hic se-
 rio pronūtiētur, ita syllabas etiā ad vi-
 tū excutiūt. Id q̄ faciant inique, magis
 erit perspicuū, vbi declararo colloquio-
 rum aliquot non vulgarē vtilitatē. Vt
 enim omittā tot serias sētētias medijs
 iocis admixtas, tot fabulas, tot histori-
 as, tot rerum naturas dignas cognitu;

In colloquio de visendo loca sacra, cohibetur superstitiosus & immodicus quorundam affectus, qui summam pietatem esse ducunt vidisse Hierosolymam & huc per tanta terrarum marisque spatia currunt senes episcopi, relicto grege, qui curandus erat, huc viri principes relicta familia ac ditioe, huc mariti relicta domi liberis & vxore, quorum moribus ac pudicitiae necessarius erat custos: huc adolefcetes ac foeminae, non sine graui discrimine morum & integritatis. Quidam etiam iterum atque iterum recurrunt, nec aliud faciunt per omnem vitam, & interim superstitioni, inconstantiae, stultitiae, temeritati praetextitur religionis titulus, ac desertor suorum contra doctrinam Pauli, sanctimoniae laudem aufert, ac sibi quoque pietatis omnes numeros explese videtur. Paulus 1. Timot. 2. intrepide pronuntiat, Si quis autem suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Atqui, hic Paulus loqui videtur de viduis, quae liberos ac nepotes negligunt, idque praetextu religionis, dum sese mancipant obsequijs ecclesiae. Quid diciturus de maritis, qui destitutis teneris liberis, vxore iuuenula, idque in re tenui, proficiscuntur Hierosolymam? Ex multis vnicum exemplum proferam, nec tam recens, vt metuenda sit inuidia: nec tam vetus, quin nepotes supersint, quos damni magnitudo non sinit obliuisci rei gestae.

Vir quidā præpotēs decreuerat ante mortē inuisere Hierosolymam, pio quidem animo, sed parū felici consilio. Rebus igitur ordinatis, facultatū omnium, vxoris, quam grauidam reliquit, oppidorum & arcium curā tutelamq; commisit Archiepiscopo, ceu parēti. Vbi rumor allatus est, hominem in ea peregrinatione perisse, Archiepiscopus pro parēte gessit prædonem, occupauit possessiones omnes defuncti, deniq; & arcem munitiorem, in quā grauida cōfugerat, vi expugnauit, & ne superesset vltor atrocissimi facti, grauida cōfossa simul cum foetu perijt. Nōne piūm erat, tali viro dissuadere periculosa & non necessariam profectionem? Huius generis quā multa comperiātur exempla, cæteris estimandū relinquo. Ne quid interim dicā de sumptibus, quos vt fateamur non omnino perire, tamē nemo prudēs non fatebitur in vsus lōge meliores expēdi potuisse. Quod autem ad religionem attinet, diuus Hieronymus laudat Hilarionem, quōd cū esset Palæstinus, & in Palæstina viueret, tamen semel duntaxat viferit Hierosolymam, ob loci viciniam, ne videretur contemnere loca sacra. Si merito laudatus est Hilarion, quōd abstinuit ab Hierosolyma, tam vicinus, ne deum angusto loco claudere videretur, semel tantum adierit, ob loci propinquitatem, ne quos offenderet: quid dicendum de his, qui ex Anglia, & Scotia

tantis impendijs per tot discrimina p̄-
 tunt Hierosolymā, præsertim domi re-
 lictis charissimis, quibus iuxta doctri-
 nam Apostoli debēt perpetuam curā
 Clamat sanctus Hieronymus, Non ma-
 gnum est Hierosolymis fuisse, sed be-
 ne vixisse magnū est. Et tamen ætate
 Hieronymi probabile est, euidētia
 vestigia veterū monumentorum extis-
 se, q̄ nunc extant. De votis, disputatio-
 nem alijs relinquo: tantū hoc agit col-
 loquium, ne quis temere talia vota sus-
 cipiat, id esse verū declarant hæc mea
 verba: Præsertim quum domi haberem
 vxorem, integra adhuc ætate, liberos &
 familiā quæ pendeat ex me, & opera
 mea quotidiana alebatur, & cetera quæ
 sequuntur. De votis igitur susceptis ni-
 hil dicā, nisi q̄ si summus essem Pon-
 tificex, nō admodum grauate relaxarem
 obstrictos. In suscipiendis, queadmodū
 fateor fieri posse, vt aliquis cum fructu
 pietatis eat Hierosolymā, ita non du-
 bitarem multis ex rerum circūstantijs
 dare consiliū, vt eas impensas, tempus
 & operam infumerēt in alia quæ pro-
 pius conducūt ad veram pietatē. Hæc
 arbitror esse pia, eoque considerata mul-
 torum vel leuitate, vel ignorantia, vel
 superstitione, visum est super ea re mo-
 nere iuuentutē, neq; video quos offen-
 dere debeat hæc admonitio, nisi forte
 quosdam istos, quibus charior est quæ-
 stus q̄ pietas. Nec illic dāno Pon-
 tificias indulgētias, aut diplomata, sed

taxo nugacissimum nugatorem qui ne cogitans quidē de corrigenda vita, totam spem collocat in condonationibus humanis. Hic si quis mihi cōsideret, quanta iactura pietatis nata sit inter mortales, partim ex eorū vitio, qui prostituūt Pontificias indulgētias, partim eorū culpa, qui illas secus q̄ oportet accipiūt, fatebitur operæpretiū, inuentutē super hac re cōmonitam esse. Verū hoc modo parum consultum est cōmissionarijs. Audi ò bone, si viri boni sunt, gaudebūtesse monitos simplices: sin potior est illis quæstus q̄ pietas, valeant. In colloquio de captandis sacerdotijs, taxo eos, qui Romam cursitant, venantūrq; sacerdotia, crebro graui iactura tū morū tum pecuniæ: eodq; deduco sermonem vt sacerdos pro concubina, lectione bonorum authori semel oblectet. In militis confessione, taxo facinora militum, & impiam militū confessionem, vt adolescentes ab eiusmodi moribus abhorreant. In monitis pædagogicis, doceo puerū verrecundiam ac mores ætati decoros.

In pietate puerili, nōne pijs præceptis imbuo puerilem animū ad studiū pietatis? Nam quod quidā arrodebant de confessione, mera fuit calumnia, cui iam pridem respōdi. Doceo confessionē esse suscipiendam perinde quasi nobis esset instituta à CHRISTO. Cæterum an id sit factū, nec refellere est animus, nec asseuerare, quod nec mihi satis per-

suafum est, nec alijs probare possim.
 Quod autem admoneo de genere vite
 fero deligēdo, deq; seligēdo sacerdote
 cui cōmittas arcana tua, iudicabā ado-
 lescentibus esse necessarium, neq; video
 quur me debeat pœnitere. At sic erunt,
 pauciores monachi & sacerdotes. For-
 tassis erunt, sed meliores. Idem proba-
 bit quisquis vere monachus est. Porro
 qui venantur profelytos vel ad prædā,
 vel ob superstitionem, dignissimi sunt
 qui omnibus omniū scriptis traducan-
 tur, quò respiscāt. In cōuiuio pro-
 phano, nō damno constitutiones eccle-
 się de ieiunijs ac delectū ciborū, sed in-
 dico superstitionē quorūndam, qui his
 plus tribuūt q̄ oportet, negligētes eos
 rū, quæ magis faciunt ad pietatē: dam-
 nōq; eorū crudelitātē, qui hæc exigūt
 ab his, à quibus ecclesię mens nō exi-
 git. Itē eorū præposterā sanctimoniā,
 qui ex huiusmodi rebus cōdemnāt pro-
 ximū. Hic si quis reputet quanta veræ
 pietatis lues hinc nata sit inter morta-
 les, fatebitur vix aliā admonitionē esse
 magis necessariā: sed hac de re copiosius
 aliās respōdebimus. In cōuiuio reli-
 gioso, quū omnes faciā alienos à sacris,
 omneis cōiugatos, satis doceo quale de-
 beat esse cōuiuīū omniū Christianorū.
 Ad quā formā si sacerdotes, quidam &
 monachi cōferāt sua cōuiuia, intelligēt
 quantū absint ab ea perfectiōne, qua cō-
 ueniebat illos laicis antecellere. In
 Apotheosi doceo quātum honoris de-

beatior egregijs viris, qui suis vigilijs bene meriti sunt de liberalib⁹ studijs.

Sunt inepti quibus colloquiū proci & puellæ videatur lasciuum, quū nihil fingi possit casti⁹. Si res honesta est matrimonij, & proci agere honestū est. Atq; vtinam omnes proci tales essent qualem hic fingo, nec alijs colloquijs coirent matrimonia. Quid facias istis ingenijs tetricis, & ab omnibus gratijs alienis, quib⁹ impudicū videtur quicquid amicum est ac festiuū? Hęc puella negat proco discessuro osculum, quo totam virginitatē illi seruet illibatam. Quid autē nūc vulgo non dant puellę proci? Deinde nō vident q̄ multa philosophica sint inspersa iocis, de nō precipitando cōiugio, de delectu non solū corporū, sed multo magis animorū, de firmitate coniugij, de nō contrahendo matrimonio sine consensu parentū, de caste colendo matrimonio, de sancte educantis liberis, postremo puella comprecatur CHRISTVM, vt illius auspicijs sit felix cōnubium. An hęc non conuenit scire iuuenes? Et qui hanc lectionē ob lasciuia putant esse noxiam pueris, patiuntur illis prælegi Plautū & facetias Poggi. Præclara iudicia.

In virgine Misogamo detestor eos, qui adolescentes aut puellas inuitis parentibus pelliciunt in monasteriū, abutētes illorū vel simplicitate, vel superstitione, persuadentes eis nō esse spem salutis extra monasteria. Nisi talibus

piscatoribus plenus est mūdus, nisi innumera felicissima ingenia per istos infelicissime sepeliuntur ac defodiuntur: viua, quæ fuissent electa vasa domini, si iudicio fumpsissent institutū naturæ cōgruens, non recte admonui: at si quando cogar in hoc argumēto, pferre quod sentio, sic depingā & plagiarios illos, & ipsius mali magnitudinē, vt nullus non passurus sit me non sine causa hæc monuisse: quanq̄ ciuilit̄ id quidem à me factū est, ne malis daretur ansa delinquēdi. In proximo colloquio, nō induco virginem quæ professa mutarit institutum, sed quæ ante peractā professionem redierit ad parentes quos habebat optimos. In Mēpsigamo q̄ multa sunt philosophica, de celandis maritorū vitijs, de nō interrūpēda coniugum beneuolentia, de sarcieendis offensis, de corrigendis maritorū moribus, de obsequijs erga maritos. Quid aliud docet Plutarchus, Aristoteles, & Xenophon, nisi quòd hic personæ vitā quamdam addunt orationi? In colloquio militis & Cartusiani, simul depingo & insaniam iuuenum qui procurunt ad bellum: & pij Cartusiani vitā, quæ sine studiorū amore nō potest non esse tristis & inamoena. In Pseudocheo depingo quorundā ingenia, qui nati sunt ad mētiendū, quo quidē hominū genere nihil execrabilius, vtinā esset rarius. In colloquio adolescentis & scorti, nōnne & lupanaria facio casta? Quid

autē dici potuit efficacius, vel ad inferendam adolefcētum animis pudicitiae curā, vel ad reuocandas ab instituto nō minus erūnoso q̄ turpi puellas ad quæstum expositas? Vnica vox commouit quosdam, q̄ impudica puella blandiēs adolefcēti, vocat illū suam mentulam, quum hoc apud nos vulgatissimum sit etiā honestis matronis. Hoc qui ferre nō potest, pro, mea mētula, scribat mea voluptas, aut si quid aliud mauult.

In cōuiuio poëtico, doceo cuiusmodi debeat esse conuiuium inter studiosos, parcum, sed festiuum & hilare, cōditum literatis fabulis, sine rixis, sine obtrectatione, sine turpiloquio. In inquisitione, doceo summam catholicę professionis, idq; aliquanto viuidius ac liquidius, q̄ docēt Theologi quidā magni nominis, inter quos pono & Gerfonem, quē interim honoris causa nominō. Ideo porrò fingo personā Lutherani, quo facilius redeant in cōcordiam, inter quos de præcipuis articulis orthodoxę professionis conuenit. Etiā si reliquam inquisitionis partē nō addidi, propter hæc exulceratissima tempora.

In senili colloquio, q̄ multa velut in speculo exhibentur, quæ vel fugienda sunt in vita, vel vitam reddunt tranquillam. Hæc præstat adolefcētes ex festiuis colloquijs, q̄ experimentis discere. Socrates philosophiam è cælo deduxit in terras, ego, philosophiā etiam in lusus, confabulationes, & cōpotationes

deduxi. Oportet enim & ludicra Christianorū, sapere philosophiam. In Ptochoplusij, q̄ multa sunt, ad quæ pastores rusticani, rudes & indocti, nihilq; minus q̄ pastores possint suā vitam corrigere. Præterea quæ ad tollendam stultam gloriā vestium, rursus ad coercendam illorum insaniam qui monachorum cultū execrantur, quasi per se mala sit vestis. Et obiter describitur forma, quales debeāt esse monachi, qui per vicos obambulant. Neq; enim admodū multi tales sunt, quales hic describo. In erudita puella, simul & Paulæ, Eustochij, Marcellæ, vetus exemplū renouo, quæ cū integritate morū coniunxerunt studiū literarū: & monachos abbatésq; sacrorū studiorū oseres, luxui, otio, venationibus alex' que deditos, puellæ cōiugatæ exēplo extimulo ad aliud studiorū genus ipsis magis congruens. In spectro, detegotechnas impostorum, qui credulis simplicium animis solent illudere, fingentes apparitiones dæmonum & animarum, vocésq; diuinas. Quantam vero pestē hæ præstigiæ inuexerunt pietati Christianæ! Quoniam autem rudis ac simplex ætas huiusmodi fraudibus potissimum est obnoxia, visum est exemplo non inamœno depingere modum imposturæ. Sic impositum fuit Celestino pontifici Romano. Sic Bernæ delusus iuuenis à monachis. Sic commentitijs oraculis & hodie plurimi deluduntur.

Huic affinis est magia, eodem nomine, sed cognomine blandiens naturalis.

Nec minima pars humanarum calamitatū est Alcumistica, quæ doctis etiā & cordatis viris imponit, adeo morbus hic adlubescit, si quē corripuerit. Similes imposturas taxo in Hippoplasno, & Ptochologia, rursus in conuiuio fabuloso. Ex his si nihil aliud discerēt pueri quā Latine loqui, quanto plus laudis mea mereretur industria, qui per lūsum, ac voluptatē id facio quā illorum, qui miseræ iuuentuti Māmethreptos, Brachylogos, Catholiconas, & significandi modos obtrudebant.

In puerpera, præter naturalium rerū cognitionem, quæ multa sunt moralia, de cura matrum erga liberos, primū infantes, mox gradiores. In peregrinatione religionis ergo, taxo istos qui per tumultū eiecerūt omnes imagines e templis, rursus eos qui insanit in peregrinationes quæ suscipiuntur prætextu religionis, vnde iam & sodalitates inuentæ sunt. Qui Hierosolymæ fuerūt, equites aurati vocantur, seq; fratres vocant, & in die palmarū serio rem agūt ridiculam, fune trahētes asinū, ipsi non multū differentes ab asino ligneo quē trahunt. Id imitati sunt qui Cōpostellam adierunt. Dentur hæc sanè, dentur affectibus hominū, at nō ferendū quod hinc sibi vindicāt pietatē. Notātur & ij, qui reliquias incertas pro certis ostēdunt, qui his plus tribuunt quā oportet,

qui quæstum ex his sordide faciunt.

In Ichthyophagia, tracto quæstionē de cōstitutisombus humanis, quas quidam prorsus reijciunt, multū aberrantes à recta ratione, quidā propemodū anteponunt diuinis legibus: rursus alij abutuntur, & diuinis & humanis cōstitutiōib⁹ ad quæstū ac tyrānidē. Conor itaq; partem vtranq; ad moderatiōē temperare, inquirens vnde natæ sint & quibus gradibus hucusque progressæ constitutiones humanae, quos & quater nus obligent, ad quid conducant, quæ tum distent à diuinis, obiter indicans præpostera mortalium iudicia, quibus iam olim mundus plenus est, & vnde totus hic orbis tumult⁹ natus est. Hæc ideo quoq; tractaui copiosius, quò doctis suppeditarem occasionem accuratius hisce de rebus scribēdi. Nam quæ adhuc prodierunt non satisfaciunt curiosis. Traducere scortationē, temulentiam, adulterium non perinde ad rem pertinebat, quandoquidem hæc mala nullū fallūt: sed ex his est periculū veræ pietatis, quæ vel non sentiuntur, vel sanctimonix fallaci specie blanditur. Quòd si quis calūnietur, personis sordidis affingi Theologicam disputationem, ab his talia nūc in omnibus conuiuijs disputantur, & huiusmodi personis opus erat, familiaris crassiusque rem tractaturo. In fugere, quoniā mors arguere solet Christianam fiduciam, in duobus idiotis depinxi diuerm

Iam mortis genus, velut imagine vitæ
 ponens ob oculos dissimilem excessum
 eorum qui fidit rebus commenticijs,
 & qui spem salutis fixerunt in miseri-
 cordia domini: obiter taxans diuitum
 stultissimam ambitionem, qui luxuria
 ac superbiâ suam & ultra mortem pro-
 ferunt, quam mors saltem debebat au-
 ferre: simul eorum perstringens vitiū,
 qui sui compēdij gratia stultitia locu-
 pletum abutūtur, quam ipsi potissimū
 debebant corrigere. Quis enim aude-
 bit libere monere potētes ac diuites,
 si monachi qui se profitentur mundo
 mortuos, palpātur illorū vitijs? Si nul-
 li tales sunt, quales descripsi, tamē ostē-
 sum est exemplū quod oportet vitari.
 In vulgo referūtur lōge his quæ pro-
 posuimus execrabiliora, qui sunt equi,
 meam agnoscant euilitatem, suūque
 vitium corrigant, & si vitio vacāt ipsi,
 alios peccantes vel emēdent vel coer-
 ceant. Nullum ordinem perstrinxim⁹,
 nisi forte totum Christianismum in-
 fantat, qui quicūq; monēdi gratia dixe-
 rit in corruptos Christianorū mores.
 Quos tantopere metuet honos ordi-
 nis, eps in primis cōpescere debebant,
 qui palam factis suis dehonestant or-
 dinem. Nunc quum illos vt germanos
 sodales agnoscant, foueant ac tueātur,
 qua fronte causantur a bene monente
 ladi existimationem ordinis? Quāq;
 quæ ratio distat, sic habendam huius
 sut illius humanæ sodalitatē rationē.

vt publicā Christianorum utilitatē negligas? In differentia verborū ac rerum, taxo præpostera quorundā iudicia. In conuiuio vario, commensuro rem ciuilitati congruā. In charonte, detestor bellū inter Christianos.

In synodo grammaticorum rideo studium cuiusdam Cartusiani, suo iudicio doctissimi, qui quum in græcas literas soleat stolidissime debacchari, nunc libro suo indiderit græcum titulum, sed ridicule, anticomaritas dicens, quos appellare poterat antimarionos, vel antidicomarianos.

In Cyclope taxo quosdam qui euāgelium semper habent in ore, quum in vita nihil sit euangelicum.

In cōiugio impari, pono ob oculos vulgi stultitiā, qui in sponsalibus superputant dotis modum, nec ad rationem vocant sponsi scabiem lepra deteriorē. Atq; id hodie fit tam passim, vt nemo miretur, quū nihil sit in liberos crudelius. In eumentita nobilitate depingo genus hominū, qui sub vmbra nobilitatis existimant sibi nihil non licere, quæ præcipua pestis est Germaniæ.

In senatulo traducturus eram vitia quædam mulierū, sed ciuilitate, ne quis expectet tale quippiā, quale habet Iuuenalis. Verum hoc agēti, abortus est quidā *ἰσχυρὸς ἄνθρωπος*, lupus, vt aiunt, in fabula. Reliqua fere comparata sunt ad voluptatem, sed nō illiberalem. Nō hoc est dehonestare ordines, sed erudire

H. ij.

re. Quapropter omnibus ordinib⁹, & priuatim & publice rectius consultum fuerit, si deposita quiduis calumniandi rabie candidis animis amplectamur omnes, quicquid pro studio in publicam vtilitatem adfertur. Alijs alia sunt doctes, & alios alia capiunt, milleq; modis homines trahuntur ad pietatem. Laudatum est Iuenci studium, qui sacram Euāgeliorum historiam carmine prodidit. Nec sua laude fraudat⁹ est Arator qui idē fecit in Acta apostolorum. Aduersus hæreticos tubā intēdit Hilarius, argutatur Augustin⁹, Hieronymus dialogis pugnat, Prudenti⁹ vario metri genere dimicat, Thomas & Scot. dialectices ac philosophiæ præsidis pugnat. Simile studiū omnium, sed dissimilis singulorum ratio. Nō reprehēditur diuersitas, quæ scopū eundē petit. Prælegitur pueris Petrus Hispan⁹, quo dociliores veniāt ad Aristotelem. Multū enī promouit, qui gustū dedit. Atqui hic libellus, si tenere publi prælegatur, tradet illos ad multas disciplinas magis habiles, ad poëticē, ad rhetoricē, ad physicen, ad ethicen, deum ad ea quæ sūt pietatis Christianæ. Stulti personā suscepi, factus ipse mearū rerū Encomiastes: sed huc me compulit, partim quorūdam improbitas nihil nō calūniantū, partim Christianæ iuuentutis vtilitas, in quā oportet omnes omnibus studijs incumbere.

Hæc ita quæsi habeāt, omnibusq; qui

literas didicerunt perspicua sint, est tamen quoddam hominum genus mire blitum, deputatos appellant Galli, opinor quod male putati sint, aut certe plus satis putati, qui sic pronuntiant de meis colloquijs, opus esse fugiendum præsertim monachis, quos illi religiosos appellant, & adolescentibus eò quod ieiunia & abstinentiæ ecclesiæ parvipenduntur, beatæ virginis & sanctorum pro ludibrio haberentur suffragia, virginitas si coniugio conferatur, nulli esse aut parvi momenti religionis etiã dissuadentur omnibus ingressus, quodque in eo arduæ difficilisque Theologiæ quæstiones grammaticulis proponantur, contra statuta per magistros in artibus iurata. Agnoscis mi lector atticam eloquentiam. Ut ad postremum primo loco respondeam, quid artium magistri proponant grammaticulis, nescio, quæ tractantur in colloquijs, de symbolo, de missa, de ieiunijs, de votis, de confessione, nihil habet theologicæ difficultatis, sed eius generis sunt, ut non oporteat ea quæ nescire. Et si pueris præleguntur epistolæ Pauli, quid periculi est si gustus quidam illis præbeatur Theologicæ disputationis? Ad hæc quum non ignorent pueris sophisticas candidatis perplexas de personis diuinitatis statim quæstiones summæ difficultatis proponi, ne dicam otiosæ subtilitatis, quæ nolunt pueros hoc discere, quod ad communem vitam pertinet? Iam si putant nihil referre, quid sub qua

H. V.

persona dicatur, intelligunt opinor, quae
 multa comperiantur in euangelicis &
 apostolicis literis, quae secundum hanc
 legem manifestam habent blasphemiam.
 Multis locis approbo ieiunium, nisi
 damno. Qui secus asseuerat, eum decla-
 rabo impudenter metiri. Sed in pie-
 tate puerili, inquiunt, leguntur haec ver-
 ba, Cum ieiunio mihi nihil est negotij.
 Finge haec verba dici sub persona mi-
 litis aut temulenti, num protinus Eraso
 damnat ieiunia? Non opinor. Nunc
 dicuntur ab adolescente nondum adulto,
 quam aetatem lex non obstringit ad ie-
 iunandum. Et tamen is adolescens pre-
 parat se ad iusta ieiunia. Sic enim sub-
 iicit, Sed tamen si sensero opus, praedeo
 coenaeque parcius, quo me praebent alacri-
 orem studijs pietatis per diem festum.
 Abstinentias vero quam damnatas,
 declarant haec verba quae sunt in conui-
 uio prophano, In plerisque non res, sed
 animus discernit nos a Iudeis. Illi ma-
 num abstinebant a certis cibis velut ab
 immundis & animum inquinaturis.
 Nos quam intelligamus omnia munda
 esse mundis, tamen carni lasciuienti
 velut equo feroquenti, pabulum subdu-
 cimus, quo magis sit audiens dicto spi-
 ritui. Nonnunquam immoderatum sua-
 dium rerum usum abstinentiae molestia
 castigamus. Paulo post reddit rationem
 quare ecclesia interdixerit esum quo-
 rundam ciborum omnibus, inquit, con-
 ducet. Nam tennibus, cochleis, aut ra-

nis licebit vesci, aut cepas porrumve
 arrodere, mediocres detrahent nonni-
 hil quotidianis obsonijs. quod si quid
 diuites deliciantur hac occasione, suæ
 gulæ imputent, non incusent ecclesiæ
 constitutionem. Mox loquor his simi-
 lia. Rursus aliquanto post: scio medicis
 magnopere damnatum esse piscium es-
 sum, sed secus visum est maioribus no-
 stris, quibus obtemperare religiosum
 est. Inibi protinus doceo hic vitandum
 etiam offendiculum infirmorum.

Æque falsum est in colloquijs irri-
 deri suffragia beatæ virginis & aliorum
 sanctorum, sed illos irrideo qui petunt
 à sanctis, quæ non audent à bono vi-
 ro petere, aut hoc animo petunt à cer-
 tis diuis, quasi hoc aut illud hic aut il-
 le citius velit aut possit prestare quam
 alius, aut quàm ipse CHRISTVS. Imò in
 puerili pietate, sic loquitur puer: salutem
 dixi nonnullis, quibus? CHRISTO,
 ac diuis aliquot. Et aliquanto post, Rur-
 sus tribus verbis saluto IESVM, ac di-
 uos diuisque omnes, sed nominatim vir-
 ginem matrem, tum eos quos habeo mi-
 hi peculiare. Et infra commemorat no-
 minatim quos diuos salutet quotidie.

Mirum vero si procius amans laudat
 nuptias, dicatque castum coniugium non
 multum abesse, à laude virginitatis,
 quum Augustinus patriarcharum poly-
 gamiam anteponat nostro celibatui.

Quod obijciunt de ingressu religio-
 nis, quàm sit manifestæ vanitatis, de-

clarant mea verba in virgine Misogamo, sic enim loquitur virgo: Damnas igitur hoc totum vitæ institutum? Respondet iuuenis, Nequaquam, verum quemadmodū nemini suadere velim, vt quæ se in hoc vitæ genus cōiecerit, luctetur emergere, ita non dubitē horari puellas omnes, præsertim indolis generosæ, ne se temere eò præcipitent, vnde pōt, sese non possint explicare. Hæc est illius colloquij cōclusio, vtcūque certatum est argumētis. Obsecro, an hoc est omnibus dissuadere ingressum religionis? Nō dānatur ingressus, sed præcepta temeritas damnatur. Hæc igitur malitiose detorquet ad calūniā.

At nō perpendūt quā multa illic discūt grammaticuli, quæ pugnāt cum decretis Lutheranorum. In puerili ætate traditur ratio bene & vtiliter audiēdi missam. Docetur ratio bene & efficaciter confitendi. Admonetur puer vt anteq̄ sumat eucharistiam, confessione purget animū. Ibidē docētur grāmaticuli, quæ recepta sunt vsu populi Christiani, quū tamē in sacris literis nō habeātur, hæctenus esse seruāda, ne cui sumus offendiculo. In prophanis conuiuiis, docētur magis obtēperandū Pōtificum constitutionibus q̄ medicorū cōsilijs, tantum admonētur, in necessitate cessare vigorē constitutionis humanæ, & mētē legislatoris. Ibidē probat quispiam benignitatē in monachorū collegiis, modo detur ad vsum, non ad luxū,

& potissimū detur religionis discipli-
 nam obseruantibus. De const. hu-
 manis hæc pronunciantur in colloquio
 Ἰσοκράτης, Pugnēt qui volēt, ego cēleo
 leges maiorū reuerenter suscipiēdas &
 obseruādas religiose, velut à deo profe-
 ctas, nec esse tutū, nec esse piū, de pote-
 state publica sinistrā cōcipere aut fere-
 re suspiciōnē. Et si quid est tyrannidis,
 quod tamen non cogat ad impietatem,
 satius est ferre, q̄ seditiose reluctari. Hu-
 iusmodi permulta grāmaticuli discunt
 ex meis colloquijs, quib⁹ sic obmurmu-
 rāt isti. Sed indecorū est Theologū ioca-
 ri, saloē hoc mihi cōcedāt apud pueros,
 quod ipsi permittunt sibi viri apud vi-
 ros in vesperijs, vt vocant rē insulsam
 insulso vocabulo. Insulas calumnias
 quas in Hispanijs obiecere quidam, o-
 stendi mera esse somnia hominum nec
 sobriorū nec latine scientium. Nec mi-
 nus indoctum est, quod quidam pronū-
 ciavit hæretice dictum, q̄ in symbolo
 pater dicitur simpliciter author omni-
 num. Verum is deceptus inscitia latini
 sermonis, existimat authorem nihil al-
 liud q̄ creatorem aut fabricatorē signi-
 ficare. Atqui si consulat eos qui callent
 elegantiam Romani sermonis, si euolu-
 uat Hilarium aliōsq; vetustos autho-
 res, comperiet autoritatē accipi pro
 eo quod scholastici vocant rationē per-
 fectissimam principij, eōq; patri per-
 culariter tribuunt, & authoris nomi-
 ne sepe designāt patrem, quam perso-

nas inter se conferunt. An pater recte dicatur causa filij, nihil mea refert, quā nunq̄ eo verbo sim abusus, nisi quod illud est verissimū, nos de deo non posse loqui nisi verbis improprijs, nec magis propriū verbū est fons aut principium aut origo, q̄ causa. Iam hinc mihi perpende lector quales sint interdum, qui suis sententijs homines pertrahūt ad incendium. Nihil turpius quā reprehendere quod nō intelligas. At ista quidam calumniandi febris, quid aliud gignit quā amarulētiam ac dissidiā. Quin potius aliena candide interpretemur, nec statim nostra pro oculis haberi velimus, nec eorū iudicia pro oralis ducamus qui quod legunt nō intelligunt. Vbi in consilio est odiū, ibi tecum est iudiciū. Pacificator vniversorum spiritus, qui suis organis varijs vtitur modis, faciat nos omnes cōcordes & vnanimēs, in sana doctrina, sanctisq; moribus, quo contingat pariter ad celestis Hierosolymæ, quæ nescit vlla dissidiā, confortiū peruenire, Amen.

Anno M. D. XXVI. xij. cal. Junias. Basileę.

Abbatis & eruditæ	folio	176
<i>Αγαμος γάμος</i>		301
Alcumbistica		188
Apotheosis Cap.		92
<i>Απυροσίδνυσα</i>		311
<i>Ασκαλισμός</i>		317
Ars notoria		334
Charon		294
Conuiuium fabulosum		199
Conuiuium poëticum		140
Conuiuium prophanum		45
Conuiuium religiosum		65
Copix compendium		62
Cyclops		307
Deambulatio		10
De captandis sacerdotijs		17
De itinere		10
De rebus ac vocabulis		291
De valetudine		6
De votis temere susceptis		15
Diluculum		317
Diuersoria		153
Echo		286
Epithalamium Petri Ægidij		179
Euntes in ludum literarium		37
Exorcismus		182
Funus		275
<i>Γερωντολογία</i>		158
Herilia iussa		22
Hippoplanus		193
Impostura		307
Inquisitio de fide		151
<i>Ιχθυοφαγία</i>		240
<i>Ιππικός ἀγώνισμος</i>		312
Lusus pueriles		37

COLEOXYORVM

Militis & Cartu.	121
Monita pædagogica	24
Naufragium	127
Νηφάλιον οὐμπίσιον	351
Percontantis domestica	10
Percontantis de varijs	12
Percontantis reducem	10
Peregrinatio	121
Pietas puerilis	30
Πολυδαιτία	288
Proci & puellæ	97
Pseudochei & Philetymi	124
Πταιχολογία	198
Πτωχοσωλοῦσις. Franciscani	167
Puerpera	208
Senatulus	323
Scorti & adolescentis	137
Synodus grammaticorum	297
Venatio	37
Virgo μισθγάμος, id est, abhorrens à nuptijs	104
Virgo poenitens	110
Vxor μιμψιγάμος.	112

